

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARV LIBRI SEX videlicet

DE CVLTV, ET VENERATIONE SANCTAR. RELIQVIARVM, EPISCOPO TITVLARI,, ERÆMITIS, COFRATERNITATIBVS, LAICOR. PRÆDICATORE, FERIIS, FÆSTISQ. DIEBVS.

Auctore

ANTONIO RICCIVLLO ARCHIEPO. COSETINO.

Cum Priuilegio, *et Superiorũ licentia.*

Neapoli apud Camillum Cauallum 1643.

Digitized by Google

100583

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM LIBRI SEX.

+EX+ BIBLIOTH +PUB+ COLLEG. LUGDUN.

Auctore

ANTONIO RICCIVLLO
ROBLANENSE, PATRITIO RHEGINO,
Olim in Aula Romana Aduocato, deindè Episc. Bellicastrense.
ET SANCTISSIMI DOMIMI NOSTRI D. VRBANI PAPAE VIII.
In Apostolica Visitatione à secretis, Vrbisque Vicesgerente.
NVNC VERO ARCHIEPISCOPO CONSENTINO,
Ac Sanctæ Vniuersalis Inquisitionis Consultore, & in Regno Neapolitano Ministro Generali.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON LUGDUN

Prodit nunc primum



Cum duplici Indice.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. M.DC.XLIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

DE FVNESTA, ET GLORIOSA

CRIHSTI CRVCE ORATIO

ANTONII RICCIVLLI

ARCHIEPISCOPI CONSENTINI,

AD

VRBAN. VIII. PONT. MAX.

AVgustissimum reparationis nostræ mysterium B. P. arcanum sicuti est omni ex parte diuinum, ità mentes nostras ad sui contemplationem excitat. licèt autem funestissimum sit, plenumque doloris, & lacrymarum; inter contumelias tamen, & cruces æquè refert imaginem miserandæ mortis, & exultantis triumphi. Hanc ob causam hoc mysterium maiores nostri gaudij simul, & mœroris habendum esse, non immeritò censuerunt. Cogunt vrgente inuidia Primates Iudæorum Concilium aduersus Iesum; signa tamen plurima facientem, & Prophetarum oracula declarantem, noui verò molientem omninò nihil. Quærunt illum ad necem: sed perdere per vim apertam nolunt, quia timent nè populus tanti sceleris vltor insurgat. Excitatus ab auaritia discipulus vltrò se proditorem præstat in prætorio: latantur Sacerdotes, & pollicentur pecuniam se daturos: sed infœlix nefariam cogitationem dùm concipit, æterno deputatur cruciandus supplicio: prætorium dum adit, castra deserit sanctitatis, pecuniam recipit daturus. Deum, sceluſque dum perficit, sit sui ipsius carnifex, & vltor infandi parricidij. Dignus planè qui proprias manus experiretur vltrices, dum alter reperiri nequibat lictor idoneus, qui dignas pro ferali facinore pœnas exigere posset. Interim sciens futura Iesus, è cœnaculo secessit in Gethsemani suburbanum, vt in horto, vndè primum mors intrauit in Adam, vita resurgeret. Flectitur in genua patrem oratu-

Digitized by Google

rus;ac procidens in faciem, dum in sui contemplatione defixus prolixius orat,fit sudor in eo sicuti guttæ sanguinis decurrentis, vt terrã, quæ primò fuerat arena peccati,innoxio suo sanguine expiaret , & quam intelligebat tanto facinore maculari , suo foueret amplexu , ne motibus insolitis planè concussa dehisceret. Irrumpunt nostù Satellites,non enim poterant,nisi per tenebras ambulare, qui lucis auctorem petebant. Vtuntur faculis,laterniſque non lumen edituris, sed ignem perennem allaturis. Irrumpunt antesignano Iudã, qui priuilegio perfidiæ primas in facinore partes obtinuerat, & tenebris obcæcati suis quærunt vti fugitiuum , quem præsentem habebant . Ab expectante interrogati,amisso membrorum officio humi sternuntur inuiti ; impiè quippè quarentes Deum ruina prosternit. Suscepto pasionis mysterio, vt famularetur Iesus, hostibus suis patrandi facinoris restituit facultatem, & Iudam per speciem pacis ad signum proditionis admittit. Vincìtur illicò Christus , sed vincìtur ab illis , quos sicuti solo verbo prosternere potuit,ità proterere sola nominis vmbra potuisset, & dũ illatam sibi vim hostium non propellit,eisdem graui præcipit imperio, nè suis mali quidpiam inferrent . Comprehensus non sinit aduersus impios manu,ferroque defendi,contrà Sacramentum quippè redemptionis nostræ fuisset,si qui pro nobis mori venerat,capi noluisset. Iubet propterea Petrum gladium in vagina recondere , eiusque pium motum vlterius non progredi,nè dilato gloriosæ Crucis triumpho,dominatio Diaboli fieret longior , & humana captiuitas produceretur. Aurem serui iàm ferri sectione diuulsam in sedem dehonestati capitis reponit,sicque reformat, quod ipse primum formauerat. Deseritur à suis;non enim vult discipulorum oppositione defendi , qui non vult præsidio Angelicarum legionum iuuari . Per varia ducitur tribunalia,quando vnum tantam impietatem non capiebat . Ducitur ad Annam,deindè ad Caypham Pontificem, mox ad examen Pilati eorum delegatione transfertur:tribus quippè saltem in foris erat Christi innocentia declaranda,vt accusatorum calumnia,& Iudicum nequitia in iudicatum transiret . Coràm Pontifice inter falsa aduersùs eum testimonia, inter incondita, & dissonas voces, hoc Iesus mirabiliter elegit,vt taceret;Caypha autem adiuranti per Deum viuum, vt diceret,si ipse esset Christus filius Dei,nè in doctrina religionis aliquid omittere videretur,veraci auctoritate respondit, Ego sum. Responso dato,reus impietatis conclamatur ; sed dùm ipse Pontifex sacrilegium contestari satagens,scidit vestimenta sua,nesciens quid hac figuraret insania , Sacerdotali prærogatiua nudatus , ipse sibi fit exe-

quutor

quutor opprobrij. Coràm Pilato tota Sacerdotum, & Principum turba insanire videtur: de Cruce priùs agunt, quàm de scelere, Actor damnat, & Iudex absoluit, & absolutus rapitur ad supplicium. Pilatus manibus lotis, & ore polluto, ijsdem labijs turbæ sæuienti Christum tradit, quibus declarauerat innocentem. Proditor negotiationem impiè gestam rescindere conatur pecunia restituta; sed voto frustratur, non enim eodem pretio redimitur, quo venditur Christus. Proïcit nihilominus argentum, quod acceperat; sed vetant Sacerdotes mitti in Gazophilacium, nè sacros loculos nummi cruenti polluerent. Sedet Christus in purpura, sedet in sceptro, sedet in corona; quæ omnia quamuis ad ludibrium acta, Regem tamen indicant, & Regem Iudæorum. Immani subijcitur ligno, ligno inquam, quod paulò post Tribunal fit Domini, & sceptrum Maiestatis. In Golgotham dùm rapitur, Simon inuentus est Cerenæus, in quem ligni pondus trãsfertur, vt glorioso Saluatoris opprobrio, non Hebræus, nec Israelita; sed alienigena subderetur, taliquæ facto præsignaretur fides gentium, quibus Crux Christi non ignominia futura erat, sed gloria. Ligno applicatus, suffigitur clauis; qui manus, pedesque Christi dùm figunt, perpetuis Diabolum vulneribus transfodiunt, & inimicas interficiunt potestates. Clauis confixus tollitur in altum, vt elatus in sublime omnia traheret ad se ipsum. Tollitur extrà templum, vt veterũ victimarum per Crucem Christi cessante mysterio, noua hostia immolaretur altari, quæ non templi esset ara, sed mundi. Tollitur extrà castra, vt Sacramentum Crucis vniuersarum vbique nationum religione celebraretur. Pendet Christus in cruce; vt in eã dũ seuissimos in se perfert cruciatus, fieret æternarũ pœnarũ glorioſus extinctor. Pendet hostibus, ac lictoribus vndique cinctus; vt illis veniam, listis indumenta legaret. Pendet patentibus manibus, vt altera gratiam, altera gloriam largiatur. Pendent simul cum eo latrones duo, dispositis vtrinque patibulis, non vt delictorum particeps apud populum fieret, sed vt, qui peccatores in filios adoptauerat, inter eos quoque moriens deprehenderetur, eosque passionis suæ proximos haberet hæredes: & dum vnus alteri par insidiator viarum, & hominum saluti vsque ad id tempus infœstus, exiguo temporis puncto hærens patibulo transit ad Christum, alter verò in pristina iniquitate persistens, æterno relinquitur cruciandus supplicio, in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quæ in omnium hominum iudicio est facienda electorum, & reproborum discretio. In cruce desertus à cæteris perpetuum habere voluit assectam Ioannem; vt esset, qui rem gestam fideliter adnotaret, & tabulas

bulas omni ex parte legitimas consignaret haeredibus. Moritur in ligno Christus, sed diluitur esca peccati. Viuus succubuit inuirijs, sed mortuus coruscat miraculis; sitque gloria crucis contumelia passionis. Mortuus infaestae cuspidis ictui latum praebet, vt saucium amoris cor nostris semper oculis ostentaret, in aeternum suae in nos charitatis monumentũ. Proprio noluit cõdi sepulchro, quia mortuorũ tumulos effracturus aduenerat. Cõsumato crucis mysterio, linguis hominum, & elementorum Christus iustus, & innocens declaratur. Iudas proditor, peccaui (inquit) tradens sanguinem iustum: Pilatus, innocens (ait) sum à sanguine iusti huius: Vxor eius, nil tibi, & iusto illi. Mulieres flent, & lamentantur eum, & latro inter animae luctuantis tormenta illum cruci suffixum, Dominum fatetur, & Regem. Centurio, & qui cum eo erant custodes sepulchri glorificant Deum, dicentes; Verè hic homo filius Dei erat; & turbae reuertuntur percutientes pectora sua. Tellus, & astra tãtũ auersata scelus, sicuti Christi morientis innocẽtiã insolitis sunt contestata prodigijs, ità in necis auctores manifestam protulere sententiam. Sol lucis Suae radijs subductis, eos in perenni cęcitate dimisit; saxaque conuulsa duritiem cordis illis delegarunt: aperta monumenta mortuos resurgere coegerunt; tetris, vt Sinagogę funeribus interessent, eiusque ęterni interitus testes legitimi fierent. Scribę, & Seniores populi, Doctoresque legis in Cõcilium impietatis conuocati, lege, patrijsq; ritibus, Sacerdotio, Regno, Prophętis, Templo, victima, altari, eadem sententia caruere. Inferorum leges viuens Christus subijt, vt moriens dissolueret, & antiquae fraudis iura deleret. Diabolus deniq; mortalem dùm insectatur, incidit in Deum; & aliena dùm quęrit, proprio exuitur dominatu. Illustres quidem Crux tua Christe peperit triumphos, sed illum prę cęteris pręclarissimum, quod Crucis tuę fabros, tropheorum tuorum consortes habere voluisti.

Digitized by Google

FRANCISCO
S.R.E. CARDINALI,
VICECANCELLARIO MERITISSIMO

Antonius Ricciullus Archiepiſcopus Conſentinus
Fœlicitatem.

AEgide armatam litterarum ſtudijs præeſſe Palladem, iure finxit antiquitas; vt oſtenderet ſumma quædam ingenia inter ipſos bellorũ cõponendorum tumultus, litterarij pulueris otia non deſerere. Hæc laus tui propria eſſe ſolet ingenij Franciſce Cardinalis, maximis diſtentum curis minima non dedignari. Vrbano VIII. Pontifici Opt. Max. proximus aſſiſtis, cuius regiminis amplitudo non oceani vaſtitate detenta, nullis finibus clauditur, nullis terminis coercetur: & nihilo ſecius de religione, vel ad barbaras quaſq; oras propaganda, belliſq; componendis dum agis in ipſo Regiæ Vaticanæ culmine, inter ſuprema honorum faſtigia verſantem, iuuat excolendæ ſapientiæ tẽporum interualla largiri; ac muſæo illi, quo Roma nihil auguſtius ſuſpicit, feriari. Hac ego fiducia fretus, lucubrationes haſce meas tibi ſacrandas decreui; vt maximis à te bene-

Digitized by Google

ficijs ornatus, exiguum hoc grati animi pignus offerrem. Acceſſit & illa ratio, quod totæ lucubrationes iſtæ in cultu Sanctorum lipſanis debito comprobando, Epiſcoporum titularium prærogatiua firmanda, Eremitarum ſtatu, piarumq; ſodalitatum inſtituto cõmendando, Concionatorum miſſione, & feſtorum conuenientia, obſeruantiaq; laudanda, expẽduntur; quorum omnium, te ſtudioſiſſimum iamdiù eſſe cognoui. Teſtantur pietatem hanc tuam magni ponderis thecæ, ac loculi argento, auroq; conflati, in quibus ſacra pignora, ſi quæ in Apoſtolica viſitatione reperiebantur minus decenter teneri, te mandante, tuoq; ſumptu, à me, pro quo tunc fungebar officio incluſæ: Epiſcopi titulares, quos (vt Eccleſiarum ab hoſtibus occupatarum imaginem decenter referant,) tueris, honoribuſq; ornare non deſinis: Eremitarũ, piarumq; ſocietatum patrocinium; erga concionatores ſtudium, religioq; qua in feſtis colendis, (me teſte) vteris. Adieci orationẽ à me aliàs conſcriptam de Cruce Chriſti, qui tantas tibi largiatur benedictiones, vt pace per te Chriſtiano orbi reddita, læteris in Domino, viuaſq; diù fæliciter, Eccleſiæ catholicæ ſemper profuturus.

Digitized by Google

AVCTOR LECTORI.

POst Tractationem de Iure Personarum extra Ecclesiæ gremium existentium, quam ante viginti annos ædidi, germanam de personis, quę in statu reprobo versantur iam pridem tibi exibui. Accipe nunc Lucubrationū Ecclesiasticarum Libros sex, quos si Deus menti paremvitam concedere dignabitur, alia non iniucunda sequentur. Vale.

pro reuisione Librorum.

Vide superiora relatione. IMPRIMATVR.

Digitized by Google

IMPRIMATVR

Alexander Lucianus Vic. Gen. Neap.

Alexander Russus Canonicus Deput. vidit.

Illustris. & Excellentiss. Domine.

MAndatis Excellentiæ Vestræ, vt paterem, legi semel, & bis tractatum de Personis quæ in statu reprobo versantur, simul cum alio, cui titulus est Lucubrationes Ecclesiasticæ Illustris. & Reuerendiss. D. Antonij Ricciulli, Archiepisc. Consentini maioris quidem dignitatis meritissimus; in quibus præter solidam, & à Doctoribus receptam doctrinã, pari eruditione coniunctam, styloq; graui, & concinno explicatam eandem pietatem agnoui, quam in alio eius tractatu de Iure personarum viginti ab hinc annis conspeximus. Hoc etiam insigne reperi (quod paucis contingisse video) quod in quibusdam articulis, qui querelas excitare possent, tanta dexteritate procedit, vt æqui, boniq; Præsulis solæ veritatis amantis imaginem agnoscas. Quibus ex causis existimo vtilissimum omnibus fore, si Excellentiæ Vestræ beneficio, è studijs priuatis, in quibus iamdiù latuerunt in lucem prodeant.

Excellentiæ Vestræ

Additissimus seruus

Io. Antonius Parisius.

Vidit Arias Demesa Regius Consiliarius Delegatus per Suam Excellentiam pro reuisione Librorum.

Visa supradicta relatione, IMPRIMATVR.

Brancia Reg, Casanate Reg.

Prouisum per Suam Excellentiam, Neap. die 25. Septembris 1639.

Barrilius.

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM

LIBER PRIMVS.

De Cultu, & Veneratione Sanctarum Reliquiarum.

Cap. 1.

Reliquiarum appellatione quid continetur.

Cap. 2.

Sanguis Sanctorum an veniat appellatione reliquiarum.

Cap. 3.

Capilli an veniant appellatione reliquiarum.

Cap. 4.

Veſtes Chriſti, & Sanctorũ an ſint veræ reliquiæ.

Cap. 5.

Tabernacula Chriſti, & Sãctorum an ſint veneranda tanquam reliquiæ.

Cap. 6.

Sedem Pontificiam in qua D. Petrus, vel alij Apoſtoli ſederunt, tanquam reliquias venerari debemus.

Cap. 7.

Inſtrumenta paſſionis Chriſti an ſint reliquiæ, & vti tales venerandæ.

Cap. 8.

Inſtrumenta ſuppliciorum quibus Sancti martyrium conſumarunt, an ſint reliquiæ, & vti tales venerandę.

Cap. 9.

Agni Dei vnde originem habuerint; an veniant appellatione reliquiarum; ad quid proſint; an tangi, vel minio notari poſſint; aut venales haberi.

Cap. 10.

Referuntur argumẽta, quibus Nouatores ſuadere nituntur, reliquias Sanctorum non eſſe venerandas, illiſq; ſigillatim reſpondetur.

Cap. 11.

Multiplicitas ſepulchrorũ, veritati Sanctarum reliquia-

Digitized by Google

quiarum non obest.

Cap. 12

Veritati viuificę Crucis non obesse, quod eius particulæ tot in locis ostendantur.

Cap. 13.

Numerus clauorum quibus Christus Cruci fuit affixus, veritati reliquiarum non obest.

Cap. 14

Sudaria Christi duo, non vnum.

Cap. 15.

Reliquias Sanctorum esse colẽdas probatur authoritatibus ex vtroque Testamento desumptis.

Cap. 16.

Reliquiæ Sanctorum sunt colendæ de rigore iustitiæ.

Cap. 17.

Reliquias Sanctorum esse venerandas probatur authoritate Patrum.

Cap. 18

Reliquias Sanctorum esse venerandas probatur authoritate Conciliorum.

Cap. 19

Ostenditur, cultum reliquiarum Deo esse gratissimum.

Cap. 20.

Cultum Sacratum reliquiarum fuisse in Ecclesia, in Lege naturæ.

Cap. 21.

Cultus Sanctarum reliquiarum fuit in Ecclesia, in lege scripta.

Cap. 22.

Quantæ venerationis fuerint apud Cæsares Sanctorum reliquiæ.

Cap. 23

Quantæ venerationis fuerint reliquiæ Sanctorum, apud Catholicos Hispanorum.

Cap. 24.

Quantæ venerationis semper fuerint Sanctorum reliquiæ, apud Christianissimos Gallorum Reges.

Cap. 25.

Quãtę venerationis fuerint Sanctorum reliquię apud reliquos Reges, & Principes.

Cap. 26

Quantæ venerationis Sanctorum reliquię semper fuerint apud Christianos populos.

Cap. 27.

Apud Ethnicos corpora, cine-

Digitized by Google

neres, atq; res Sãctorum, & eorum, quos Sanctos, seù pios putabant in veneratione fuerunt.

Cap. 28.

Recensentur vtilitates, quę ex cultu reliquiarum manant.

Cap. 29.

Rursus, probatur vtilitas in colendis Sanctorum reliquijs, ex eo quod Dœmones illarum aspectu fugantur.

Cap. 30

Qualis cultus debeatur Sanctorum reliquijs.

Cap. 31.

Quę probatio requiratur, ad effectum, vt reliquię, certæ reddantur.

Cap. 32.

Ignis experimentum, sit ne Legitima probatio reliquiarum.

Cap. 33

De facultate Episcoporum in reliquijs probandis; & an possint probari extra Diœcesim; & an talis facultas competat Ordinario inferiori.

Cap. 34.

An in approbatione reliquiarum teneatur Episcopus adhibere consilium Theologorum, & aliorũ piorum virorum, itaut iis non adhibitis, probatio sit nulla.

Cap. 35.

Reliquię Sanctorum, vbi, & quomodo debeant asseruari.

Cap. 36.

Insignes reliquiæ quę dicãtur, & in quibus distinguantur ab exiguis.

Cap. 37

De Reliquiis dubiis.

Cap. 38.

Quid agendum, si corpus eiusdem Sancti in diuersis locis esse asseratur.

Cap. 39.

De reliquiis falsis, & pœnis quibus afficiuntur falsarum reliquiarum suppositores.

Cap. 40

An reliquię sint de substantia consecrationis Ecclesiæ, vel altaris, itaut sine illis fieri non possit, & an vbi non adsunt reliquiæ, debeat apponi corpus Christi.

Cap. 41

Reliquiæ quando debeant ostendi, & quomodo.

Cap.

Digitized by Google

INDEX

Cap. 42.

Translatio reliquiarum, quibus ex cauſis fieri poſſit, cuius authoritate, & quomodo.

Cap. 43.

Reliquiæ an poſſint vendi, aut venales haberi, vel oſtendi prætio mediante.

Cap. 44.

An in alienatione reliquiarum requiratur beneplacitum Sedis Apoſtolicę.

Cap. 45

An in reliquiis committatur furtum.

Cap. 46.

Surripientes reliquias, an contrahant aliquam cenſuram.

Cap. 47.

De peccatis, quę committi poſſunt circa reliquias.

Cap. 48.

An liceat reliquias collo appenſas geſtare.

Cap. 49.

Pluribus contendentibus de propietate, vel poſſeſſione reliquiarum, ad quem ſpectet iudicium.

Cap. 50.

Eccleſia quando poteſt priuari reliquiis.

Cap. 51.

An confugiens ad ſacras reliquias, dum proceſſionaliter deferuntur gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

Cap. 52.

Sacræ reliquię an debeant in proceſſionibus deferri.

LIBER SECVNDVS.

De Epiſcopo Titulari.

Cap. 1.

AN Epiſcopi Titulares ſint iidem, quos antiquitas, Chorepiſcopos vocabat.

Cap. 2.

An Epiſcopi Titulares ſint verè, & propriè Epiſcopi.

Cap. 3.

De Epiſcopo qui loco ceſſit, & dignitati.

Cap. 4.

De Epiſcopo qui ceſſit loco, dignitate retenta, vel fuit ab hoſtibus expulſus.

Cap. 5.

Epiſcopus qui ab initio fuit promotus ad Eccleſiam occu-

Digitized by Google

occupatam ab infidelibus, & sic populo Christiano carentem, an sit verè Episcopus.

Cap. 6.

Episcopos Ecclesiarum in partibus Infideliũ, aliosque titulares esse vocandos in Concilio Generali, in eoq; habere vocem decisiuã, aduersus Mar. cum Antonium de Dominis, luculenter probatur.

Cap. 7.

Sit ne expediens, Episcopos Titulares creari.

Cap. 8.

Episcopus Ecclesiæ in partibus Infidelium an possit prouideri de alio Episcopatu.

Cap. 9.

Per adeptionem Episcopatus titularis an vacent beneficia obtenta.

Cap. 10.

Dispositio loquens de Episcopo an habeat locum in Episcopo Titulari.

Cap. 11.

Episcopus Titularis Religiosus an remaneat exemptus ab obseruantia, & obedientia regulari.

Cap. 12.

Episcopus Regularis qui renunciauit Episcopatui an teneatur ad claustrum redire, & regulam suæ religionis seruare.

Cap. 13.

Religiosus, qui renunciauit Episcopatui, si redeat ad claustrum suæ religionis an teneatur ad obseruantiam regulæ, & obedientiæ.

LIBER TERTIVS
De Eremitis.

Cap. 1.

ERemitæ qui dicantur.

Cap. 2.

Vita Eremitica quando dicatur debitè assumi.

Cap. 3.

An status Eremitarum sit religiosus.

Cap. 4.

Eremita an teneatur voto religionis, vel castitatis, aut paupertatis; An dicatur ciuis loci, in quo habitat; Et an habeat testamenti factionem.

Cap. 5.

An Eremita possit contrahere matrimonium.

Digitized by Google

INDEX

Cap. 6.

Eremita an posſit ad Prælaturam aſſumi.

Cap. 7.

Eremita an posſit relinquere locum, & alium aſſumere.

LIBER QVARTVS.

De Confraternitatibus Laicorum.

Cap. 1.

Confraternitas vnde dicta, & quomodo posſit diffiniri.

Cap. 2.

Confraternitas cuis authoritate posſit erigi, & quomodo.

Cap. 3.

Cõfraternitas vbi erigi posſit, vel congregari.

Cap. 4.

Confraternitas quando pręſumatur, vel probetur erecta authoritate Ordinaria.

Cap. 5.

Confraternitas quæ facere poteſt.

Cap. 6.

Quæ ſint vetita Confraternitatibus Laicorum.

Cap. 7

Quot perſonæ requirantur ad conſtituendam Confraternitatem, & qui poſſunt eſſe de Confraternitate; an Fœminæ; an Mochi; an mimores; an ſerui.

Cap. 8.

An ad eſſe Confraternitatis requiratur Rector, & de eius poteſtate.

Cap. 9.

An quis posſit eſſe de duabus Confraternitatibus.

Cap. 10.

An quis posſit ingredi, vel egredi de Collegio ſine contradictione.

Cap. 11.

Confraternitas Laicorum an dicatur locus pius, & gaudeat priuilegijs locorum piorum.

Cap. 12.

Confraternitates Laicorum ſunt ne de foro Eccleſiaſtico, vel ſeculari?

Cap. 13.

Ius patronatus competens Confraternitati, quando dicatur Eccleſiaſticum, vel Laicale.

Cap. 14.

Con-

Digitized by Google

ARGVMENTORVM.

Conſtaternitas Laicorum an cogi poſſit ad accedẽdum ad proceſſiones, vel ad cõtribuendum ſeminario.

Cap. 15.

An, & quando Confraternitas poſſit ab Epiſcopo viſitari.

Cap. 16.

De præcedentia inter Confraternitates Laicorum.

Cap. 17.

Confraternitates quomodo diſſoluantur.

Cap. 18.

Quid agendum de bonis confraternitatis deſtructæ.

Cap. 19.

Indulgentijs, & gratijs ſpiritualibus, quibus gaudent Confraternitates.

Cap. 20.

Confraternitate deſtructa an pereant Indulgentiæ, & priuilegia ſibi cõceſſa.

LIBER QVINTVS.

De Prædicatore.

Cap. 1.

DE antiquitate, dignitate, & neceſſitate prædicadicationis.

Cap. 2.

Officium prædicandi an ſit ordinis, ſeù iuriſdictionis.

Cap. 3.

Quibus liceat prædicare.

Cap. 4.

De prædicatione Prælati intra Diœceſim ſuam.

Cap. 5.

An Epiſcopus poſſit prædicare extra Diœceſim ſine licentia Epiſcopi loci.

Cap. 6.

Parochi an, & quomodo in Eccleſijs ſuis prædicare teneantur

Cap. 7.

An officium prædicationis poſſit delegari.

Cap. 8.

De prædicatoribus Apoſtolicis, qui mittuntur ad infideles.

Cap. 9.

Laicus an ſit capax prædicationis, ſaltim ex delegatione.

Cap. 10.

Fœmine an poſſit committi officium prædicationis.

Cap. 11.

De Prædicatoribus ſecularibus,

Digitized by Google

ribus,& Regularibus.

Cap. 12.

Licentia prædicandi quomodo petenda, & à quibus dari debeat; & quid, si Prælatus omnino contradicat.

Cap. 13.

De tempore, quo debet haberi prædicatio.

Cap. 14.

In quibus locis prædicare liceat.

Cap. 15.

De præstandis, seù cauendis in prædicatione.

Cap. 16.

Prædicatori quomodo, & à quo sunt necessaria ministranda.

LIBER SEXTVS,

De Ferijs, Festisq; Diebus.

Cap. 1.

FEriæ in honorem Dei sunt institutæ.

Cap. 2.

Feriæ in honorem Dei quo iure sint institutæ.

Cap. 3.

Festum Dominicæ an sit de Iure Diuino, vel Ecclesiastico.

Cap. 4.

De conuenientia festerum indictorum ab Ecclesia in honorē Dei Creatoris.

Cap. 5.

De conuenientia festorum Christi Redemptoris.

Cap. 6.

De conuenientia festorum statutorum in Ecclesia in honorem Sanctorum.

Cap. 7.

De Sanctis Veteris Testamenti.

Cap. 8.

In quibus conueniat, aut differat obseruantia festorum in lege noua ab obseruantia legis veteris.

Cap. 9.

Dies festus quādo incipiat. aut desinat.

Cap. 10.

Præceptum de sanctificatione sabbati quid in se formaliter contineat.

Cap. 11.

Quis possit indicere Festum in honorem Dei.

Cap. 12.

Princeps secularis an possit indicere festum in honorem

Digitized by Google

ARGVMENTORVM.

rem Dei, eiuſq; Sanctorum.

Cap. 13.

An valeat ſtatutum, quod feriæ in honorem Dei non ſeruentur.

Cap. 14.

Conſuetudine an poſſit induci feſtum in honorem Dei, eiuſq; Sanctorum.

Cap. 15.

Conſuetudine an fieri poſſit, vt opus in die feſto ſua natura illicitum, efficiatur licitum.

Cap. 16.

A quibus operibus ſit ceſſandum, vt ſatisfiat præcepto ſeruandi feſta in honorem Dei.

Cap. 17.

De operibus naturalibus, alijſq; neceſſarijs in die feſto non prohibitis.

Cap. 18.

De operibus ſpiritualibus in die feſto permiſſis, aut vetitis.

Cap. 19.

De operibus liberalibus; An ſtudere in die feſto ſit prohibitum.

Cap. 20.

Scribere an liceat die feſto.

Cap. 21.

Venatio an ſit licita die feſto.

Cap. 22.

Piſcari an liceat die feſto.

Cap. 23.

An liceat die feſto militare.

Cap. 24.

Nundinæ, ſiue mercatus poſſunt ne licitè fieri in die feſto.

Cap. 25.

De actibus iuriſdictionis factis die feriato.

Cap. 26.

Quis poſſit abrogare feſta indicta in honorem Dei.

Cap. 27.

Diſpenſare quis poſſit præcepto ſeruandi feſta in honorem Dei.

Cap. 28.

De Feſtis in honorem hominum indictis.

Cap. 29.

De Ferijs ob publicam hominũ vtilitatem indictis.

Cap. 30.

In quibus cauſis feriæ meſſium, & Vindemiarum non obſtant.

Cap. 31.

De Renunciatione feriarũ.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM.

LIBER PRIMVS.

De Cultu, & Veneratione Sanctarum Reliquiarum.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiarum verbo quid continetur, & nu. 2. 3. & 4.*
5 *Pars Sancti in qua non cadit relatio moralis dignitatis, non venit appellatione reliquiarum.*
6 *Cadauer Sancti dicitur reliquia Sancti.*
7 *Puluis circa Martyrum sepulcra est virtute præditus.*

Reliquiarum appellatione quid continetur.

CAP. I.

1 RElíquiarum verbo continetur, quod supereſt, maiore parte detracta. *Lucę cap. 19. & cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.* Vnde minor populi, vel familiæ pars reliquiarum appellatione significari solet. hinc reliquias dicimus *Iacob, Micheę cap. 5.* & populi Israel, *Hierem. c. 21. Paul. ad Rom. cap. 9. & 11.*

2 Cum autem hominis opificium maiore ex parte in spiritu consistat, sequitur quòd eo à corpore recedente, cadauer, quod supereſt reliquia nuncupatur, vt docent *Origen. & D. Ambros. psal. 36.* & sunt iura apertissima *in l. quidam 27. ff. de cond. inst. l. fundus 31. ff. familiæ erciscund. l. ossa, & l. cum l. corpora 42. & l. 44. ff. de religios. & sumpt. fun.*

3 In proposito nostro, reliquiarum appellatione continetur quidquid supereſt, q̃ ad Sancti memoriam pertinet, dũmodo in eo cadat re-

Digitized by Google

latio moralis dignitatis, in qua Sanctus decenter possit venerari, ità colligimus ex *cap. placuit de consecrat. dist. 1. & tradit Diu. Thom. in 3. parte quæst. 25. art. 4. & 6.*

4 Dixi, *quidquid supereſt, quod ad Sancti memoriã pertinet.* nã dũmodo ad Sãcti memoriã ptineat, siue pars corporis sit, siuè eius vestimẽti, reliquiarũ loco erit, vt *infrà* dicetur *à cap. 2. cum pluribus sequentibus.*

5 Dixi etiam, *dummodo in eo cadat relatio, in qua Sanctus possit decenter venerari:* nam nisi talis relatio adsit, non poterit reliquia nuncupari. Vnde vermes, si qui è corpore Sancti scaturirent (quod tamen euenire non solet) feces, sedes stercoraria, & cærera huiusmodi, non merentur nomen reliquiarum, *Sanch. ad præcept. decalogi, lib. 1. cap 43. num. 43.* hæc enim in Sãctis licèt sint, tamen non cõsiderantur, etiã ab Etnicis Philosophis, *Macrob. in somn Scip. lib. 1. cap. 42.*

6 Ergo reliquiarum nomine in primis continetur cadauer, *l. 2. §. Sepulcrum ff. de religios. & sumpt. funerum*, siuè maneat in figura, siue in solis ossibus consistat, *l. ossa ff. de religios. & sumpt. funer. l. ne corpora ff. eodẽ tit.* & siue ossa sint integra, siuè in frustra scissa, vel exusta, & in puluerem redacta, *l. 1. & 2. ff. de cadau. punit.* & in specie tradunt *D. Ant. in 3. par. tit. 12. cap. 9. in fine, Sylues. in sum. verb. reliquiæ.* Scribit *D. Gregor. Nazianz. in oratione Sancti Cypriani*, puluerem Cypriani cum fide omnia posse, *& Bed. histor. lib. 3. cap. 11.* Demonem eiectum puluere, in quẽ effusa fuit aqua, qua lota fuerunt ossa Sancti Osualdi.

7 Quinimmò puluerẽ, qui circà Martyrum Sepulcra repertus est, maxima præditum esse virtute, scribit *Nazianz. in oratione in Theodoret.* eoque plura patrata esse miracula, legimus apud *D. Greg. Dialog. lib. 3. cap. 17.* & apud *Turonens. de glor. Martyrum cap. 62.*

Vnde non immerito *D. Hieron. in lib. contra Vigilant.* Dæmoni per os Vigilantis loquenti, & Sanctorum corpora in puluerem redacta contemnenti, respondit, *Tu sæpè vilissimo hoc tortus es puluere.*

SVMMARIVM.

1 *Sanguis est pars corporis nobilissima.*

2 *Sanguis Christi à Deipara Virgine collectus.*

3 *Sanguis Christi Mantuæ inuentus.*

4 *Sanguis Stephani Prothomartyris.*

6 *Sanguis Sancti Ianuarij, et Sancti*

Digitized by Google

cti Io. Baptiſtæ in Ciuitate Neapolitana, & num. 5. & 6.

7 *Sanguis plurimorum martyrum in Vrbe à S. Praxede collectus.*

Sanguis Sanctorum an veniat appellatione reliquiarum.

CAP. II.

1 INter inſignes Sanctorum reliquias Catholica Eccleſia Sanguinem ſemper habuit: eſt enim pars corporis nobiliſsima; in qua præcipuè hominis vita conſiſtit, & ad defuncti memoriam recolendam aptiſsimus. Dei Genitricem, quę Chriſto morienti cum alijs Mulieribus adſtitit, magna cum diligen-
2 tia collegiſſe quantum licuit Sanguinem, & aquam, quæ ex Domini latere fluxerat, ex antiquioribus monumentis
3 recitat *Metaphraſtes* 11. *Auguſti. Anno Domini* 804. Cum fama vulgaret, Mantuæ inuentum Sacroſanctum Chriſti Sanguinem, Leo Pontifex huius nominis Tertius, vt negotium ea, qua par erat diligentia perquireretur, Mantuam proficiſcitur, comperto que eſse ſanguinem, qui ex Chriſti corpore fluxit tempore paſsionis eius, gaudio repletus, Germaniam pergit ad Carolum Magnum Imperatorem, cum quo dies octo manſit, & Romam redijt, *Baron. t. 9. d. anno 904. in princ.*

4 Oculis quotidie cernimus in Ciuitate Neapolitana in templo Sancti Gaudioſi, Sanguinem S. Stephani Prothomartyris; à Gaudioſo Epiſcopo, Vuandalis in Africa in Catholicos ſeuientibus allatum; & in vitrea ampulla cõcretum, poſitum ſuper altari dum miſſa celebratur, colliquefieri, miſſaque peracta, quaſi duram in glebam conſidere.

5 Cernimus ibidem ſanguinem Beati Martyris Ianuarij, cuius tutela Ciuitas ipſa ab annis 1300. gloriatur, in ſimili aſſeruatum vaſculo, ad conſpectum capitis eiuſdem Martyris cunctis aſpicientibus, non ſecus ac ſi recens eſſet effuſus, agitari.

6 Item videmus ibidem in æde Sancti Gregorij in ſimili ampulla, Sanguinem Sancti Ioannis Baptiſtæ veluti in lapidem actum, ipſaque die, & hora populo aſpectante, & admirante efferueſcere, vt tradit *Bozzi. deſignis Eccleſiæ lib. 15. cap. 10. ſub littera D.* & nos etiam ſæpè hoc obſeruamus dum in eadem ciuitate moraremur.

Digitized by Google

7 In Vrbe Sanguinem plurimorum martyrum à Santa Praxede collectum, partim in puteo, partim verò in criſtallinis vaſculis decenter aſſeruatum, quotidiano fidelium concurſu veneramur.

SVMMARIVM.

1 *Capilli non ſunt partes corporis.*
2 *Capilli ſenſu carent.*
3 *Iurans propter capillos Dei punitur tanquam blaſphemus.*
4 *Vt quid poſſit venerari tanquam reliquia, ſufficit, quod ad corpus Sancti aliquo modo pertineat.*
5 *Virtus in hominibus Deo ſacratis etiam in capillis exiſtit.*
6 *Capilli in homine ſemper fuerunt in conſideratione.*
7 *Homines reſurrecturi ſunt cum capillis.*
8 *Homo in capillis poteſt deſpici.*
9 *Capilli Sanctorum in Eccleſia ſemper venerati.*
10 *D. Gregorij munus Recardo Hiſpaniarum Regi.*
11 *Isydis capilli apud Gentiles venerati.*
12 *Intell.* cap. ſi quis 32. quæſt. 1.

Capilli an veniant appellatione reliquiarum.

CAP. III.

1 NEgantium opinio ſuaderi videtur, Primo, quòd capilli non ſint partes humani corporis, vt ex Philoſophorum, & Medicorum ſententia nouiſsimè probant *Fernel. Phiſiologiæ lib. 1. cap. 15. Valeſ. lib. 2. controuerſ. cap. 15.* Secundo quia capilli ſenſu carent, quod maximè patet, quod ſi ſecentur dolorem nó ingerunt; penetrabiles enim
2 non ſunt effectui animæ quæ ſenſum miniſtrat, vt diſertè probat *Macrobius Saturnal. lib. 7. cap. 9.* quin etiam omni vita capillos carere teſtatur *Galenus*, quẽ Medici communi sẽtẽtia probãt, *lib. 1. artis me dicę*. Tertio quia ſi quis iurat
3 per capillos Dei, poteſt puniri tamquam blaſphemus, *cap. ſi quis 22. q. 1.* ergò ſi capilli in Deo non ſunt honorabiles, multo minus in Sanctis.

4 Contrarium, & verius putant *Azor. Moral. inſtit. tom. 1. lib. 9. capit. 8. Sanchez ad præcept. Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 43. nu. 2.* quorum opinio, & veriſſima eſt, & probatur ex infra dicendis.

Primo ad effectũ, vt quid poſſit tamquam reliquia venerari, non requiritur, quod ſit membrum Sancti, ſed ſufficit, quod ad corpus aliquo modo venerabiliter pineat, vt dictum eſt ſupra *cap. 1.* & comprobatur quia deus non

eſt

Digitized by Google

est membrum, *l. qui dens ff. de ædil. edict.* & nihilominus, quia pertinet ad corpus, inter reliquias recensetur *Azor. quem refert Sanchez ad Præcepta decalogi lib. 1. cap. 43.* at capilli sunt tales, ergo.

5 Secundo, quia virtus in hominibus Deo sacratis, etiam in capillis existit, præsertim aduersus Diuini nominis hostes, *Iudicum cap. 11. num. 17.* vbi Sampson sola capillorum virtute præditus, innumeros inimicos strauit.

6 Tertiò, quia in homine capilli semper fuerunt in cõsideratione, iuxtà illud *capillus de capite vestro non peribit, Lucę cap. 21. & omnes capilli vestri numerati sunt, Matthei c. 10.* legimus etiam elegantiam capillorum Absalon. *Reg. 2. cap. 14. & Homer. Iouem.* ex cæsaria præcipua hoc carmine laudat.

Cæsaries magni subito concussa tonantis.

qua ratione homines cum capillis resurrecturos scri-
7 bunt *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 21. D. Hieronym. in Matth. cap. 10. D. Thom. in 4. sentent. quæst. 1. art. 2. & ibi Abulen. cap. 22. quæst. 242. cum alijs per Angles in florib. de resurrect. art. 6. dub. 1.*

8 Quartò, quia sicuti in capillis homo potest despici, *c. vni. §. si quis aliquem de pace tenend. in vsib. feud. cap. cum tè de Sent. & reiud. cum alijs per Gram. decis. 17. Rom. sing. 519.* ità potest honorari, ex regula, quod in quibus possumus despici, possumus honorari *l. 1. ff. de iniur.*

9 Demum quia Ecclesia Catholica Sanctorum capillos inter reliquias semper habuit, & habet. Theodoric. Metensium Episcopus Othonis Augusti sanguine coniunctus, Roma Galliam reuersurus, inter cæteras Sanctorum reliquias, quas Io. Põtificis permissu multis ex Vrbibus secum aduexit, Petri Apostolorum Principis capillum tulit, *Baron. tom. 10. 959. pag. 814. lit. E.*

10 *Diu. Gregorius*, Recaredo Hispaniarum Regi, de Capillis S. Ioannis Baptistæ inter cæteras reliquias misit, *epist. 127. lib. 7.* Concinit ecclesiæ consuetudini gentilium mos,
11 apud quos Memphitæ Isidis capillos veneratione prosequebantur *Lucian. in libello aduersus quendam indoctum.*

12 His ità stantibus contraria facili negotio remouentur, nam primum, & secundum remanẽt sublata ex prædictis; tertium verò non obstat, quia blasphemia, quæ contrahitur à iurante per capil-

pillos Dei, non procedit ex hoc, quòd capilli non sint honorabiles; sed quia Deo tribuitur qualitas corporis
12 humani, cum sit simplex, ac purus spiritus, vt latè dixi *in tract. de his qui in statu reprobo versantur lib. 1. cap. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vestes sanctorum sunt verè reliquiæ.*
2 *Pertinent ad Sancti memoriam 3. & 4. Agrigentinorum, & Pompeij factum circa vestes.*
5 *Vestes prædecessorum posteris cariſſimæ.*
6 *Sanctitas quæ ineſt corporibus, tactu fertur ad veſtes.*
7 *Pauli ſudaria, & ſemicintia Demones eijciebant, & ſanabant ægrotos, & num. 8.*
9 *Leonis Papa factum circa brandei particulas.*
10 *Flores Sanctorum corpori admoti, computantur inter reliquias.*
11 *Panno ſepulcrali Sãcti Io. Chryſoſtomi, claudus ſaluti reſtitutus.*
12 *Stola Sancti Bernardi Energumenus liberatus.*
13 *Tunica S. Pauli Eremitarum Principis, à D. Antonio venerata.*
14 *Veſtes Chriſti quæ ad nos deuenere.*
Duplex Chriſti ſudarium 15 & 16.
17 *Sacra ſindon in Eccleſia Taurinenſi aſſeruatur.*

Veſtes Chriſti, & Sanctorum an ſint veræ reliquiæ.

CAP. IV.

1 VEſtes Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum eſſe reliquias veneratione digniſſimas, ſcribit *D. Thom.* quem reliqui communi calculo probant *in 3. part. quæſt. 25. ar. 4. in reſol. Thom. Valenſ. lib. de ſacram. cap. 120. Gabr. in 3. par. diſt. 13. quæſt. 2. col. 2. & pen. Nauar. in comment. de orat. cap. 18. nu. 27.* eſtque receptiſſima omnium cattholicorum ſententia.

2 Sunt enim veſtes ad memoriam repræſentãdam aptiſſimæ, *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8.* quippè quæ declarant qualitatem perſonæ, quæ eas induit, *l. item, apud Labeonem §. ſiquis virgines ff. de iniur.* Agrigentini tiranni
3 de Phaleridis liberati, vt eius memoriam omninò remouerent, ſanxerunt, ne quis ceruleas veſtes indueret; propterea quod eius corporis ſtipatores, ſubligaculis ceruleis vti ſoliti erant, vt *Plutarch. ſcribit in Politic.*

4 Pompeius memoriæ Alexan-

Digitized by Google

xandri Magni deferre cum vellet, post Mitridaticum bellum, Vrbem ouans ingrediés, curru, lapillis, auroque splendente ferebatur, clamidem indutus Alexandri, Appian. *Alex. in lib. de bello mitridat. ad finem.*

5 Sunt etiam vestes posteris carissimæ, etenim quemadmodum genuini filij peregrinante longo tempore patre, ingenti amore erga eum affecti, quidquid in illius domo viderint, siue baculum, siuè clamidem amplexantur, non illa venerantes, sed patrẽ desiderantes, ita fideles, Sanctorum vestes in eorum memoriam venerantur *Concil. Nicen. l. 2. action. 4. ante med. tom. 3.*

6 Præterea sanctitas, quæ inest corporibus Sanctorum, tactu fertur ad res quamuis inanimes, *D. Thom. loc. cit. art. 4. & 6. Suarez ibidem disp. 55. Vasq. de adorat. imag. lib. 3. disp. 3. cap. 8. num. 118.* hinc Eliæ pallio scissa sunt fluenta Iordanis, *Reg. 4. cap. 2.* & mulier
7 emorroissa tactu solius fimbriæ Christi sanatur, *Matthæi cap. 9. num. 20.* Pauli etiam sudaria, atque semicintia
8 Dæmones eijciebãt, & ægros
9 curabant, *Actuum cap. 16. & 19.* Leo Pontifex huius nominis primus res tactu corporũ Sanctorum sanctificatas venerandas censuit adeo, vt quoties rogabatur vt reliquias daret, missam ad corpora Sãctorum, quorum reliquiæ petebantur celebrare consueuerit, brandeumque altaris, quo corpus Domini inuoluerat in particulas diuidere, quas deinde pro reliquijs distribuebat, *D. Greg. epist. 30.*
10 *lib. 3.* Tactus etiam ratione, flores, qui Sacris reliquijs admoueri consueuerunt, inter reliquias computat *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8.* Tactu panni Sepulcralis, quo corpus S. Io. Chrysostomi tegebatur, claudum fuisse suæ integritati restitutum, scribit *Georg.*
11 *Alex. in vita eiusdem Sancti*, ac stola, qua D. Bernardus vti solebat, Energumeno admota, Dæmonem eijcit, *Vuilelm. in vita Sancti Bernardi*,
11 Deus vestem Aaron post eius obitum non negligi; sed dari voluit Eleazaro eius filio, & in Sacerdotiũ successori. *Numer. cap. 20. num. 15.*

13 Iure ergo Sanctorum vestes, iugiter vti veras reliquias coluit Ecclesia. Diuus Antonius tunicam Pauli Eremitarum magistri coluit ità, vt ea non nisi solemnibus festis vti soleret, vt scribit, *D. Hieron. in vita Pauli*, & D. Athan. gloriatur se pallium tritum à D.

An-

Digitized by Google

Antonio legati nomine recepiſſe, idem *Athanaſ. in vita S. Antonij.*

14 Veſtes Chriſti, quæ ad poſteros deuenere ſunt infraſcriptæ; Tunica inconſutilis à militibus ſorte data, à Chriſtianis redempta, & cõſeruata, vt tradit *Greg. Turonenſis*, qui ſuis temporibus in Galatia repoſitam fuiſſe ſcribit *de glor. Mart. cap. 8.*

Sudariũ, quo caput Domini
15 eſt inuolutum in ſepulcro, ad poſteros fuiſſe trãslatum ſcribit *Beda loc. ſuprac. cap. 5.*

16 Ab hoc diuerſum Sudariũ exiſtimatur illud, quod à Berenice, quam alii Veronicam vocant, faciei Domini ſanguine, & ſudore madenti, ad motum eiuſdem Dominici vultus effigiem in ſe retinuit, *Baron. tom. 2. anno 34. pag. 182 poſt method. apud Marian. Scot. anno 39. cronolog.*

17 Permanet adhuc integra, illæſaque diuina operante virtute, Sanctiſſima Sindon illa, quæ vnguento delibata corpori Domini Ieſu in ſepulcro poſita fuit, velut operimentum, & ſtratum, quæ in ſe imaginem Chriſti in ſepulcro iacentis expreſsit: illaque in Eccleſia Taurinen. Summo cum honore aſſeruatur, de qua integrum commentarium compoſuit *Paleott. Archiepiſcopus Bononienſis.*

SVMMARIVM.

1 *Præſepe, & ſpeluncain qua Chriſtus natus eſt, ſunt veneranda tanquam reliquiæ & n. 2.*
3 *Romuli tugurium ex ſtipula cõpactum ad multa ſecula reſeruatur.*
4 *Sacra domus Lauretana, venit appellatione reliquiarum: item laquearia, tabulę, ac fictilia, num. 5.*
6 *Sepulchrum Domini venit appellatione reliquiarum.*
7 *Tortulæ confecto ex terra ſepulcri Domini ad morbos curandos per orbem miſſa.*
8 *Locà in quibus Sancti habitarũt, vel paſſi ſunt, vel aliud preclarè geſſerunt, uenerãtur tanquam reliquię.*
9 *Eccleſia trium fontium Romę quare conſtructa.*
10 *Locus in quo D. Stephanus lapidatus fuit, in Tẽplum erectus ab Eudoxia.*
11 *Lapis vnus, quibus D. Stephanus fuit lapidatus, aſſeruatur Anchonæ.*

Tabernacula Chriſti, & Sanctorum an ſint veneranda tanquam reliquiæ.

CAP. V.

1 ESſe veneranda ſcribit *D. Thom. in 3. par. queſt.*

Digitized by Google

25.art.4. *in responsione ad tertium*, & probat *tex. in cap. placuit de consec. dist.* 1. ea enim ad Christi memoriam non parum pertinent. Hæ sunt Præ-
2 sepe, & Spelunca, vbi natus est, nam, & Romani Romu-
3 li tugurium ex stipula contextum, ad multa sęcula de industria reseruarunt. *Alicarn. Histor. Rom. lib.* 1. Item, & sa-
4 cra domus Lauretana, quæ magnum semper nomen, & venerationem apud Christianos habuit vsque à tempore Apostolorum, probat *Turfell. in historia huius Sacræ ędis lib.* 1. *cap.* 1. quin etiam non so-
5 lum domus tota, sed laquearia tecti, tabulæ, ac fictilia, pro reliquijs habentur adeo, vt ne lapidem quidem ab eius parietibus auferre liceat, *Turfell. loc. cit. lib.* 5. *& cap.* 3. *&* 4.

6 Sepulchrum etiam Domini venire appellatione reliquiarum patet; tum ex prędictis, tum etiam ex *Isaia cap.* 11. qui sepulchri Domini gloriã ante tot annorum sæcula cecinit. Terra etiam ipsa, quæ Domini adiacet sepulchro, diuinam quandam ex Dominico corpore proximè posito virtutem habuit, vt mæritò fideles illuc peregrinantes auidè eam solerent accipere, tum ad morbos curandos, tum etiam ad Dęmones profugandos, *D. Aug. de Ciuit. Dei lib.* 22. *cap.* 8.

7 Addit *Greg. Turonen.* ex eadem terra aqua admixta formari consueuisse tortulas quasdam, easdemque per diuersas mundi partes transmitti solitas ad morbos curandos, aliasque diuinas gratias impertiendas, vt quod etiam probat *Baron. anno* 34.

Non immerito igitur loca, in 1
quibus Sancti habitarunt, vel passi sunt, vel aliquid præclarè gesserunt pro reliquijs venerantur, licetque super illis 2
8 altaria, & Ecclesias structi super reliquijs erigi, *d. cap. placuit*, vbi notant omnes *de consecratione dist.* 1. *Bellar. controuer.* 7. *tit. de cultu Sanctorum cap.* 4. *lit. C. uers. respondeo.* 3

9 Romæ Ecclesia trium fontium nuncupatam erexere apud Ecclesiam Sanctorum Vincentij, & Anastasii, propterea quod locus ille Pauli Apostoli fuit sanguine dedicatus, item, & Ecclesiam Sanctorum Ioannis, & Pauli ad cliuum Scauri, quod ibidem iidem Sancti in domo propria pro Christo martyriũ absoluerunt.

10 Eudoxia Augusta, Theodosii Imperatoris vxor, quadrigentesimum ferè post annum, in loco vbi D. Stepha-

Digitized by Google

nus lapidibus obrutus, occubuit, magnificum Templum erexit, ibique saxa, quæ sacro 1 cruore respersa asseruabantur, reposuit; quorum nonnulla etiam Anconæ adhæc vsque tempora conspicimus, & veneramur, *Baron. Anno 34.*

SVMMARIVM.

1 *Sedes Pontificales Apostolorum, quanta diligentia cura, & veneratione à maioribus nostris asseruatæ, & num. 2.*
3 *Festum Cathedræ D. Petri quare celebretur.*
4 *Cathedra Episcopalis, quare velo serico ornetur.*

Sedem Pontificiam, in qua D. Petrus, vel alij Apostoli sederunt, tamquam reliquias venerari debemus.

CAP. VI.

1 CONsueuerunt maiores nostri, memores beneficii, quod Apostolica prædicatione è tenebris, quibus erant effusi, ad lucem planè diuinam euecti essent, Apostolos ne dum, sed ipsas sedes ligneas, quibus insedissent summa diligentia custoditas, veneratione prosequi. Hierosolymorum Ecclesia frequentibus licet Iudæorum casibus agitata, tamen sedem ipsam, cui Iacobus Apostolus primus eorum Episcopus insedit, vsque ad 2 Constantini tempora intactam seruauit, vt Author est *Eusebius lib. 7. cap. 24.* Id ipsum de sede Marci Euangelistæ, Alexandriæ factum esse, pluribus ostendit, *Baron. tom. 3. anno 310. pag. 44. lib. 6.*

2 Prima Pontificia sedes Petri, nempe Cathedra illa lignea, cui veluti in Pontificali throno insedit, dignum planè est tantæ rei monumentum quam plurimis semper miraculis illustrata, & à maioribus asseruata in Basilica Vaticana custoditur, certisque diebus populo visenda exponitur. Nam si sola Petri vmbra proderat ad infirmos sanandos, *Actuum cap. 5.* vtique multo magis sedes illa, quæ Cathedra fuit Apostolicæ prædicationis.

3 Eius ergo non immeritò fœstum celebramus diem, deuotamque venerationem persoluimus, *Durand. de ritib. lib. 7. cap. 8.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta passionis Christi, quare pro reliquijs venerentur, num. 2. & 3.*
4 *Prophetarum oracula cur à nobis venerantur.*
5 *Referuntur plura miracula instrumẽtorũ passionis Christi.*
6 *Instrumenta passionis Christi considerantur dupliciter, & num. 7.*
8 *Crux Christi est nobis sacramẽtum, & exemplum.*
9 *Corona, flagella, atque columna Christi, item arundo, & spõgia quanta cum diligentia asseruata.*
10 *Ratio quare calumniæ Phariſæorum reprobantur, & instrumenta passionis venerantur.*
11 *Differẽtia Crucis in qua Saluator pependit, & earum quæ sunt ad ipsius imaginem fabricatæ.*
12 *Crucis frustulum quanti à Christianis Principibus fiat, referuntur plura Principum, & populorum exempla.*

Instrumenta passionis Christi an sint reliquiæ, & vti tales venerandę.

CAP. VII.

PLacuit Nouatoribus, Instrumenta passionis Christi inter abominanda referre: inquiunt enim; sicut impius deberet reputari, qui gladium, quo pater interemptus, aut flagella, quibus cæsus fuit, amaret; pari ratione qui amat, & veneratur instrumenta, quibus Christus communis parens, improba nece expirauit.

Hinc Phariſęorum calũnias, Iudæ proditionem, Pilati ſententiam, & Miniſtrorum opprobria, atque ſeuitiã deteſtamur, quę certè omnia operoſa fuerunt paſsionis inſtrumenta.

1 At veras eſſe Chriſti reliquias, & vti tales eſſe venerãdas, communis eſt omnium Catholicorum conſenſus, ſequuti *D. Thom. in 3. part. q. 25. art. 4.* ibiq; *Suarez diſp. 54. art. 4. & diſp. 56. ſect. 1. & 2.* refert alios *Bellarm. controuerſ. 7. lib. 2. cap. 27. & 30. Viguer. inſt. cap. 5. §. 5. verſ. 12. verb, idem dicendum.*

2 Primo, ex contactu Sacratiſsimi corporis, & ſanguinis Chriſti; hoc enim ſatis eſſe ad ſanctitatem impartiendam ſcribit *D. Thom. loc. cit.* & pleniùs probauimus *ſuprà cap. 4.*

3 Secundo, quia ſunt fideliſsimi teſtes paſsionis Chriſti, qua mediante cum ſit deletum chirographum damna-

Digitized by Google

tionis noſtræ, *Paul. ad Coloſſenſes* 2. ex eaque pendeat ſalus, & liberatio noſtra, inde reſultat, vt à nobis ſint colenda tamquam documenta legitima, quibus ſalus, & liberatio noſtra probatur.

4 Et quidem, ſi Prophetarũ oracula veneramur, quia illa Chriſtum pro nobis paſſurũ prædixerant, pari ratione venerari, & cuſtodire debemus Crucis inſtrumenta, quæ Chriſtum pro nobis paſſum eſſe teſtantur; nam & ipſemet Chriſtus ad fidem reſurrectionis diſcipulis faciendam, vulnera lateris, manuum, & pedum veluti inſignia victoriæ oſtendit, *Ioan. cap.* 20.

5 Tertio eadem catholica doctrina probatur ex miraculis, quæ in dies Dominus per hæc paſſionis inſtrumenta facere dignatur, quæ certè non faceret, niſi hæc inſtrumenta tamquam inſignia ſuæ victoriæ non haberet. & vt omittam Crucis miracula, de quibus infrà dicetur, Iuſtin. Auguſtus, poſt magicas incantationes fruſtra adhibitas, Chriſti clauo, quem Cõſtantinus in æqui frænum aptauit, capiti ſuppoſito corporis, animique ſanitatẽ recepiſſe dicitur, *Baron. an.* 576. *to.*

In oppido Mantoninon. longe ab Eugubio, conſeruatur vna ex ſpinis, quæ Chriſti caput cinſere; quam eò attuliſſe fertur forte bracchium conciuem ſuum, militum ductorem celeberrimum. ea quotãnis Sãcto paſſionis die, cunctis videntibus, & admirantibus floret, vt *ſcribit Bozz. de ſignis Eccleſiæ lib.* 15. *cap.* 15. *lit. D.*

6 Argumenta in cõtrarium allata non obſtant; non enim obſtat primum, quia in paſſione Chriſti duo continentur; nempè flagella, irriſiones, & opprobria; itẽ & effectus liberationis noſtræ, triũphato, ac captiuato Diabolo, *Paul. ad coloſſen.* 2, *Chriſtus donans vobis omnia delicta: delẽs, quod aduerſus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci; & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triũphans illos in ſemetipſo.* Opprobria ergo, contumeliæ, & irriſiones, fuerunt in oculis hominũ: at in virtute, & ſapiẽtia Dei fuerũt effectus humanæ ſalutis, quod apertè declarat idẽ *Paul. ad Coriuth.* 1. *c.* 1. ibi *prædicamus Chriſtum crucifixum; Iudæis quidem ſcandalũ, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum, Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* hæc reſpõ-

ſio

fio colligitur ex *D. Thom. in d. art. 4. in responsione ad primũ*; dum ergo veneramur instru-
7 menta passionis, consideramus illa tamquam instrumẽta à Deo ordinata pro salute generis humani, non autem tamquam instrumenta sæuitiæ hominum impiorum, quia consumato passionis mysterio, sicuti contumeliæ, & opprobria transierunt in gloriam, ità instrumenta supplicij transierunt in instrumẽta triumphi, vt inquit *D. Leo in sermone de S. Laurentio.*

8 Præterea, *Crux Christi* (vt inquit *D. Leo serm. 2. de resurrect. Domini*) *Sacramentum est, & exemplum.* Sacramentum, quo virtus impletur diuina; exemplum, quo deuotio excitatur humana. Quid quæsò aptiùs ad pœnitentiam, & deuotionem excitandam proponi nobis potest instrumentis passionis Christi, in quibus impiorum sæuitiam, & Saluatoris inuictam contemplamur patientiam? Audi *D. Augustinum in serm. 44. de sanctis* loquens de martyrio, *in cuius* (inquit) *glorioso agone duo nobis consideranda sunt, indurata videlicet tortoris sæuitia, & Martyris inuicta patientia, sæuitia tortoris, vt eam detestemur, patientia Martyris, vt eam imitemur.*

Hæc omnia clariora reddũtur ex eo quod eadem Christi Genetrix, Sacro passionis mysterio est famulata, propterea quod mortuũ videns filium, in eo de Cruce deponendo, maternis manibus inseruiuit, & claues, qui extrahebantur in sinu suo accepit, *Metaphrast. die 11. Augusti*, remanserunt ergo omnia passionis Christi, atque sepulcri instrumenta, ipsaque loca, vbi hæc facta sunt tantæ rei memoria consecrata, velut quędam trophea victoriæ, ex quibus veluti ex pe-
9 rennibus quibusdam fontibus fluenta gratiarum erumpunt: spinas coronæ, columnam, in qua alligatus est cũ flagellis cederetur, arundinẽ, atque spõgeam, qua fuit aceto potatus, magna fuisse diligentia asseruata, tradit *Greg. Turonen. de glor. Mart. cap. 7.* illaque hodie magna ex parte in Basilica Principis Apostolorum, & in templo S. Praxedis de Vrbe veneramur.

Ex his patet, non aptari similitudinem filij venerantis gladium, quo Pater peremptus est, nos enim veneramur Crucem, & eius instrumenta vti Christi vexillum, & palmã victoriæ, ac gladium quo Diabolus peremptus est. *D. Ambr. in orat. in funere Theodosij.*

Nec

Digitized by Google

10 Nec ad rem faciunt exempla calumniæ Pharisæorum, proditionis Iudæ, & sententiæ Pilati; etenim in passione Domini fuerunt instrumenta sceleris, & instrumenta passionis; instrumenta sceleris fuerunt calumniæ, proditio, & iniqua sententia; quæ quamuis fuerint necessaria ad salutem, tamen, quia continebant malitiam, & culpam, sunt à Domino reprobata, *Lucæ cap. 22. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, & quidem filius hominis, secundum quod diffinitum est, vadit, verumtamen væ homini illi, per quē tradetur.* Instrumenta verò passionis, quia nullam continebant culpam, nec erant culpæ capacia, Sunt à Domino canonizata, quod patet maximè ex eo, quia Dominus post resurrectionem pro triumpho non monstrauit proditionem Iudæ, & iniustitiam Pilati, sed vulnera, quæ in passione substinuit. *Io. cap. 20.*

Remanet ergò constitutū, Instrumenta passionis Christi esse verè, & propriè Christi reliquias. Quamuis autem omnia passionis instrumenta sint veneranda, Crux nihilominus est omni veneratione dignissima; quia non solum est sanctificata per contactum mēbrorum Christi; sed nobis Christum ipsum ex ligno pēdentem repræsentat, *D. Thom. in 3. par. q. 25. art. 4. ad 3.* & hæc est causa, qua adoramus imaginem Crucis, non autem imaginem clauorum, seu flagellorum, aut coronæ, *D. Tho. lor. cit. in fin.*

11 Inter Crucem ergo, in qua Saluator pependit, & Cruces ad eius formam modulatas, hoc interest, quòd Crucem, cui Saluator suffixus fuit adoramus, & tamquam reliquiam inter omnes præcipuam, & tamquam imaginem Christi. Cruces autem ad eius similitudinem efformatas, veneramur tamquam imagines, vt pluribus probat *Bellar. controuers. 7. lib. 3. cap. 26. & 27.* De Cruce, in qua Saluator pependit sic scribit, *Paulin. ad Seuerū epist. 11. Quæ quidem Crux in materia insensata, vim viuā tenens, ità ex illo tempore innumeris penè quotidiè hominum votis lignum suum commodat, vt detrimenta non sensiat, & quasi intacta permaneat, quotidiè diuidua sumentibus, & semper tota venerantibus; sed istam imputribilem virtutem, & indetribilem soliditatem de illius profectò carne, & sanguine bibit, qua passa mortem, non vidit corruptionem.*

Iure ergo fideles Principes, si vel minimam Crucis por-

nus

Digitized by Google

tionem consequuti sunt, beatos se omni æuo, eamque omnibus thesauris pretiosiorem merito extimarunt, *D. Gregor. epist. 126. lib. 17.* Constantinus Magnus partem Crucis per Elenam matrem Hierosolymis inuentæ, Constantinopoli honorificè condidit, persuasũ habens, quòd ea Ciuitas salua foret, in qua portio Crucis asseruaretur, *Socrat. lib. 1. cap. 17.* Greg. Magnus Ricardo Vestogothorum Regi, pretiosissimi muneris loco, frustulum ligni Crucis transmisit, *Socrat. loc. cit.* Magni equidem laboris esset, miracula Dominicæ Crucis recensere, referam aliqua, quæ pro multis esse possunt. Tres ab Elena eodem in loco Cruces repertæ fuerunt, cum internosci nõ posset quænam Christi esset, singulę cuidam mulieri grauiter decumbenti sunt admotæ, & cum duæ nihil profuissent, tertia protinus admota, eam sanitati restituit, *Sozomen lib. 2. cap. 1.* *anno* 1370. Lithuani incursione in Poloniam facta, inter cæteras prædas, cedesque Monasterium Montiscalui diripuerunt, inter alia portionem Crucis Christi auro inclusam asportabant, sed cum peruenissent ad Poloniæ fines, nulla neque hominum, neque iumentorum vi moueri potuit; quin homines, equi, boues, & quicunque ad illam demouendam attigissent, concidebant exanimati, quare Lituanorum Duces perterriti, & à Russo quodam de causa admoniti, Crucem cum nobili captiuo, suo loco remisere, *Cromer. lib. 13.*

Ciuitas Apamea à Persis diù obsessa cum iam capienda videretur, populus particulã Sanctæ Crucis, quæ ibi asseruabatur sibi ostendi postulauit, vt nimirum Cruce Domini visa, lætiùs obirent; Cumq; Episcopus illam ter sublustulisset in altum, conspiciendamque posuisset, ex ea latissimus ignis non comburens, sed illuminans, eluxit, quo viso, hostes perterriti obsidionem soluerunt, *Procop. lib. 2. de bel. Pot.*

Stagni Episcopus, Bonifatius Stephani nuncupatus, iter facturus, frustulum Dominicæ Crucis secum detulit. Cũque per ignota loca diù aberrasset à via, & quonam tenderet ignoraret, inops consilij lignum protulit Crucis, eo animo, vt inde opem acciperet: & ecce maximus ex eo splendor elucescens omnes procul tenebras fugauit, & iter erranti patefecit, *Boz. de signis lib. 15 cap. 12. lit. D.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta suppliciorum Sanctorum Martyrum, essa veneranda vti reliquias; & qua ratione.*

2 *Carceres, vincula, cathena, craticula, & lapides, quibus Sancti detenti, vel occisi sunt, veniunt appellatione instrumentorum supplicij.*

3 *Lapis vnus, ex illis quibus occisus fuit S. Stephanus, vbi reperitur.*

Instrumenta suppliciorum, quibus Sancti martyrium consumarunt, an sint reliquiæ, & vti tales venerandæ.

CAP. VIII.

1 SIcut instrumenta passionis Christi, reliquiarum loco à nobis venerantur, simili ratione vti reliquias venerari tenemur instrumenta suppliciorum SS. Martyrũ; tum propter corporis contactum; tum etiam, quia æquè nos docent, quibus armis impiorũ hominum sæuitia vincatur, & homines Dei, ad Deũ euolent in Cælum. *D. Cyprian. lib. 2. epist. 6. ad Martyres* loquens sic ait, *Laniena grauior ad hoc diù perseueranit, non vt stantem fidem deijceret, sed, vt homines Dei, ad Deum velociùs mitteret.*

Et *D. August. in sermon. 44. de Sanct.* sic scribit. *In glorioso martyrij agone, duo nobis præcipuè consideranda sunt, indurata videlicet tortoris sæuitia, et Martyris inuicta patientia: sæuitia tortoris, vt eam detestemur, patientia Martyris, vt eam imitemur.*

2 Porrò appellatione instrumentorũ supplicij, continentur non solum gladij, & alia, quibus Sancti interempti sũt; Sed etiã vincula, & carceres, quibus alligati, vel inclusi tenebantur; nam & ista sanctificata dicuntur, *D. Thom. in 3. par. quæst. 25. art. 4. ad tertium*, vnde *D. Chrisost. in serm. de SS. Petro, & Paulo* sic ait, *quòt carceres sanctificastis, quòt cathenas decorastis*, & post aliqua. *Beati claui, qui sancta illa membra penetrarunt, sit mihi gladius ille pro corona, & claui Petri pro gemmis infixis in diademate.*

3 Iure ergo (velint, nolint Nouatores) veneramur vincula, quibus Petrus Apostolorum Princeps fuit alligatus, quarũ minimam partem in paruulam iusertam Cruce, cui per circuitum additum erat de craticula, in qua Beatus Laurentius perustus est. *D. Greg.* loco præclari muneris transmisit Dinamio patritio Galliarum, de Apostolica Sede benemerito vt *idem* testatur *in epist. 33. lib. 2. & pari ratione*

ve-

Digitized by Google

veneramur carceres, in quibus Petrus, & Paulus in monte Tarpeio sub custodia Mamertini inclusi fuerunt, D. Chrysost. loc. cit. lapides etiam, quibus Stephanus obrutus cecidit, quorum
3 vnum Anchonæ ad hæc vsq; tempora cernimus, inter reliquias computamus, & colimus. Eudoxia Augusta Theodosii Imperatoris vxor, quadrigentesimum ferè post annum D. Stephano Protomartyri magnificum Templum Hierosolymis erexit; ibique saxa, quæ sacro cruore respersa asseruabantur, reposuit, *Baron. anno* 34.

SVMMARIVM.

1 *Agni Dei, vnde originem habuerint.*
2 *An veniãt appellatione reliquiarum.*
3 *Ad quid prosint.*
Quare geruntur collo suspensi.
4 *Quibus liceat eos tangere, & n.* 7.
5 *Licentia tãgendi Agnos Dei quomodo detur.*
6 *An possint venales haberi, &*
8 *Quid circa hoc seruetur in Vrbe, & nu.* 10.

Agni Dei vndè originem habuerint, an veniant appellatione reliquiarum, ad quid prosint, an tangi, vel minio notari possint, aut venales haberi.

CAP. IX.

INter pietatis officia Deo gratissima, vasa sunt aurea, vel argentea, vel alterius generis metallorum affabrè facta, ad lumina incendenda composita: veluti lampades, candelabra, cerostrata, atque lucernæ, in quibus non oleũ communem tantum, vel cera, sed interdum balsamũ, vel nardinum oleum in honorem Dei, & SS. incenderetur. Hæc Deo iucundissima esse complura miracula, quæ tum oleo lampadum, tum etiam cera, & candelabris sumpta, peragi consueuerunt, certissimam fidem faciunt.

1 His edocti Summi Pontifices, ex ceris illis, quæ ex cereo acceptæ paschali, alijsque puris admistæ, & Sacro Chrismate delibutæ, ac benedictione sanctificatæ sunt, bullas quasdam facere consueuerunt, quæ ex eo, quòd Agni, Christi typum præferẽtis habent impressam imaginem, Agni Dei nũcupantur, *Baron. tom. 1. anno* 58. *pag.* 520. quam consuetudinem nusquam intermissam Cattholica Ecclesia iugiter seruauit, & seruat aduersus Græcos Iconomachos, vt probat *idẽ Baron. to.* 8. *anno* 692. *pag.* 613. *cum seq.*

2 Has ergò bullas, quas ra-

Digitized by Google

tione prædicta Agnos Dei nũcupamus, venire appellatione reliquiarum, censuit *Sanchez ad præcepta decalog. lib. 2. c. 43. n. 27.* Ego existimo habendos esse magis loco Sacræ imaginis, & ob id, & propter chrisma, quo vncti sunt, & propter Pontificiam benedictionem, esse veneratione dignissimos; sed nil posse dici reliquias.

3 Moueor, quia, cum non possint dici fuisse aliquam partem corporis Christi, neque eius personam tetigisse, consequenter non possunt dici reliquiæ: sed quia mistice representant imaginem Christi sunt referendi inter sacras imagines, hunc sensum habuere Græci Iconomachi, qui eos non alia de causa repulerant, nisi quia pertinebant ad imagines. Prosunt inter cætera Agni Dei, ad flammas ignis extinguendas. legimus apud *Gregor. Turonen. de miracul. Sancti Martini, cap. secundo propè finem; Factum est autem, vt inuidia tentatoris, immissum incendium domum voraci flamma combureret, & sparsum per aridas tabulas cuncta vastaret. Interea clamor ad cælum tollitur, & Beati Martini auxilium imploratur.* Meminit ille etiam cereæ particulæ à Sancto templo delatæ, quæ reperta, & igni iniecta protinùs extinsit incendium, nouoque miraculo ceram, quæ ignem alere est solita, violentias ignis vi sanctitatis oppressit.

Ignis exemplo ad reprimendas inundationes marisque procellas sedandas, Dei misericordiã cereis istis mediantibus fræquenter experimur.

Eosdem, recenter baptizati suspensos ad collum gestare solent, tum vt exemplo discant esse mites, & humiles corde, *Baron. tom. 1. anno 58. pag. 510.* tum etiam ad abolendas superstitiones gentilium, qui suis infantibus bulla ad auertendas fascinationes, returpicula consignatas; vel alias superstitionibus auctas, ad collum appendebant, vt *Varro* scribit *de lingua latina lib. 6. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 6.*

4 Agnos Dei veluti, sacro chrismate vnctos, tangere nõ licet nisi in sacris constitutis, *Azor. loc. cit. D. Marcell. Magist. impront. Theologico moral. verb. Agnus Dei*; & ne quisquam

5 eos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorẽ aliquem illis imponere, aut quicquam aliud illis superinducere, nec illos venales proponere, seu tenere quouis prętextu, qualibetuè de causa

au-

Digitized by Google

audeat, sed albi, & mundi illum purum innocẽtem agnũ repręsentantes, qui occisus prætioso sanguine suo nos redemit, decenter, ac reuerenter custoditi, & deferri debent, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ex prouida *Constitutione fel. record. Gregorij xiij. quæ est secũda in ordine nouissimi Bullarij*.

Quòd autem diximus tangi non posse, nisi à constitutis in sacris, intelligi debet, vt alijs, neque liceat eos tangere cum forcipe; vel chyrotecis *ex Conc. prouincial. Mediolanen. 5.* ac tangentes Agnos Dei per contemptum, peccant mortaliter, *Azord. cap. 9. quæst. 31.*

6 Citrà verò contemptum, si faciant cum reuerentia sine causa, peccãt venialiter, cum causa verò, veluti si ab artifice, vt includantur in thecis, vel serico circumuestiantur, nullum admittunt peccatum, siuè sint masculi, siuè fœminę *Sanchez d. cap. 43. num. 27.*

Ad scrupulos reijciendos, mos inoleuit in Vrbe, vt Artifices cupientes Agnos Dei in thecis includere licentiam id faciendi petant ab Eminentissimo Domino Cardinali Vicario, seu eius Vicegerente, qui eam dare consueuit viris probatis, ad tempus sibi bene visum, & gratis.

7 Rursum, quod in *dicta Constitutione* dicitur, Agnos Dei, neque pingi, neque minio, vel auro notari posse, debet intelligi, vt si fuerint depicti, vel minio notati, quamuis pingentes, & pingi, aut miniari facientes, incidant in excommunicationem; tamen ij, qui illos habent, non prohibentur illos sic depictos, vel miniatos tenere, vt scribit *Sanchez d. cap. 43. num. 28. in fin. Magal. in promptuar. verb. agnus Dei sub n. 5.*

8 Cęterum, quod dicitur nõ posse haberi venales; vt citrà errorem accipiatur, nonnullæ sunt conclusiones firmandæ.

Prima. Inspecta dispositione iuris communis, Agni Dei possunt vendi ratione materiæ, *ità Suarez de relig. tom. 1. lib. 4. sub num. 10. cap. 14.*

Secunda conclusio. *Const. Greg. xiij.* prohibens Agnos Dei haberi venales, non innouat dispositionem iuris quoad Agnos albos, sed prohibet tantum venditionem depictorum, & miniatorum. Cæterum Agni albi, quamuis à Pontifice benedicti, non prohibentur *in d. Constit.* vendi ratione materiæ, *Suarez loc. cit. Sanchez. d. cap. 43. num. 29. Scortia in select. const. pontific. const. 330. vers. verum. Diana*

Digitized by Google

resõlut. 12. tract. 7. par. 3. Nauar. in sum. Bullarij tit. de Agnis Dei.

8 Tertia Conclusio. Vigore speciales edicti Eminentissimi Card. Vrbis Vicarij, licèt Agni Dei antè acceptam pontificalem benedictionẽ possint; sinè scrupulo vendi, tamen postquam sunt benedicti, vendi non possunt, etiam ratione materiæ, ad tollendas fraudes, quæ fieri poterant, & scandala, quæ in dies oriebantur, *Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 16. punctor. Bonacin. de Simon. quæst. 4. §. 2. num. 6.*

Cæterum, de Agnis Dei circà illorum venerationem, & vsum plura statuit *Concilium Prouinciale Mediolanense 5. sub D. Carolo Borromæo*, ad quem lectorem reijcio. videri, etiam in facti contingentia potest *Gulielm. Durand. in rational. diuin. lib. 5. cap. 79.* & ad quid prosint, explicat *Octastichon Vrbani V.* de quo in *Pontificali Rom. tit. de consecrat. Agnus Dei.*

SVMMARIVM.

1 *Moysi corpus quare Deus voluit esse absconditum Hebræis, & num. 7. & 10.*
2 *Scribæ, & Pharisæi quare reprehenduntur, quod ædificabant sepulchra Prophetarum, et n. 8*
3 *Reliquiarum an reperiatur Christi præceptum, & n. 15.*
4 *Concilij Eliberitani intell. & n. 17.*
5 *Reliquiarum nonnulla sunt suppositiæ, & n. 6. & 19.*
6 *Claui quibus Christus fuit Cruci suffixus, quot.*
9 *Reliquiarum honor refertur Deo,*
11 *Intell. Matthæi cap. 23.*
12 *Facta Christi, nostræ sunt instructiones.*
13 *Christi præcepta in verbis, & factis.*
14 *Facta maiorem vim habent, quàm verba.*
16 *Actus sui natura bonus, fieri debet ex præcepto Christi generali.*
19 *Mos accendendi cereos sepulchris fuit etiam apud Ethnicos.*

Referuntur argumenta, quibus Nouatores suadere nituntur reliquias SS. non esse venerandas, illisque sigillatim respondetur.

CAP. X.

1 HActenus docuimus, quid reliquiarum nomine contineatur, superest, vt antequam dicamus de cultu eis debito, expendamus quãti valeant argumẽta quibus nitũtur Nouatores qui cultum sacrarum reliquiarum abrogare niuntur. obijciunt.

Primo, quod Moysæ vitæ Mu-

Digitized by Google

Muneribus functo, in terra Moab, sepeliuit eum Dominus in valle contrà Phorger, & non cognouit homo sepulchrum eius, *Deuter. cap. 34.* cuius rei ratio communiter traditur, nè ab Hebreis adoraretur; si Deus ergo voluit sepulchrũ Moysi latere, ne adoraretur, sequitur, quod corpora Sãctorum non sunt adoranda.

2 Secundo quia apud *Matheum cap. 22. num. 24.* Scribæ, & Pharisæi reprehenduntur tamquam hippocritæ, eo quod ædificabant sepulchra Prophetarum, & ornabant monumenta iustorum, cum quo cõcordat *Lucas, c. 11. n. 48.*

Tertio argumentantur ex *Paulo, ij. ad Corinth. cap. 5.* dum inquit, post resurrectionem Christi, se non nouisse Christum secundum carnem, quibus planè verbis monere videtur quidquid in Christo carnale fuit esse obliuioni tradendum, ac solum esse quærendum secundum spiritum.

3 Quarto, quia non reperitur præceptum Christi de reliquijs venerandis, ergò neque nos cultum illis præstare debemus.

4 Quinto, quia in *Concilio Elibertino* improbatur, quod Martyrum sepulchris cerei accenderentur, subdens, quod Sanctorum Spiritus videntur inquietari.

5 Sesto, quia maxima reliquiarum pars suppositia est, plerumque enim contingit pro ossibus Sanctorum adorari ossa latronum, vt in *cap. 1. de reliquijs, & veneral. Sanctorum.*

6 Videmus, inquiunt eiusdẽ Sancti sepulchrum diuersis in locis, pluresque Ciuitates de eodem Sancti corpore gloriari. Addunt tot partes de ligno Crucis Christi diuersis in locis ostendi, vt si omnes simul vnirentur, nauis oneraria (vt aiunt) in illis vehendis non sufficeret. Claui etiam, quibus Christus Cruci fuit suffixus, ad summum quatuor fuisse constat, cum alioquin tot Ciuitates se clauos habere glorientur, vt nec decem sufficiant. Denique aiunt pro vnico Christi sudario septem, vel octo ostendi.

7 Hæc argumenta sicuti ex sola impietate depromuntur, ità facillimo negotio refutantur. Primum duas continet Domini actiones, sepulchrum videlicet, quod ipsemet Deus Moysi parauit, & locum, quẽ voluit nulli esse cognitum. Prima actio cultum reliquiarum confirmat; corpus enim, quod ipsemet Dominus censuit proprijs manibus contrectandum, nemo dicet non esse venerandum, vt inquit *D. Hie-*

Digitized by Google

Hieron. in Epiſtola ad Riparium 53. tom. 2.

8 Secunda, quod voluerit locum eſſe incognitum, concedimus, fuiſſe factum ne à Iudæis adoraretur vt Deus, & ſic laberẽtur in idolatriam, non tamen nè veneraretur vt Propheta, ac Dei famulus; Inter hæc autem, diſcrimen hoc adeſt, quia adoratio ſoli Deo debetur; veneratio vero debetur Sanctis tamquam eius famulis, ità vt veneratio in
9 eorum perſona Deo referatur, *D. Thom. in 3. par. quæſt. 25. art. 6. ad primum.*

10 Quòd autẽ voluerit Deus, corpus Moyſi eſſe abſconditum nè adoraretur vt Deus, & populus iterum laberetur in adolatriam, ex Hebreis ſcribit *Philo lib. 3. de vita Moyſi ad finem, Hiſtoria Scolaſt. Deuter. c. 20. Theodoret. in Deuter. tom. 1. quæſt. 43. & ibi Caiet. & Oleaſter cap. 23.* Hanc populi propenſionem idẽ Moyſes agnoſcens, in ſacris eius voluminibus ſcripſit, nè eum mortuũ, à Deo raptum prædicarent, *Ioſeph antiq. lib. 4. cap. vlt. circà finem.*

11 Secundum argumentũ, & ſi multipliciter refutari ſoleat à Patribus, mihi ſatis arridet expoſitio *Caietani in Matth. cap. 23. qui ſepelit* (inquit) *occiſum, poteſt hoc facere, vel vt mortuũ honoret, vel, vt compleat actum homicidę. Sepeliit Enoch Adamum, vt illum honoraret, Sepeliit Cain Abelem, vt ſcelus lateret. Iudæi autem etiam ſi dicerent, ſe ædificare ſepulchra Prophetarum, vt eos honorarent, facta tamen contrarium indicabant, & propterea iure reprehenduntur, quod ſub ſpecie religionis Prophetas inſectarẽtur, prout docuit euenctus, quia Chriſtum, eiuſque diſcipulos perdiderunt.*

12 Tertium argumentum, ſi concluderet, pænè totũ Euangeliũ exploderetur; quidquid enim Chriſtus in terris geſſit eſſet obliuiſcendum, at hoc eſt ipſa falſitate falſiſſimum, ergò; Minor probatur. Primò ex *Matth. cap. 26.* vbi Chriſtus commendat pietatem mulieris, quæ fundit vnguẽtum ſuper caput eius his verbis, *quid moleſti eſtis huic mulieri; opus enim bonum operata eſt in me, amen dico vobis vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur, quod hoc fecit in memoriã eius.*

Secundo, quia Chriſtus præcipit euangelium prædicari omni creaturæ *Marc. cap. 16.* porrò euangelium prædicare nihil aliud eſt quàm eius facta recenſere.

Tertio, quia idem *Paul.* nihil magis nobis iniungit, quã Sacramentum Euchariſtiæ in me-

Digitized by Google

memoriam passionis Christi 1.*ad.Corinth.cap.*11. His stantibus, sensus *Pauli* 2.*ad Corinth. cap.*5. est, se post passionem non nouisse Christum mortalem, & passibilem, sed immortalem, & impassibilem, vt explicant *D. Chrysostomus, Theodoretus, & alij Patres communiter.*

13 Quartum argumẽtum nullius prorsùs ponderis est: præcepta siquidem Domini, non ea tantum accipienda sunt, quæ verbo docuit, sed etiam, quæ factis expressit, *D. Gregor. homil.*17.*in Euang.* cuius verba sunt ista: *Dominus, & Saluator noster, aliquando nos sermonibus; aliquando operibus admonet; ipsa etenim facta eius præcepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit,* nec.n. minorem præcepti vim habent facta, quàm
14 verba, *l. Paulus ff. rem ratam haberi;* hinc axioma receptum, quòd omnis Christi actio nostra debet esse instructio, *cap. proposuisti* 86. *dist. cap. dixit Dominus dist.* 56. ac idemmet Christus præcepit nobis, vt quemadmodũ ipse fecit, nos facere debeamus, *Ioa. cap.*13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos facere debeatis.*

15 Si ergo facta Christi nobis præcepta sunt, exempla non desunt, quibus ostendere possumus Christum cultum reliquiarum factis probasse: nam Magdalenam commendauit, quòd fracto alabastro fudisset vnguentum ad eius corpus sepeliendum, *Matth cap.*26. & Euangelistæ omnes commendant pietatem Ioseph ab Arimathia, quòd corpus Domini vnguentis delibutum honorificè sepelierit, *Matth.* 27. *Marc.*16. *Luca* 23. *Io.* 19. Præterea cultum reliquiarũ Deo esse gratissimũ, declarant quotidiana miracula, quæ in dies mediantibus Sanctorum reliquijs agere dignatur, de quibus dicetur infrà *cap.*16.

16 Quatenus etiã nulla Christi actio desuper reperiretur, non sequitur argumentum, Christus hoc nõ præcipit, ergo à nobis faciendũ non est. Siquidem vbi actio est suaptè natura bona, fieri debet ex præcepto generali, quo tenemur, bonum operari, at reliquias colere, actio est sanctissima, vt patet ex hactenus dictis, & infrà dicendis; ergo. Et ne res exemplo careat, nullibi Christus præceperat Magdalenę, vt vnguẽtũ effunderet ad illũ sepeliendũ; & tamen quia hoc fecit, eius factum commendat, dicens *bonum opus operata est in me*. Item non præceperat Iosepho, vt illum

post

post obitum sepulturæ traderet, & nihilominus de sepultura valdè laudatur, *Ioan.* 19. Rursum nõ præceperat Christus, quòd eo Ciuitatem ingrediente, turbæ ramos succinderet de arboribus, eosque, ac simul vestimenta sternerent in via, illique obuiam irent, clamantes, & dicentes. Benedictus, qui venit in nomine Domini, & nihilominus, per hunc actum, plenè laudantur, *Matthæi cap.* 21.

Præterea, Christus cæco, qui lumen recepit, non præcepit, vt eius diuinitatem magnificeret, & nihilominus laudatur, quia opus fecit suapte natura bonum, & debitum, *Ioã. cap.* 9. *Matth. cap.* 21. quemadmodum laudatur fides Centurionis, *Matth. cap.* 8. & mulieris Chananeæ, *Matth. cap.* 15. Item & vnus ex decem leprosis mundatis, qui solus reuersus est magnificans Deum, & gratias agens, *Luc. cap.* 17.

17 Quintum argumentum dupliciter remouetur. Primo, q nomen Sanctorum ibi accipitur pro fidelibus, vt & pluries alias vsurpari in sacris Scripturis consueuisse, probat *Loaysa in collectione conciliorũ Hispanicorum in notis ad dictum Canonem* 34.

18 Secũdo respondetur, quòd quatenus nomen Sanctorum ibi acciperetur in propria significatione, adhuc Conciliũ non prohibet accendi cereos super sepulchris, sed modum nempè, quia accendebantur more gentilium, inter quos tunc Christiani versabantur, vt probat *Bellarm. de purgator. lib.* 2. *cap.* 18. *lit. A.* & pluribus probat *Ferdinandus de Mendozza in defensione dicti Concilij Illibertini lib.* 3. *cap.* 1. 2. *&* 3.

19 Hoc autem apertiùs vt fiat, scire oportet, quòd mos accẽdendi lumina, & cereos, fuit etiam, & inter Ethnicos, id, quod post *Macrob. Saturnal. lib.* 1. *cap.* 7. *&* 11. pluribus probat *Baron. tom.* 1. *anno* 58. *pag.* 518. *cum seq.* cuius sententia (vt Nouatoribus iuris prudentiam profitentibus satisfaciamus,) non obscurè probatur ex *Modestin. in l. Mœuia* 44. *ff. de manumiss. testament.* vbi relinquitur libertas seruis, vt monumenta testatoris, altero nis mensibus lucernã accendãt, & solemnia mortis peragant, & ex *Vlpian. in l. si sponsus.* 5. *§. quare ff. de donat. inter virum, & vxorem*, dum ait valere donationem à marito, si pro vxore oleum in æde sacra deposuerit, & quia Gentiles putabant corpora mortua ex cereis, & luminibus aliquid sentire, meritò Conciliũ prohi-

Digitized by Google

prohibet accendi cereos ad illam superstitionem exercendam, nō autem quòd illos accendere non sit pium, cum in sepulchro Araon fuerit appēsa lucerna, vt docet *Lyran. Num. cap.* 20.

Sextum Argumentum, cū multas contineat partes, multiplicem responsionem requirit, quod commodiùs in sequentibus capitibus fiet.

SVMMARIVM.

1 *Sepulchrorum multiplicitas vnde proueniat, & nu.* 2. *&* 4. *&* 5. *&* 6.

3 *Corpus Adæ compositus in Arca per Noe.*

7 *Gratia, & vis integra remanet in minima Sancti parte, ac in toto corpore, & num.* 8. *cum sequen.*

Multiplicitas sepulchrorum, veritati sanctarum reliquiarum non obest.

CAP. XI.

1 SEpulchrorum multiplicitas, duplici ex causa euenire solet. Primo, quia multi, licet reliquijs careant, monumentum tamen erigunt in gratiam cuiuspiam acceptæ vtilitatis, vt memoriam, animi saltim declaratione venerentur. Audi quid de multiplicitate sepulchrorum Aeneæ per Italiam scribat *Dionisius Alicarnass. lib. antiq. tom.* 1 *e Si quem perplexum facit, quod Aeneæ sepulchra mōstrarentur multis in locis, nec posset, nisi vno esse conditus, cogitet hanc dubitationem esse vulgarē, præsertim de his, qui illustri fortuna vitam egerunt vagam, & instabilē, & intelligat, quod quāuis vnicus locus capiat corpora talium, apud multos tamen monumenta eis facta sunt, in gratiam acceptæ vtilitatis cuiuspiā, quo factum est, vt postquam inter mortales esse desijt, multis in locis, monumentis, & sepulchris honoratus sit.*

2 Secundo, quia sæpè contingit corpora Sanctorum de loco ad locum transferri, quo casu primum sepulchrum remanet adhuc venerabile; non quia ibi corpus iaceat, sed quia iacuit. Sic Domini nostri sepulchrum adorabile est, non quia corpus in eo iaceat, sed quia iacuit, tactuq; sacratū est.

3 Corpus Adæ, ne aquis periret, Noe cōposuit in Arca; & nihilominus locus vbi primū iacuerat tantæ veneration is fuit apud Patres, vt in eo sequentes tres Patriarchæ simul cum vxoribus sepeliri voluerint, *Genes. cap.* 49. *Ioseph antiq.*

lib.1.cap.17.& 20. hæc refert.

4 Sepulchrum Sãcti Bartholomæi Apoſtoli in Ciuitate Beneuentana, venerabile adhuc de præſenti eſt, licet corpus ſit Romam translatum.

5 Quod plures Ciuitates de eiuſdem Sancti corpore glorientur, duabus ex cauſis contingere poteſt, vel quia plures ſunt eiuſdem nominis Sancti, vel quia apud eos, qui Sancti corpus gloriantur habere, adeſt aliqua eiuſdem corporis pars. Vtroque caſu veneration nihil obeſt, nam vbi plures ſunt eiuſdem nominis Sancti, non dubitatur de ſanctitate, & ob id er-

6 ror nominis non vitiat, non enim adoratur nomen, ſed sãctitas, *l. ad recognoſcendos; C. de ingen. §. ſi quis in nomine inſt. de leg.* Vbi verò adeſt aliqua corporis pars, iure dicitur, corpus ibi eſſe, non quidem integraliter, ſed potentialiter, quia tantum operatur minima corporis pars, quantum corpus totum, vt probat *D. Theodoret. lib. 8. de Martyrib.* cuius verba

7 ſunt iſta. *Sectis itaque eorum corporibus integra tamen vis, & gratia perſeuerat, tenueſq; ac tantillæ reliquiæ toti parem habent, nullaſque in partes martyrij diſſecto virtutem.* Hoc etiam confirmat *D. Greg. Nanz. in orat. 1. in Iulianum* his verbis. *Martyrum corpora idem poſſunt, quod animæ quorum, vel ſolum ſanguinis gutta, atque exigua paſſionis ſigna idem poſſunt, quod corpora.* Sic apud *Baſil. in orat. ad 40. Martyres* dicuntur eſſe toti varijs in Vrbibus, quia quælibet Ciuitas habebat illorum partem, id quod pluribus probat *S. Gaudent. Epiſcopus Brixienſ. in dedicatione Baſilicæ ad eoſdem 40. Martyres.*

8 *D. quoq; Chryſoſtomus in lib. quod Chriſtus ſit Deus*, ſcribit, Petrum Apoſtolum Romæ, & Conſtantinopoli iacere, cũ tamen Conſtantinopoli particula, Romę verò corpus quieſceret, vt ipſemet ſcribit *homil. 32. in epiſt. ad Romanos.*

Eſt hic loquendi modus per Synedochen, in qua pars vſurpatur pro toto *l. appellatione. ff. de verb. ſignif.* vnde fundi pars, fundus rectè appellatur, *l. planè 34. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. locum. ff. de verb. ſignif. & in l. dotale prædium, §. 1. ff. de fund. dot. l. ſi quis duas. §. planè. ff. commun. diui. Luc. de Penna in l. 2. num. 15. verſ. & ſicut quælibet pars C. de agric. & cenſ. lib. 11.* quem loquendi modum in hac reliquiarũ materia Ethnicos etiam intellexiſſe patet ex *Plutarch. in politica circa med.*

9 dum refert, quod Menandro Bactrorum Rege, homine frugi, atq; mitiſſimo vita functo;

cto, populi, & Ciuitates Regni, cum de eius reliquijs decertarent, tandem inter omnes conuenit, vt æquè partitæ singulis distribuerentur pro rata; arbitrantes monumentũ illius viri apud omnes cum veneratione esse, si pars illius corporis esset:

SVMMARIVM.

1 *Lignum Crucis Christi magni fuit ponderis.*

Veritati viuificæ Crucis non obesse, quod eius particulæ tot in locis ostendantur,

CAP. XII.

1 LIgnum viuificæ Crucis Domini nostri Iesu Christi constat non mediocre fuisse, tum ex eo, quod ad hominis pondus sustinendum, lignum ingens desideratur; tùm etiam, quia, cum ad illud vehẽdum vnius Christi vires non suppeterent, à Simeone Cireneo viro forti, & ruralibus laboribus assueto, baiulari vix potuit, *Matth.* 26. Præterea veteri traditione docemur trabem crucis erectam quindecim, transuersum verò lignum fuisse octo pedum; vel vt alij dicũt, palmorum, vt pluribus probat *Grethser. de Cruce lib.* 1. *cap.* 7. Truncum fuisse suppositũ Crucis fulgiẽdæ causa firmior vt staret, constat ex *Innocent. Pontif. serm.* 1. *de vno Martyre*, cuius opinionem comprobat *Grethser. loc. cit. num.* 29. Hæc omnia planè probant lignum modicæ quantitatis nõ fuisse, cui diuina prouidentia vitam contulit, vt detrimenta diuisionis non sentiret. Audi quid *S. Paulinus epist.* 11, *ad* Seuerũ scribat, *Quæ quidem Crux in insensata materia vim viuam tenens, ità ex illo tempõre innumeris poenè quotidiè hominum votis lignum suum commodat, vt detrimenta non sentiat, & quasi intacta permanent quotidie diuidua sumentibus, & semper tota venerantibus, sed istam imputribilem virtutem, & indetribilem soliditatem de illius profuso carnis sanguine bibit, quę passa mortem non vidit, corruptionem. Cyrillus etiã Hierosolymitanus*, qui ijsdem temporibus vixit, testis accedere videtur *Cathechesi* 10. dum ait, *Quinque panes testãtur in quinq; millia multiplicari lignum crucis testatur ad hodiernum diem apud nos apparens, & apud Cos, qui secundum fidem ex illo capient hinc vniuersum orbem ferè*

Digitized by Google

iam replerunt. Hæc ergo à *Paulino* diſſertis verbis aſſerta, & à *Cyrillo* repetita, ora obſtruunt Hæreticorum obiectantium, quomodo fieri poſſit, vt Crux vna, tot in partes, toto reperiatur orbe diffuſa.

SVMMARIVM.

1 *Numerus clauorum Chriſti quot.*

Numerus clauorum quibus Chriſtus Cruci fuit affixus, veritati reliquiarum non obeſt.

CAP: XIII.

1 MOnendi ſumus, quod licèt ſecundum frequẽtiorem ſcriptorum ſententiam, quatuor clauis Chriſti corpus fixere, nempè duo palmas, & totidem pedes, vt poſt *Zonaram annal. par. 3. & Gregor. Turonen. de glor. Martyr. cap. 6.* probat *Grethſer. d. lib. 1. cap. 2.* nihilominus inter clauos Crucis cõputandi ſunt etiam illi, qui ligno fuerunt affixi, pro ea fabricanda. Sunt enim, & ipſi veneratione digniſsimi; tum quia poſtquã Crucis uiſcera penetrantur, effecti fuerunt pars Crucis, tum etiã propter tactum ſacri Corporis, & ſanguinis, atque ideò claui omnes, quibus Crux ipſa fuit erecta, & titulus affixus, omnes eadem adoratione, & veneratione, qua & Crux ipſa digni ſunt, vt ex *D. Ambr.* explicat *Baron. tom. 3. anno 326. pag. 333. lit. C.*

Præterea, contingit eumdẽ clauum in plures eſſe partes diuiſum, quo caſu quicumq; partem habent, totum iure habere dicuntur, cum eadem potentia ſit in parte; quæ in toto, vt dictum eſt *cap. proximo in reſponſ. ad ſextum argumentum.*

Patet ergo ex prædictis, iniuſtè nobis Sectarios iraſci, dũ màiorem clauorum numerũ nobis obijciunt, quàm in Cruce fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Sudaria Chriſti duo, non vnum.*

Sudaria Chriſti fuiſſe plura, non vnum, vt Sectarij aſſerunt.

1 SVpereſt, vt ad vnitatem Sudarij reſpondeamus, & quidem non vnicum fuiſſe Sudarium, ſed plura, latè probant *Baron. tom. 1. anno 34. Grethſer. de Cruce lib. 1. cap. 85.* qui

Digitized by Google

85. qui cum Caluini, aliorumque Sectariorum calumnias plenè refellant, lectorem huius rei cupidum ad eos remitto.

SVMMARIVM.

1 *Loca quibus probatur, reliquias Sanctorum esse venerandas.*

Reliquias Sanctorum esse colendas probatur authoritatibus ex vtroque testamento desumptis.

CAP. XV.

EX locis veteris legis, offert se nobis Primò *text. in Genes. c.* 49. vbi Ioseph corpus Iacobi patris sui, adeò solleni pompa ex Aegipto transtulit in terram promissionis; vt cum officium superet humanitatis, credendum, planè sit illud religionis causa fuisse factum.

Secundò, *Genes. cap.* 50. vbi licèt corpus Iosephi in templo ab Aegyptijs honorificentissimè coleretur, nihilominus Moyses Aegypto discessurus, Iosephi cineres quadrigentis post obitum annis, secum trãstulit in terram promissionis, nè corpus S. Patriarchæ apud infideles remaneret, recedente inde populo fideli.

Tertiò, *Eccles. cap.* 45. *nu.* 17. *&* 18. vbi dicitur, ossa Iosephi post mortẽ prophetasse. Si ossa mortuorum prophetiæ dono clarere possunt, ergo vis aliqua inest in eis, quæ illis veneration em affert.

Quartò, *Eccles. cap.* 46. *nu.* 15. vbi de gestis Iesu, filij Naue, & Celeb. filij Iephone loquens, inter cætera sic ait, *Vt sit memoria in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permanet in æternum, permanens ad filios illorum Sanctorum virorum gloria.* Si ossa Sanctorum pullulare possunt de loco suo, & inde nomen permanet gloriosum, ergo sunt gloria, & veneratione digna.

Quintò, *Isaias cap.* 11. vbi de Messia loquens *in eum* (inquit) *gentes sperabunt, & erit sepulchrum eius glorioſum*, quod de sepulchro Christi esse intelligendum, patet, tũ quia loquitur de sepulchro Messiæ, tum etiam *ex Paulo ad Rom. cap.* 15. *nu.* 13.

Sextò, *Hierem. c.* 8. vbi inter cętera mala, quę in futura destructione Ierusalẽ deploratur, est conculcatio ossium Regũ, & Principum eius, nec non & Sacerdotum, & Prophetarũ, quæ quidem à Propheta sanctissimo non deplorarentur nisi ipse intelligeret quantum mali,

Digitized by Google

mali, atque diſpendij ſit oſſibus carrere Sanctorum.

Septimò, *Regum cap.* 23. vbi Ioſias cum delubra Idolorum euerteret, & omnem idolatriã extinguere vellet; poſtquam oſſa falſorum Prophetarum effodit, & in cineres tranſtulit, oſſa tamen Sancti Prophetæ ibi reperta, religioſè iuſſit aſſeruari.

Octauò, *Regũ 2. cap.* 15. *n.* 7. vbi Ciuitas Hebron. non alia de cauſa Sancta reputabatur; ita vt ad eam filij Iſrael voti cauſa accederent, niſi quia ibi iacebant oſſa quatuor Patriarcharum, & vxorum eorũ. Audi quid ibi ſcribat *Lyranus. Locus enim ille ſanctus reputabatur, eo quod quatuor Patriarchæ principales ſunt ibi ſepulti cum ſuis coniugibus; ſcilicet Adam, & Eua; Abraham, et Sara; Iſaac & Rebecca, Iacob, et Lija,* & cum *Lyran.* conuenit *Abulenſis, ibid. quæſt.* 14.

Nonò ex *Io. Apocalypſ. cap.* 6. *Vidi ſub altare Dei animas interfectorum*, quem locum expendens *D. Auguſt. ſerm.* 11. *de ſanct. Videte* (inquit) *quem locum apud homines mereantur, qui apud Deum locum ſub altare meruerunt.* & poſt pauca. *Quid reuerentius, quid honorabilius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere, in qua Deo ſacrificium celebratur, &* *D. Ambr. lib.* 10. *epiſt.* 85. *ad finem. Dignum eſt enim, vt ibi requieſcat Sacerdos, vbi offerre conſueuit, ſed cedo ſacris victimis dexterã portionem, locus iſte martyribus debebatur.* Ex quibus intelligimus, iure ſcripſiſſe, *Baronium to.* 2. *anno* 275. decretũ Felicis Papæ, vt ſupra dicta ſepulchra, aut memorias martyrum celebretur, ſtabiliſſe, quod antea traditione tantum abſque ſcripto canone ſeruabatur, cum ex D. Ioanne conſtet ſuo tempore, Altaria fuiſſe Martyrum ſepulchra.

Demum *Matth. cap.* 6. vbi Magdalena commendatur, quòd vnguentum fudiſſet ad Chriſti corpus ſepeliendum, & *Io. cap.* 19. commendatur pietas Ioſephi ab Arimathia, propterea quòd Chriſtum mortuum vnguentis delibutum honorificè ſepelliuit: non enim ità laudarentur, ſi corpora defunctorum honoranda non eſſent, vt Sectarij contendunt. Pauli etiam ſudaria, atque ſemicintia tanta in veneratione habita fuerunt, vt ad ægrotos curandos paſſim afferentur, *Actuum. cap.* 19. *num.* 12.

SUM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ Sanctorum venerandę, tanquam de Republica benemeriti.*
2 *Ministros Dei venerari; pertinet ad Dei venerationem.*
3 *Sanctorum corpora sunt promptuaria, & habitacula Dei.*
4 *Ministri Principum sunt de rigore iustitiæ honorandi.*
5 *Venerari tenemur mortuum, quẽ tenemur venerari viuum, et è contra, nu. 12.*
6 *Cadauer idemptitate materiæ, est idem quod homo viuus.*
7 *Domicilium animæ rationalis proijci non debet.*
8 *Cum cadauerimus agimus eadẽ lege, quam cum viuentibus.*
9 *Mortuus potest nobilitari.*
10 *Mortuum clericum percutiens, incidit in excommunicationẽ.*
11 *Referuntur exempla aliquorum damnatorum ad mortem, qui in frustra scissi non sunt propter honorem ordinis, et n. 12.*
13 *Vasa sacra cur venerantur.*
14 *Ossa defunctorum sine crimine continent in se aliquam religionem.*
15 *Ossa defunctorũ nequeunt transferri de loco ad locum sine Pontificis licentia.*
16 *Conditio proijciendi ossa in mari est turpis.*
17 *Honor cadit etiam in cadaueribus.*

Reliquiæ Sanctorum sunt colendæ de rigore iustitiæ.

CAP. XVI.

1 SAncti dum vitam nobiscum ducunt, sunt honorandi de rigore iustitiæ, tùm quia sunt de Repub. Christiana benemeriti, *l. 1. §; & si forte. & §, semper. ff. de iniur.*

2 Tum etiam, quia talis honor est inditium beneuolentiæ erga Deum, ad cuius dignitatem spectat eius Ministros honorari, *D. Thom. ia 3. par. quæst. 25. artic. 6. in resolut. post Concil. Nicen. 3.* cuius verba sunt, quæ sequuntur. *Apostolicas autem Ecclesiæ traditiones, quibus veneratio, cultusque Sanctorum docetur recipimus, & veneramur, eos autem vt Ministros, amicos, & filios Dei existentes honoramus, honor enim quia cum seruis idem sentientibus inuicem exhibetur inditium est beneuolentiæ erga Dominum;*

3 *Sũt. n. promptuaria Dei, & pura Christi habitacula.* His astipulatur *Leõtius li. 5. Apolog. cõtra Iudeos*, qui in hæc verba loquitur, *qui Martyrem colit, Deum ipsum colit, qui Matrẽ ipsius honorat, illi honorem assignat, qui Apostolus honore prosequitur, ipsũ qui Apostolũ misit, honorat.*

Simi-

Digitized by Google

4 Similiter Miniſtri terreni Principis ſunt à nobis de rigore iuſtitiæ honorandi, quia honor, fertur ad ipſum Principem *l. 1. §. ad dignitatem, & §. per alias ff. de iureiur. §. patitur, & §. ſeruis Inſtitut. eod. tit.* minor probatur multipliciter. Primò, quia quẽ tenemur
5 venerari viuum, tenemur etiã venerari mortuum *l. 1. §. & ſi forte, & §. & ſemper ff. de iniur. l. oſſa ff. de relig. & ſumpt. funer. §. fęminę Inſtit. de adoptionib. §. fin. de excuſat. tutorum.* At ſanctos tenemur venerari viuos, vt ſupra probatum eſt, ergo & mortuos.

6 Secũdò, quia quamuis corpus mortuum non ſit idem numero, qui fuit dũ viueret, propter diuerſitatem formæ, quæ conſiſtit in anima, *cap. in quadam de celebrat. miſſarum*, eſt tamen idem identitate materiæ, quæ cum ſit iterũ vnienda ſuæ formæ, retinet qualitates ſibi viuenti competentes *D. Tho. 3. par. quæſt. 25. art. 6. in reſolut.*

7 Aptiſſimè quidem *Origen. cõtra Celſum lib. 8. ad mediũ, vbi* ſic ſcribit, *Solas rationales animas honorare nouimus, & eorũ inſtrumẽta ſolemni ſepultura honorare dignamur, meretur enim rationalis animæ domicilium nõ proijci temerè, ſicuti brutorum cadauera, præſertim quod fuit anima bona, ac ſanctè in certaminibus receptaculum; D. Cyrill. Hieroſolymit. in catecheſi xviij.* ſic ait: *Nõ ſolum animæ Sanctorum honorãtur, ſed creditur, quod corporibus mortuorum ineſt virtus, ſeu potentia iacens in ſepulchro.*

8 Huius identitatis ratione, cum cadaueribus eadem qua, ſi viuerent lege agimus, ſicuti enim, qui dum viuerent mali de Rep. meriti ſunt, defuncti ignominia in cadaueribus no tantur *l. 1. & 2. & toto tit. ff. de cadauer. punitorum, cap. 1. §. latrones de pace tenenda*, ità cadauera eorum, qui Rempub. virtutibus exornarunt honore proſequuntur *§. fęminę Inſtitut. de adopt. §. fin. de excuſat. tutorum.*

9 Hinc defunctus benemeritus poteſt nobilitari, *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* cum alijs
10 *per Tiraq. de nobilit. cap. 6. n. 45.* & percutiens clericum mortuum, incidit in excõicationem perinde ac ſi illum viuum percuteret, *Felin. in cap. ò nobis l. 2. nu. 4. de Sent. excom.*
11 *Boer. deciſ. 316. nu. 12.* Sacerdos quoq. degradatus, & curiæ ſæculari traditus, quamuis pro graui, & enormiſſimo delicto ſi capitali ſupplicio afficiatur, in fruſtra non ſcinditur in honorẽ priſtini Sacramenti *Conſ. Neap. apud Vincent. de Franchis deciſ. 571. in fin.* cuius

piam

pſàm reſolutionem in Vrbe practicari vidi in perſona cuiuſdam Presbyteri Domitij Aquilani furca ſuſpenſi propter aſſaſſinium de anno 1617. & iterum de anno 1631. cõtrà alium Sacerdotem furca ſuſpensũ ob crimen fallæ monetæ, & iterum in Ciuitate Neap. in perſona cuiuſdem Sacerdotis regularis laqueo necati, ob crimen læſæ maieſtatis de anno 1634.

12 Et vice verſa quem tenemur vitare viuum, tenemur etiam vitare mortuum, corpus ab honoribus excludendo ex multis à me traditis *in tract. de Iur. perſon. lib.4.cap.60.n.2.*

Tertiò, Nulla alia ratione, vaſa ſacra veneramur, licèt anima careant, niſi quia ſunt diuino cultui dicata, *cap.ſemel Deo de reg.iur. lib.6.l. ſancimus*

13 *C.de ſacroſ.Eccleſ.cap.veſtimẽta de conſecr.diſt.1.* cur ergo nõ veneremur corpora illorum, qui viuentes fuerunt organa, & templum Spiritus ſancti *D. Aug.de ciuit. Dei lib.1.cap.13. D.Th.in tertia par. queſt.25. art.6.*

14 Quartò, Oſſa defunctorum ſine crimine, humanitatis ratione, religionem quandam in ſe continent, cuius vigore veneranda videntur *l. fundus 31.ff. familiæ erciſcundæ*, hinc à

15 loco, vbi ſepulta ſunt ſine Põrificali decreto amoueri nequeunt *l. oſſa 8. ff. de relig. & ſumpt.fun.* nec poſſunt impediri, nè ſepeliantur, aut ad ſepulchrum deferãtur *l. ne corpora 38.cũ l. ſeq. ff.eod tit.* ac ſepulchra violãtes capitali poena plectuntur *l.4.& 6. & toto tit.ff.de ſepulchrho uiolat.*

16 Hinc etiam turpis exiſtimatur conditio de reliquijs proprijs in mare proijciẽdis, *l.quidam 27.ff. decondit.inſt.* At in reliquijs Sanctorum concurrit cauſa religionis, & humanitatis, ergò.

17 Demum, quia vel in cadaueribus nulla cadit veneratio, vel ſi cadit, datur in cadaueribus Sanctorum; antecedens eſt falſum, quia in cadaueribus cadit honor, & iniuria, & vtraq.refertur ad defuncti memoriam *l.1.& 2.ff.de cadauer. punit.l3.§.aduerſus, & l.4. & 6. C. de ſepulcr. violat. §. licèt Inſt.quibus ex cauſis manum. nõ licet*, ergò.

SVMMARIVM.

1 *Referũntur Patres, aſſerentes reliquias Sanctorum eſſe venerandas.*

Digitized by Google

Reliquias Sanctorum eſſe venerandas, probatur auctoritate Patrum.

CAP: XVII.

1 SAnctus Dionyſius Areopagita Pauli diſcipulus, de Eccleſia Hierarchia c.12. poſt med. loquēs de modo, quo per Sacerdotes venerabantur reliquiæ Sāctorum, ſic ſcribit. *His ritè profectis Pontifex reponit in loco honeſto corpus cum alijs ęiuſdem ordinis Sanctis corporibus. Si enim anima, & corpore Deo gratam, acceptamque vitam egit, is, qui deceſsit in honore etiam, & pretio erit cum ſancto animo corpus, quod ſacris ſudoribus cum eo certauit, & dimicauit.*

S. Iuſtin. Mart. in reſpōſ. ad ortodox. quæſt. 28. ſcribit, *SS. Martyrum corpora, & ſepulchra à Gentilibus aborreri, cum ea tueantur homines ab inſidijs Dęmonum, morboſque cūrent arte medica incurabiles.*

S. Cyprian. epiſt. 6. & 37. lib. 3. Corporibus etiam omnium, qui & ſi torti non ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impartiatur, & uigilantia, & iuſta propenſio.

S. Athanaſ. in vita S. Antonij circa finem tom. 2. legatariū ſe dicit Antonij, qui tritum pallium cū meliori imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tamquam magna hæreditate ditatus letanter per veſtimentū recordatur imaginem ſanctitatis.

Magneſ. Epiſcopus in Apol. cōtra Theoſtenē hæreticū li. 4. *Oſſa Sāctorum non ſunt mortua, ſed potiùs plena virtute. Si enim fimbria propter illum, qui ferebat eam credenti dedit virtutem ſanctitatis, & ſolo tactu curationem fecit, quamobrem non dicamus, Sanctos fimbrijs in animis honoratiores, non poſſe ijs, qui ſine vlla dubitatione credunt tribuere meliora?*

S. Baſil. ſuper Pſ. 115. ad fin. ſuper illud *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, Anteà dicebatur Sacerdotibus, nō contaminabitur ex aliquo mortuo, nunc autem, qui contingit oſſa Martyris, quandam ſanctificationis ſocietatem aſſumit ex gratia corpori inſedente.*

S. Cyril. Hieroſoly. cathech. 8. *Vt non ſolum anima Sanctorum honoretur, credaturque quòd etiam in corporibus mortuorum ineſt virtus, ſeu potentia iacens. In ſepulchro Eliſęi mortuus, mortuumque corpus Oroplietæ attingens viuificatus eſt.*

S. Gregor. Nazianz. orat. 3. quę eſt prima contra Iulianū, quo-

Digitized by Google

quorum vel sola corpora idem possunt, quod animæ sanctæ, siue tangantur, siue honorentur.

S. Gregor. Nissen. in oratione in S. Theodorum Martyr. circa princip. tom. 2. Corpus verò venerandum cum multo honore, & cultu amplectum, atque ornatum in augusto, sacroque loco situm est, quod veluti res cara, magnique æstimata, eaq; recondita in tempus regenerationis reseruatur.

S. Theodoret. lib. 8. Græcarũ affectionũ, post initium to. 2. ad Greg. de Mart. Eorum corpora non singula quidem singulis monumentis conduntur, sed Ciuitates, Oppida, Paganiq; conuentus, hæc inter se sortito partiti, laborantibusque animis, ac ægrotis corporibus salutaria cuncti non cessant, & post aliqua. Sectis, itaque eorum corporibus, integra tamen vis, & gratia perseuerat, tenuesque, ac tantillæ reliquiæ toti parem habent.

S. Ambros. in serm. de Sãctis Nazario, & Celso to. 5. *Cur nõ honorent corpus illud fideles, quod reuerenter, & Dæmones quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro.*

S. Hieronym. in lib. cõtra Vigilantium. *Sed responde quomodo in vilissimo puluere, & fauilla nescio quæ tanta sit signorum, virtutumque præsentia. Sentio infelicissimè mortalium quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui hæc te cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est puluere.*

S. Augu. de Ciuit. Dei lib. 1. cap. 13. to. 5. *neque ideo tamen contemnenda, & abijcienda sunt corpora defunctorum, maximèq; iustorum, atque fidelium, quibus tamquam organis, & vasis ad omnia dona sanctus vsus est spiritus.*

S. Maxim. Taurinen. sermone de Martyrib. *Martyres deuotissimè colendi sunt, sed specialiter ij venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus; illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant passione, cum his autem nobis familiaritas est, semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est & in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedẽtes excipiũt.*

S. Cyrill. Alexãdr. apud Damascenum lib. 2. Pararellorũ cap. 7. *Sãctorum comas honoramus, ac velut in præclarissimæ ipsorũ virtutis, magnitudinisq; animi proemium, & mercedem, nunquam inter morientem ipsis memoriam rependimus.*

Gennad. Messalionus lib. de Ecclesiasticis dogmatibus c. 173. apud August. to. 3. *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca diuino cultui*

mancipata adeundas credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus, & Vigilantiſſimus creditor.

Gaudentius Epiſcopus Brixiæ in tract. de dedicatione Baſilicæ. Vt venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noſter tribuit, deinde, vt hanc honori eorum Baſilicam fundare valeremus, ipſe largitus eſt.

S. Greg. lib. epiſt. 5. epiſt. 30. ad Palladium. Quia reliquias Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, nec non Laurentij, atque Patratij Mart. cum veneratione præbuimus, hortamur, vt eas cum reuerentia ſuſcipere, & collocare auxiliante Domino debeatis.

S. Gregorius Turonenſis libr. de glor. Mart. & Confeſſ. Nihil ferè aliud tractat, quam de Sanctorum reliquiarum veneratione.

S. Iſidor. Peluſ. epiſt. 55. libr. primo. Si te iſtud offendit, quod Martyrum cinerem propter eorum erga Deum charitatem, atque conſtantiam honore aſſiciamus, eos, qui ab ipſis medicinam accipiunt, interroga, atque quod morbis remedium afferant, intellige. Caſſian. collat. 6. cap. 1. Quorum corpora licet ſciremus, tum à Pontificibus regionis ipſius, quàm ab vniuerſa plebe Arabum tanta veneratione perceptа, & inter reliquias Martyrum condita, vt innumeri populi è duobus oppidis cõcurrentes grauiſſimum ſibi certamen indixerint, & vſque ad gladiorum conflictum, pro ſancta rapina ſui eorum progreſſa contenio, dum pia inter ſe deuotione decertant, quiſnam in ſuis eorum ſepulchrã, ac reliquias poſſideret.

D. Thom. in 3. per. quæſt. 25. art. 6. & 2. 2. q. 46. art. 4. ad tertium. D. Bonauentura in 3. ſent. diſt. 8. quæſt. 5. ibique Theologi omnes reliquiarum venerationem pluribus commendant.

Et ne in ſingulis recenſendis tempus fruſtrà teratur, ex his, qui de catholica religione rectè ſenſerunt nemo eſt, qui cultum reliquiarum plenè nõ commendauerit.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Concilia quæ aſſerũt reliquias Sanctorum eſſe venerandas.*

Reliquias Sanctorum eſſe venerandas, probatur auctoritate Conciliorum.

CAP. XVIII.

1 COncilia omnia, in quibus de hoc actũ eſt, cultum ſacrarum reliqui-

Digitized by Google

liquiarum agnouerunt, nam Concilium Romanum *sub Syl uestro 1. in epilogo tom. 1. concil.* Subdiaconi custodes Martyrum per annos quinque esse iubet; Nicænum 2. *act. 1.* intemeratæ Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum reliquias cum veneratione suscipit, & veneratur, veluti Athletarum Christi, qui gratiam à Deo consequuti sunt, morbosque curare, & dæmones eijcere, & rursum *actione tertia* reliquias vocat promptuaria Dei, & pura Christi habitacula, Spiritus Sancti immaculata specula, fontes salutares, quibus Deus multa beneficia hominibus præstat, & *act. 7.* definit, & iubet deponi clericum, & excõmunicari laicũ, qui reliquias martyrum cõtemnit, & non, vt rem sacram cum honore tractat.

Concilium Grangense *can. vlt. à Gratiano relatum in cap. placuit de consecrat. dist. 1.* Anathema dicit ijs, qui memorias Martyrum, id est loca, vbi sunt Martyrũ reliquiæ exercentur. *Carthaginense v. can. 14.* iubet, vt nulla altaria, vel memoriæ martyrum dedicẽtur, nisi vbi sunt Martyrum reliquiæ, & aliter dedicata euertantur, si fieri potest, aliàs, si propter tumultus populares fieri nequeat, plebes admoneantur, nè illa loca frequentẽt, vt qui recte sapiunt nulla ibi superstitione deuincti teneãtur, & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter accepteatur, nisi aut ibi corpus, aut reliquiæ certæ sint.

Concilium Eupanense cap. 25, tom. 1. Sanctorum Reliquiæ in oratorijs villaribus non ponantur, nisi forsan clericos, cuiusquunq. Parochiæ vicinos esse contingat, qui sanis cineribus psallendi frequentia famulentur.

Brancharense tertiò cap. 5. statuit thecam reliquiarum in supplicationibus gestari debere manibus Episcoporum aut aliorum sacerdotum, populo precedente, ac sequente.

Concilium Tholetanum cap. 2. in collectione hispanica iubet hostiarum à sacerdote eligi, qui Sanctorum reliquiarum omni sublequenti nocte accendat.

Concilium Constantiense sess. vlt. ad fin. in erroribus Vuicleph. tom. 4. interrogetur vtrùm credat; & asserat, licitum esse Sanctorũ reliquias, & imagines à fidelibus venerari.

Concilium Meldense cap. 39 tom. 3. Sic loquitur. *Tantum namq; hoc malum est, vt ad Sãctuaria Martyrum, vbi diuersorum ægritudines sanãtur, vbi periuri licèt manifestè interdum*

ve-

Digitized by Google

vexari non videantur, iusto Dei iudicio à Dæmonibus arripiatur:

Concilium Maguntinum primum tempore Caroli Magni celebratũ can. 51. statuit, nè corpora Sanctorum transferãtur de loco ad locum, absq; Principis, vel Episcoporum auctoritate.

Maguntinum 3. *cap.* 43. *tom.* 5. appellat reliquias diuinæ gratiæ receptacula, & veriſſima Chriſti membra, & pura Spiritus ſancti domicilia, & monet, in Eccleſijs proponendas, vt perear fideles diſcant virutem, & fidem Sanctorum imitari, quorum exemplo ipſi etiam ad aduerſitatum omnium tolerantiam animentur.

Concilium Lateranenſe ſub Alex. 3. 27. deinde translatum *in cap.* 2. *de reliq. & veneratione Sanctorum* præcipit, nè nouas reliquias quis venerari præſumat, ſine authoritate Romani Pontificis.

Concilium Tridentinum enitè præcipit Sanctorum reliquias eſſe venerandas; & affirmãtes cõtrariũ, vel à fidelibus inutiliter honorari, aut fruſtrà fræquentari, grauiter damnat *ſeſſ.* 25. *cap. de inuocat. & veneratione Sanctorum reliq.*

SVMMARIVM.

1 *Cultus reliquiarum Deo gratiſſimus.*
2 *Angeli quidquid faciunt, Deo iubente faciunt.*
3 *Angeli venerantur corpora Sanctorum vſque ad nu.* 6.
7 *Dei cura eſt, vt reliquiæ Sanctorum cuſtodiantur vſque ad num.* 14.
8 *Reliquiæ S. Io. Baptiſtæ à Iuliano Apoſtata in paluerem reductæ, & proiectæ, Dei voluntate agnoſcuntur, & ſeruantur.*
15 *Reliquiæ Sanctorum latentes, diuinitus reuelatæ.*
16 *Deus ipſe quomodo reliquias honorat.*

Oſtenditur cultum reliquiarum Deo eſſe gratiſſimum.

CAP. XIX.

1 CVltum reliquiarum Deo eſſe gratiſſimũ oſtenditur. Primò, quia Deus ipſe Moyſi corpus ſepulturæ mandauit, *Deuter. cap.* 34. *nu.* 5. ob quod ſimilem illum fuiſſe in gloria Sanctorum ſcribit *Eccleſiaſtes c.* 45.

Ad rem *D. Hieronymus in epiſt.* 53. *ad Riparium, tom.* 2. Ergo, inquit, *Moyſi corpuſculum im-*

Digitized by Google

immundum erit, quod iuxtà hebraicam veritatem ab ipso sepultum est Domino?

2 Secundò, quid quicquid Angeli faciunt, Domino iubente faciunt iuxta illud *Psal.* 103. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos, &c.*

3 At Angeli venerantur corpora Sanctorum, ergo. Minor probatur, quia Ecclesia profitetur corpus Sãctæ Catharinę Virginis, & Martyr. fuisse in Mõte Sinai per Angelos collocatum, in eius oratione, dũ ait. *Deus qui dedit legem Moysi in summitate Montis Sinai, & in eodem loco per Sanctos Angelos tuos corpus* B. *Catharinæ Virginis & Mart. tuæ mirabiliter collocasti.*

4 De S. Norberto Magdaburgense Archiepiscopo, sic scribit *Surius tom. 3. die 6. Iunij. Defuncto Præsule Sanctissimo, Sericum quodam populo spectante, multumque admirante Angelicis allatum manibus super illius venerabile corpus allatum est.* Corpus S. Mannæ, cassæ, cui erat inclusum Angelos fuisse ductores, scribit *Metaphrastes in eius vita die* 10. *Decembris tom.* 6.

6 Corpori S. Agathæ tabulã marmoream, cũ suarum laudum inscriptione, ab Angelis appositam fuisse; scribit idem *Metaphrastes tom.* 1. *die* 5. *Februarij.*

7 Terriò, quia Deo semper curæ fuit, vt reliquiæ Sanctorum custodirẽtur, iuxtà illud, *custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, psalm.* 35. quod etiam præstitisse ex rerum successibus facilè colligere licèt.

8 Imperante Iuliano cognomento Apostata, reliquiæ S. Ioannis Baptistæ in puluerem redactæ, per agros, & rura projiciuntur, diuina tamẽ voluntate agnoscuntur, & Philippo viro religioso dantur, à quo mediante Iuliano Episcopo Palestino mittuntur Athanasio, qui iam paucis conscijs parieti cauato inclusit *Ruffinus lib.* 8. *cap.* 28.

9 Corpus S. Pontificis Clementis in chersonesum relegati, anchora ad collum alligata in mare proijcitur, Deoq; sic volente, mare ad tria milliaria recessit à lictore, Sanctique corpus in Arca in templi formam facta, à Christianis recipitur. *Gregor. Tiron. de glor. Mart. cap.* 35. *&* 36.

10 Corpus S. Vincentii Mart. feris obiectùm, vt deuoraretur, coruus defendit, mox in mare deiectum, quamuis lapide ad collum alligato nimium grauaretur, enatauit ad lictus, donec à pia fœmina sepeliretur. *Idem Gregor. loc. cit. cap.* 89. *&* 90.

Corpus

Digitized by Google

Corpus S. Stanislai variè diſcerptum, datumque feris ad deuorandum, Aquilæ tutantur, donec fulgoris inditio fruſtra recognita, & inſimul ſuis coaptata locis, integrum euaſit, & illæſum, *Cromer. de reb. Polonorum lib. 4.*

11 Corpora Sanctorum 40 Martyrum, ab impiis combuſta, & reliquiæ in fluuium proiectæ, vt honore carerent; ad ripam delatæ, ſtellarum inſtar fulgebant, collegitque Petrus Epiſcopus, & honorificè condidit, *Surius tom. 2. 9. Martij.*

12 Dulæ Mart. corpus in vallem proiectum duo Paſtorũ canes illud defenderunt, quorum vnus conſtitit ad eius caput, beſtias abigens, alter pallium detulit, quo inuolueretur, *Sur. tom. 3. 15. Iunij.*

13 Gazenſes oſſa Sanctorum Martyrum Neſtabi, & Euſebii fratrum miſcuerant cum oſſibus Camelorum, & Aſinorum, nè à Chriſtianis internoſci poſſent; fuerunt nihilominus piæ cuidam fœminæ diuinitus monſtrata, & ab eadem collecta, honorificè condita. *Sozom. lib. 5. cap. 8.*

14 Corpus S. Luciani, in mare proiectum, (vt ſcribit *Metaphraſtes*) Delphines excepere, & ad lictus aduexere illæſum, quod acceptum, Chriſtiani honorificè condiderũt, plura ad hãc rem ample probandam affert. *Boz. de ſignis Eccleſiæ lib. 15. cap. 6.* ad quem lectorem longioris probationis cupidum reiicio. Porrò tàm enixa Dei in reliquiis aſſeruandis cura, otioſa prorſus fuiſſet, ſi ſuæ voluntatis non eſſet eas aſſeruari, & venerari.

15 Secundò hæc eadem Dei voluntas oſtenditur, quia non ſemel reliquias, quæ latebant diuinitus reuelare ſeruis ſuis dignatus eſt, agereque vt honeſtius collocarentur.

Sanctorũ Stephani, Nicodemi, & Gamalielis, Luciano Presbytero fuiſſe diuinitus oſtenſa vbi eſſent, teſtatur idem *Lucianus in epiſtola*, quã hac de re ſcripſit *D. Auguſtin. ſerm. 91. Euodius per integros libros duos.*

Hoc idem de reliquiis Micheæ, & Abacuch Prophetarum, Sebennio Euteropoleos Epiſcopo fuiſſe ſignificatum, refert *Sozom. lib. 7. cap. vlt.* Corpora Sanctorum Geruaſii, & Prothaſii fuiſſe reuelata D. Ambroſio ſcribit idem *in epiſtola, quæ hac de re fertur apud Surium*, & atteſtatur *D. Auguſt. lib. 9. cap. 7.* Corpus S. Barnabæ Apoſtoli cum Euãgelio Matthæi, quod gerebat in pectore, ipſo Barnaba reuelante fuiſſe repertum, teſtatur *Beda de ſex ætatibus in Zenone.*

Corpus

Digitized by Google

Corpus Sancti Io. Baptistæ ab impijs Erodiadis ad ignominiam altissimè defoxum, post multa annorum curricula, ipsemet duobus Monachis prodit,& recipitur, idem *Beda loc. cit. in Martiano Sozamen lib.7. cap. 21. Ruffin. lib.cap.28.* Ad tollendam memoriam passionis Christi, statuam Veneris in loco, vbi Christus passus est gentes collocarant, hanc post centum circiter, & octuaginta annos Constantino Imperatore, post victoriam à Massentio relatam, Elena Augusti mater euertendam curauit, locoque purgato crux Christi inuenta est. *Surius d.die 3. Maij,& 14. Settembris* eadem crux à Chosroa in Persas trãslata, quatuor decim post annos, Elena eadem operante, recepta est, *Surius ibidem.*

16 Tertiò Dei voluntas in reliquijs colendis probatur, quia ipse Deus eas conueniẽter honorat in eorum præsentia, miracula faciendo, *D.Tho. in 3. par quæst.25. art. 6. in resol.ad finem*, præcipuum enim argumentum dilectionis est, cum Princeps aliquo medianre, gratiarum dona largitur. Porrò miracula in dies Deum in præsentia Sanctarum reliquiarum operari probat latissimè *Bozz.de signis Ecclesiæ lib.5.cap.*

SVMMARIVM.

1 *Cultus reliquiarum in lege naturæ.*
2 *Abelis vestis ab Adam venerata.*
3 *Adæ corpus ab Enoch reuerenter sepultum.*
4 *Locus vbi sepultus fuit Adam veneratus.*
5 *Sepulchra quatuor Patriarcharũ, quàm venerata.*
6 *Filij Iacob quamuis in Egypto decedentes in loco vbi quatuor Patriarchæ sunt sepulti tumulari consueuerunt.*
7 *Corpus Ioseph quàm in Egypto veneratum.*
8 *Pollex Pyrri Regis quàm in honore habitus.*
9 *Moyses egressurus de Aegypto, tulit secum corpus Ioseph.*
10 *Ioseph sepultura quàm cælebris*
11 *Iob corpus quàm venerationi habitum.*
12 *Arcæ Noè reliquiæ veneratæ.*

Cultum Sacrarum reliquiarum fuisse in Ecclesia in lege naturæ.

CAP. XX.

1 AB ipso Ecclesiæ nascentis exordio, ætates omnes si percurras, nullum profectò tempus reperies, quo Sanctorum reli-

Digitized by Google

quijs veneratio defuerit. Hoc autem ità commodè fieri posse videtur, si de Sanctis qui in quacunque ætate vixerunt dicamus, & vt ab his, qui in lege naturæ vixerunt initium faciamus.

1 Primum in hac lege Sanctorum Martyrum albo scriptum reperimus Abelem fraterna peremptum inuidia, *Matthæi cap. 23.* Huius vestem multo sanguine madentem, Adam sola natura dictante, tulit, eamque in quo degebat tentorio appendit, eam, vt præ oculis iugiter haberet, probat hoc ex antiquiorum Rabinorum sententia *Andreas Massius in Iosue in tabula Rabinorum*, cui morè gerit *Sanctus Dauila in luculento eius Opere*, quod hispanico Sermone scripsit, *de veneratione Sanctorum reliquijs debita, lib. 1. cap. 6.*

Hoc autem religionis causa factum esse, quę consequuta sunt manifestè dederant. Scribunt precitati Auctores, vestem predictam prodigijs mirabilibus fulsisse, quoties enim innocens quispiam occidebatur, totiès sanguine m spontè mittebat vsque ad diē, qua Christus agnus innocentissimus crucis patibulum subijt, quo misso vndarim sanguine prodigium cessauit.

Porrò vestis eadem ab Adam diù custodita per generationes, deuenit ad Noe, à quo diluuij tempore, vt ea aduersus aquarum vndas iuuaretur, composita fuit in Arca; vndisque cessantibus, delata in Palestinam: Neque defuncto iure hæreditario deuenit ad Iacob, ab eoque ad Ioseph; post cuius obitum translata fuit in tabernaculo templi, indeque tandem illata in templum à Salomone constructum, vt idem *Massius loco supra citato* probat.

3 Post Abelem fato cessit Adam humani generis parens, & Patriarcharum primus, cuius corpus poterat quidem à pluribus terræ mādari, eique solui humanitatis officium, nemo tamen illud tangere est ausus, nisi Enoch, cui nemo similis sanctitate natus in terris, & tandem à Deo raptus *Eccles. 49.* Equidē quod corpus fuerit Enoch manibus contrectatum satis indicat hoc fuisse religionis, non autem simplicis humanitatis officium. Eius ossa deinde, nè aquis diluuij profucata interirent, in Arca composuit Noè, aquisque cessantibus, in tres filios suos distribuit, ac Sem, quem cæteris anteferebat, caluariam donauit, & cum ea regionem illā, quam

Digitized by Google

quam modo Iudæam appellamus, vt ex *Iacobo Horroita* probat idem *Andreas Maſſius in Ioſue cap.24.*

4 Et nihilominus locus in ea veneratione permanſit, vt in eo tamquam in cæmeterio primorũ humani generis parentum oſſibus conſecrato, tres ſequentes Patriarchę Abraham, Iſac, & Iacob ſimul cũ vxoribus ſuis ibidem voluerunt ſepeliri, *Geneſ.cap.49. Ioſeph antiq.lib.1.cap.17.& 20.*

5 Patriarcharum illatione, celebrior locus effectus, vniuerſa ipſorum progenies (Rachel excepta, quæ in peregrinatione deceſſit) ibidem inferri voluerunt, *Ioſeph antiq. lib.1.c.19.ad finẽ*, pietas enim, quæ erga primorum parentũ oſſa, quæ tres ſupradictos Patriarchas mouit, eorũ oſſibus illatis, reliquam progeniem multo magis adauxit.

6 Nec tantũ in illis Patriarcharum deſcendentibus, qui apud Hebron. deceſſerunt viguit hæc pietas; ſed etiam in illis, qui longè diem ſuum clauſerunt extremum. Siquidem Iacob, filijque omnes, quamuis in Aegypto deceſſerint, omnes tamen in eorum teſtamentis cauerunt, vt oſſa eorum aſportarentur in Hebron, prout de Iacob legimus *Geneſ.cap.49.* de filijs vero, in teſtament.xij.Patriarcharum, de quibus in *Bibliotheca Patrum tom.5.*

Oſſa Patriarchæ Iacobi venerata ſunt Aegyptij ſeptuaginta dierum ſpatio, quibus expletis, Ioſeph comitantibus omnibus ſenibus Pharaonis, cunctisq; maioribus natu Aegypti, ædem ipſius Ioſeph cũ fratribus ſuis, cum curribus, & equitibus venerunt in terram Chanaam; & ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, ſepultoq; Patre, reuerſus eſt Ioſeph in Aegyptum cum fratribus ſuis, *Geneſ.cap.50.* hæc quidem ſolemnitas, nimia iure putanda foret, ſi humanitatis tantum gratia adhibita fuiſſet; ſed quia honor longè vlterius proceſſit fateri par eſt, illum corpori S.Patriarchæ fuiſſe delatum.

7 Ioſepho vita functo, qui cultus corpori eius fuerit delatus ex eo primũ colligimus, quòd mortuus in Aegypto conditus eſt cum aromathibus; & repoſitus in loculo, qui honor eis tantum conſueuit deferri, quorum corpora ob beneficia, quæ in populũ manabant cuſtodiebantur in tẽplo. Scribit *Plin.lib.7.cap.* 2. Pollicem 8 Pyrri Regis, qui medelam afferre gentibus ſolebat, cremari cum reliquo corpore non potuiſſe, conditumque loculo

Digitized by Google

in templo. Præterea custodiebant Aegyptij ossa Ioseph in Erariis Regũ, dicebant enim eis incantatores, quòd si deportarentur ossa Ioseph, foret tenebræ in omni Aegypto, & caligo, & plaga magna Aegyptiis, vt cum lucerna quoque non cognoscat vnusquisque fratrem suum, vt legimus in *testamenta Simeonis inter testamenta xij. Patriarcharum tom. 5. Bibliothecæ Patrum.* Præterea ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt, *Ecclesiast. cap. 49. in fin.*

9 Demum, Moyses egressurus de Aegypto tulit secum ossa Ioseph, quem sepelierunt in Sichem *Exodi cap. 13. n. 19. & cap. 24. nũ. 32.*

10 Celebritatẽ sepulturæ Ioseph explicat *Arias Montan. in Iosue ad finem*, his verbis, *Publicè delatus est, & omnium tribuum celebritate in Sichem inductus.* Sepulchri verá magnignitudinẽ declarat *D. Hier. in quæst. hebraic. in* Genes. ante finem ait, *eodem loco sepultus est Ioseph, & Mausoleum eius ibi hodie cernitur*: Mausoleum enim dicitur sepulchrum miræ magnitudinis, & pretiosũ, vt explicat idem *D. Hieronym. contra Iouian. lib. 2.*

11 Corpus Sancti Iob, erectum in piramide in planioribus locis terræ Hus, monstrari, ac à Græcis, aliisque Gentibus in honore haberi, scribunt *Abulen. Num. quæst. 12. Christianus Adricom. in theatro terræ sanctæ, in tribu Manassæ nu. 78.*

Addit *D. Ioannes Chrysostomus ad populum Antiochenum in princ. tom. 5.* hæc quæ sequũtur. *Itaque multi nunc longam, & trãsmarinã peregrinationem à terræ finibus in Arabiã abeunt, vt sinum illum cernant, & conspicati terram deosculentur, quæ illius victoris certamina, & cruorem omni auro pretiosiorem susceperit.*

12 De reliquiis Archæ Noæ hæc scribit *Ioseph antiq. lib. 1. cap. 4. Fertur autem, & nauigij eius pars in Armenia apud mõtem Cardiraorum superesse, & quosdam bitumen inde abrasum, secum reportare, quo maxime vice amuleti, loci huius homines vti solent.*

Canisius tom. 3. lect. antiquarum, loquens de S. Nortero Mart. sic ait. *Qui etiam adhuc in corpore multa signa fecit, & archam Noe solus in monte Armeniæ tauro videre promeruit, quod nulli alij de illis, qui eum serãt permissum est.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cultus Sanctorum reliquiarum in lege scripta.*
2 *Sepulchrum, & vestis Aaron quanta fuerit veneration is, num. 3.*
4 *Sepulchrũ Moysi in terra Moab, quare Deus voluerit esse ignotum.*
6 *Sepulchra Iosue, Eleazari, Dauid, Hyeremiæ, Ezechielis, Danielis, Trium puerorum, Elisæi, Abdiæ, Mochabçorũ.* *Quam veneration em habuerunt à nu. 6. usque ad nu. 20.*

Cultus Sanctorum rellquiarum fuit in Ecclesia in lege scripta.

CAP. XXI.

1 VEnerationem corporũ Sanctorum, cum ex multis, tum etiam ex qualitate personarum, à quibus contrectata, vel terræ mãdata sunt, item & ex qualitate sepulchri colligere licet: hæc enim ad venerationem exprimendum præcipua esse videntur. Inter eos, qui in lege scripta sanctè vixerunt cessit humanæ necessitati Aaron in monte Hor, adstantibus Moyse, fratre, & Eleazaro filio. *Num cap. 20. n. 35.* de eius corpore sic scribit *Lyranus*. *Cum ascendissent in montem, viderunt ibi speluncam à Deo paratam, & in ea lectum stratum, & antè lectum lampadam ardentem, & revelatum fuit Moysi, quòd erat locus sepulturæ Aaron. Abulensis dict. c. 20. quæst. 25. Agnosta (inquit) à Christiane Sanctorum corporum excellentiam, Deus enim idẽ locum pro sepultura parare, ardentemque lampadam apponere non dedignatur.* Si Deus locum pro sepultura parare & ardentem lampadam apponere nõ dedignatur; ergo Sanctorum corpora post obitum, Deo ipso auctore sunt veneranda, inspecta lege naturæ.

3 Addas, quod Deus vestẽ q̃ Aaron gestabat, non contemnendam putauit, sed eã Eleazaro eius in Sacerdotio successori dari mandauit. *Num d. cap. 20.* signum euidẽs corpora nedum, sed vestes etiam Sanctorũ Deo curæ fuisse in lege naturæ.

4 Post Aaron, defunctus est Moyses in terra Moab. sepeliuit eum Dominus in valle contra Phoger, & nõ cognouit

Digitized by Google

uit homo sepulchrum eius, vsque in præsentem diem, *Deuter. cap.* 34. quod ideò factum autumant Hebræi, nè ipsi Moysen pro Deo adorarent, vt inquit *Historia Scholastica*, *Deuter. cap.* 20. quod etiam comprobat *Philo de vita Moysi lib.* 3. *ad finem, & libr. bibliothecarum antiq. pag.* 139. *Theodoret. in Deuter. tom.* 1. *q.* 43. Quinimo rectum adhuc, & incognitum sepulchrũ Moy-
5 ses, tantæ fuit veneration is, vt nullam aliam ob causam Gaditæ sibi eam regionem elegerint antequam ingrederentur in terram promissionis, nisi quia considerarunt, ibi sepeliendum esse Moysen, vt *Caietan. & Oleaster.* scribunt *Deuter. cap.* 23. Ex quo colligimus, in lege naturæ Deum, facto proprio nos docuisse, vt corpora defunctorum sanctorum veneraremur.

6 Iosue ab humanis exempto, sepultus est in finibus possessionis suæ, in Tamnassarc. *Iosue cap.* 24. *num.* 29. eius sepulchrum insigne, ac veneratione conspicuum fuisse patet, tum ex *Sancto Isidoro in lib. de ortu, & obitu Patrum, cap.* 27. tum ex *D. Hieronymo in Epitaphio Pauli*, vbi etiã illud comparat cum sepulchro Moysis.

7 Eleazari sepulchrum popu lorum frequentia celebre fuisse, testatur idem *D. Hieron. loc. cit.*

8 Samuel Prophætarum primus, viuens, iure merito in maximo semper honore apud Hebræos habitus fuit, mortuus plãsit eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua *Reg.* 1. *cap.* 25. & 26. plantum in hæc verba describit, *Ioseph antiq. lib.* 6. *cap.* 14. *Luctum in longum tempus prorogat, fuerat enim vir ad omnem iustitiam, & bonitatem à natura cõpositus, & ob has virtutes Deo longè acceptissimus*, obserua magnificentissimi funeris causam, non quia vir magnus in Israel, sed quia iustus, & bonus, & ob hoc Deo acceptissimus, & honoratus.

9 Corpus Dauid fuisse vnum ex illis, quæ in terra sancta colebatur, constat primò ex *D. Hieron. in epist.* 17. *ad Marcellũ* in illis verbis, *Inde ad Pastorum causas pergere in Dauid, orare mausuleo.* Secundò quia fuit erectum in Monte Sion,
10 qui deinde fuit effectus commune sepulchrum Regum, successorum, & Sacerdotum, *Paralipom. cap.* 24. *n.* 15. & 16. in quod illi tantùm Reges illati sunt, qui cum bonitatis fama decesserunt, *Villapand. tom.* 3. *apparatus p.* 1. *lib.* 3. *c.* 16. Terriò, quia ibidem sepultus

est

Digitized by Google

est Ioyada Sacerdos, eo quod feciſſet bonum cum Iſrael, & domo eius *Paralipom. d. c. 24.* De veneratione reliquiarum Iſaiæ ſcribunt *S. Dorotheus in Synopſi, cap. de Iſaia tom. 7. Bibliothecæ Sanctorũ Patrum, Epiphan. in lib. de vita Prophetarũ, cap. de Iſaia.*

11 Hieremias ſepultus eſt in eo loco, vbi Pharao Rex Egypti habitauit, veruntamen, quia precibus ſuis ſerpẽtibus, ab eo loco effugatis Egyptios à noxio aſpide morſu eripuit, inſigni cultu hactenus colitur, *D. Iſidor. de ortu, & obitu Patrum cap. 28.* Addit S. *Epiphan. in vita Hieremiæ, quique vel hodie adhuc fideles experiũtur, qui eodem in loco ſupplicare conſueuerunt, & ſumpto puluere, morſibus aſpidis medentur.*

12 De reliquijs Ezecchielis hæc ſcribit *S. Epiphanius lib. de vita, & morte Prophetarum. In terra Siriorum, vir pius ille ſepultus iacet, multique ad monumentum eius conflauunt ad deprecationem, & obſequium. Sanè quando tanta eo frequentia ad monumentum eius conueniunt, formidant Caldei, & metuunt, nè illũ auferant, quapropter egredientẽ comitantur, & deducunt.*

13 De corpore Danielis Prophetæ ita ſcribit *S. Dorotheus in Sinopſi cap. 16. mortuus eſt Daniel in terra Caldeorum, & in ſepulchro regio ſolus cum honore ſepultus.* Addit *D. Iſidorus in lib. de ortu, & obitu Patrum cap. 40. ſepultus eſt iam ſenex in ſpelunca regia ſolus in captiuitate cum gloria; S. Epiphan. lib. de vita, & interitu Prophetarum Extat monumentum ipſius uſque ad hoc ſæculum in Babylone omnibus notiſſimum.*

14 De tribus pueris Danielis ſic ſcribit *Iſidorus. loco citato Iacent in Babilonia pariter ſub vno ſpecu poſiti, & cum magna veneratione ſepulti. De illis etiam ſcribit. Simeon. Metaphraſt. apud Sur. tom. 1. 31. Ianuarij.*

15 De ſepulchro Eliſei ſic ſcribitur, *lib. 4. Reg. cap. 13. nu. 21. Quidam autem ſepelientes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei, quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.*

16 *Ioſeph lib. 9. antiq. cap. 9. Propheta paulo poſt defunctus eſt, vir inclitæ iuſtitiæ, & citra controuerſiam Deo longè chariſſimus, multa enim, & miranda diuinæ mentis argumenta exhibuit, quorum memoria apud Hebreos durat clariſſima, ſepulchro etiam honoratus eſt magnifico, quale decuit hominem numini diuino acceptiſſimum. contingit autem tunc, vt latrones occiſi à ſe vinctoris cadauer in monumẽ-*

tum

Digitized by Google

tum eius proijcerent, quod mox reuixit à contactu Prophetæ corporis.

17 Eidem sepulchro illata sũt deinde ossa Abdiæ Prophetæ, & reliquiæ Ioannis Baptistæ, de quibus hęc scribit *Isidor. loc. citato. Sepultus cum Patribus suis in Sebastia Ciuitate, vbi & Eliseus Propheta, & Ioãnes Baptista venerabiliter requiescunt, & S. Hieron. in epist. 27. in epitaphio Pauli ad Eustochium tom. 4. Ibi secti sunt Eliseus Propheta, & Ioã. Baptista, vbi multis intremuit consternata mirabilibus, namque cernebat Dęmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra Sanctorũ vlulare homines more luporum.*

Idem in comment. in Abdiam in princ. tom. 5. Sepulchrum eius vsque hodie cum Mausoleo Eliseĭ Prophetæ, & Ioan. Baptistę in Sebaste, qui olim Samaria vocatur venerationi habetur.

18 De Iona sic scribit *S. Doroth. in sinopsi cap. 6. Mortuus est autem, & ipse in Sahar, ac sepultus in spelunca Cęnezei, qui Iudęa fuerat vnius tribus in terra sua.*

19 De Michæa scribit *Sanctus Epiph. lib. de vita, & morte Prophetarum cap. 13. in Mattheum, propria terra planè solitarius tumulum iuxta Poliandrum sortitus est. Est quidem monumentũ ipsius vsque ad hodiernum tempus nobilissimum.* In dicto loco tempore S. Hieronymi adesse Ecclesiam scribit *Idemmet in epist. 27. ad med tom. 1.*

19 De reliquiis Machabæorũ sic scribit *D. Hieronym. de locis Hębraicis super lit. M. tom. 3. Modin Vicus iuxta Diospolim vnde fuerunt Machabęi, quorũ hodie ibidem sepulchra monstrãtur, S. Aug. serm. 109. diuers. cap. 6. tom. 10. Sanctorum Machabęorum Basilicam esse in Antiochia, prędicatur in illa scilicet Ciuitate, quæ Regis ipsius persecutoris nomine vocitatur: Antiochũ quippè Regem persequutorem impium pertulerunt, & memoria martyrii eorum in Antiochia celebratur, vt simul sonet, & nomen persequutoris, & memoria coronatoris.* Hæc Basilica à Christianis tenetur, & ędificata est. *Martyrolog. Rom. die 1. Augusti,* eorum reliquiæ Romam translatæ, in eadem Ecclesia Sancti Petri ad vincula conditæ sunt.

20 Reliquiæ Ducum Machabæorum, quanto in honore sint habitę, satis explicat septem insignes Piramides, quas Simeon Machabeus, Patri, & fratribus erexit in Modin, de quarum magnitudine, & elegãtia scribitur *Machab. lib. 1. cap. 13. nu. 27.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Constantinus Magnus magni honoris loco habuit in Piscatoris vestibulo sepeliri.*
2 *Imperatores quare Constantinopoli sepeliebantur.*
3 *Constantinus Secundus reliquijs Apostolorum Andreæ, & Lucæ templum erexit.*
4 *Archadius Imperator, ossa Samuelis Prophetæ transferenda curauit.*
5 *Honorius, & Theodos. reliquias SS. venales haberi prohibuit.*
6 *Theodosius iunior saccum Episcopi Hebrorum propter honorem induit.*
7 *Principum plurimorum studia in sacras reliquias, nu. 8. & 9. vsque ad finem.*

Quantæ venerationis fuerint apud Cæsares Sanctorum reliquiæ.

CAP: XXII.

1 CONstantinus Magnus ingenti honore se affici putauit, si in Piscatoris vestibulo sepeliretur, *S. Io. Chrysostom. 2. ad Corinth. homil. 26. tom. 4.* ab eo igitur tamquam ex eius auctore consuetudine ducta, Imperatores Christiani post mortem, Constantinopoli sepeliuntur, *Sozom. lib. 2. histor. cap. vltim. ad finem.*

3 Constantinus huius nominis Secundus reliquias Sanctorum Apostolorum Timothei, Andreæ, & Lucę transferendas curauit, illis quę augustum templum erexit, *Theodoret. lect. lib. 2. collect. ad fin. tom. 7.* Theodosius caput Ioan. Baptistæ ex Vico Coslai, Constantinopolim deportans, septimo ab Vrbe lapide in Basilisa quam magno sumptu in eius honorem erexerat, recondit.

4 Sub ipsius Theodosij Imperio reliquiæ Sanctorũ Martyrum Terentii, & Africani in petra sunt depositæ, *Theod. loc. citat.* Arcadius ossa Sancti Samuelis Prophetæ ex Iudæa, Constantinopolim transferri curauit, *Theodor. lect. lib. 2. sub Arcadio.* Valens. & Theodosius peculiari Constitutione sanserunt, ne humana corpora, cum corporibus Sanctorũ Martyrum sepelirentur in *l. 2. C. de sacros. eccles.*

5 Honorius & Theodosius simili Constitutione iusserunt, qđ nemo Martyrum reliquias emat, siue mercetur, in *l. 3. C. eod. titu.* Leo quoq; Imperator Sanctorum reliquias non nisi in Ecclesiis exponi præcepit, in *l. decernimus C. de episc. et cler.*

Digitized by Google

5 Theodosius iunior Arcadii filius, saccum, quo Episcopus Chebrorum, qui Constantinopoli mortem sanctè obijt indutus erat, quęsiuit; eumq; quantumuis sordidatum induisse; persuasum nimirum, se aliquid ex mortui sanctimonia inde percepturum, *Socrates lib. 7. cap. 22.* Idem, corpus S. Ioannis Chrysostomi Comanis sepultum Constantinopolim transferendum curauit, ac in Ecclesiá Sanctorũ Apostolorum honorificè condidit, idem *Socrates lib. 7. cap. 44. Baron. tom. 5. anno 438. num. 7.*

7 Leone imperante, pretiosa Deiparę Virginis vestis, è Palestina Romam nouam translata; & ab illo in argenteo loculo in ædę, quam ipse in Blachernis construxerat reposita est.

Zenon, cũ in Insula Cypri repertum esset corpus Sancti Barnabæ Apostoli, in eiusque pectus Euangeliũ D. Matthęi, Barnabæ manu conscriptum, templum magno sumptu in eius honorem erexit, & Euangelium in Palatio sub alta corona condidit, *Theodor. d. lib. 2. in princip.*

8 Iustinianus Imperator erga sacra pignora tam veneranter se gessit, vt de corporibus nil petere audens, ab Ormida Pontif. petijt de cathenis SS. Apostolorũm, si possibile esset, ac de craticula S. Laurẽtij Martyris, *Epistolarum decretal. tom. 1. inter epistolas Ormidę.* Huius Imperatoris pietatem respexit Deus; nam cum grauissimo capitis morbo ad necem afflictaretur, tactu sacrarum reliquiarum saluti restituitur. *Procopius de ædificijs Iust.*

9 Mauritius digitis sanguini S. Euphemiæ admotis, atque delibutis seipsum sanctificãdo conspersit, & deinceps cum admiratione laudes suas clara voce Martyri tribuit, *Niceph. Calist. lib. 15. cap. 18.*

10 Carolus rex, & nomine Magnus, Romam religionis causa perrexit, descendensque de equo cum suis Iudicibus, pedestris ad Beatum Petrum properare studuit, *Anast. Bibliothecarius apud Baron. tom. 9. anno 774. nu. 3. & 6.*

11 Idem ter ab Angelo admonitus, vt corpora Sanctorũm quæreret in stabulo iumentorum, corpora Sanctorũ Saluii Episcopi, & sociorũ reperiit, & in Ecclesiam Sãcti Martini transtulit, *Io. Molanus in Natalibus S. Belgij.*

12 Ludouicus, quãtum egerit pro perquirendis corporibus Sanctorũ Petri, & Marcellini,

scribit

Digitized by Google

scribit post alios abundè *Baron. tom. 9. anno 826.*

15 De Othone 3. sic scribit *Baron. anno 1001. nu. 16. constat etiam eundem Othonem hoc anno Romæ agentem nauasse operam, vt cum erigeret Ecclesiam Sancti Adalberti in Tiberina Insula, eādem Sanctorum reliquijs locupletaret.*

14 Inuictissimi nominis Carolus V. Sanctorum reliquias, nè dum piè venerabatur, sed si quas reperiebat minus decenter teneri, decētes thecas, ac loculos magno sūptu subministrabat, arasque erigebat, *Ambros. de moral. histor. lib. 9. cap. 7. ad finem.*

15 Denique Cæsares omnes in iuramento, quod præstant Romano Pontifici, in Imperij adeptione, iurant per Patrem, & filium, & Spiritum sāctum, & per lignum viuificæ crucis, & per reliquias Sanctorū ante eorum oculos positas, vt in *cap. Tibi à Domino 63. dist.*

SVMMARIVM.

1 *Catholicorum Principum studia in sacras reliquias.*

Quantæ venerationis fuerint reliquiæ Sanctorum apud Catholicos Hispanorum.

CAP. XXIII.

1 ANno 509. Recadaredus Rex, ob insignē eius erga Sanctorū reliquias deuotionē à S. Gregorio meruit epistolā tenoris sequentis. *Claues verò paruulam à Sacratissimo Beati Petri Apostoli corpore, vobis pro eius benedictione trāsmisimus: in qua inest ferrum de cathenis eius inclusum, & quod collum illius ad martyrium ligauerat, vestrum abomnibus peccatis soluat. Crucē quoque delatori penitentiū vobis efferendā, in qua lignum Dominicæ Crucis inest, & capilli Beati Ioannis Baptistæ. D. Gregor. Epist. 127. lib. 7.*

Anno 718. Pelagij Regis filij opera, reliquiæ Sanctorū nè in Maurorū manibus peruenirēt, translatæ fuerunt per Vrbanum Archiepiscopum Toletanum Asturas, in Ecclesia Tuetensi. *Baron. tom. 9. anno 718. num. 6.*

Anno 816. repertum cum esset sacrū corpus Iacobi Apostoli, Alphonsus Rex cognomento castus, statim ad illud venerabundus accessit, illiq. templum pro Apostoli, & regia maiestate erexit; quod donis, ac redditibus, innumeris locupletauit, vt legimus in *Historia Cōpostellana, & literis*

Digitized by Google

in forma priuilegij, quæ in Ecclesia Compostellana asseruantur.

Eiusdem pietatem emulati cæteri Reges successores, veneratio sepulchri Apostoli nedum totam Hispaniam, sed orbẽ catholicum impleuit, adeò, vt in dies illuc accedant ex omni terrarum parte, Peregrini, votumq; de illuc accedendo adeò pium existimatur, vt eius commutatio ad sedem Apostolicam spectet. *Extrauagant. 5. quę incipit, & si Dominici Gregis de pœnit. & remiss. in communib.*

Nec minoris pietatis extitere Aragonum Reges, siquidem Iaimes, Barcelonã personaliter cum filijs, regiaq; curia, & comitatu accesit, vt translationi S. Eulaliæ in Ecclesia maiori interesset, *Ambros. de Moral. hist. lib. 10. cap. 3.*

Petrus huius nominis secundus, Romã petijt ad sacra Apostolorum limina veneranda; Basilicasque Petri & Pauli ingentibus muneribus ditauit, *Zurita lib. 2. annal. cap. 52.* Alphonsus primus Sanchez nuncupatus, Cæsaraugustana Ciuitate potitus, Ecclesijs, in quibus reliquiæ iacebant Sanctorum, Ciuitates, Castra, Villasq; donauit *idem Zurita lib. annal. 1. cap. 52.*

Alphonsus secũdus, cũ obtinuisset facultatem, transferendi caput S. Valerij Archiepiscopi Cæsaraugustani, ab Ecclesia Alcrensi, ad Ciuitatẽ Cesaraugustanam, tantum beneficium aliqua ex parte, vt rependeret, castrum Montis Virginis, Ecclesiæ Alcrensi donauit, idem *Zurita Annal. lib. 2. cap. 16.*

Ferdinadus Castellæ Rex huius nominis primus, corpus Sancti Isidori à Rege Mauro, magno auri pondere coemit, *Iohannes Mariana lib. 9. histor. Hispan. cap. 3.*

Æternæ memoriæ Philippus Hispaniarum huius nominis secundus, ea fuit veneratione erga Sanctorum reliquias, vt perlegatos egisset apud Carolum IX. Christianissimum Galliarum Regem, vt corpus Mar. Eugenij, primi Tolotani Episcopi, Ecclesiæ suæ restitueretur, *Theatrum vitæ humanæ tom. 6. lib. 3. tit. de translat. reliquiarum.*

De Philippo huius nominis tertio hæc scribit *Garcias in collect. concilij Hispaniæ in Concil. Bracharense 3. adnot. vlt. Philippus Princeps natu maximus, adolescens summæ spei, solet detecto capite, genibus flexis, eisque innixus abstergere pulueres vasorum, in quibus in Ecclesia excuriali sacrę reliquię asseruabantur.* Idem

Idem cum à fæl. record. Clemente Papa VIII. obtinuisset, Raimundum à Peniafort, SS. Confessorũ albo scribi, personaliter simul cum coniuge Barchinone se contulit, ad sanctum venerandũ corpus, in cuius honorem sacellum magno sumptu construxit.

SVMMARIVM.

1 *Christianissimorũ Regum studia in sanctas reliquias.*

Quantę venerationis semper fuerint Sanctorum reliquiæ apud Christiánissimos Gallorum Reges.

CAP. XXIV.

1 CLodoueus plurimas Ecclesias Regni, cũ gratuita bonitate ditasset in honorem corporis S. Martini, multa eius Basilicæ obtulit: *Greg. Turon. histor. lib. 2. cap. 37.*

Crotildis autẽ Regina eius coniux, post mortem Clodouæi Turonos venit, ibique ad Basilicam Sancti Martini deseruiens, cum summa pudicitia, ac bonitate commorata est, omnibus diebus vitæ suæ, idem *Gregor. d. lib. 2. cap. vlt.* Radegundis Clotarii Regis Francorum relicta, legatos plures in Orientem misit ad perquirendas reliquias Sanctorum; Vndique enim gemmas pretiosas cœlo reconditas, & muneribus, & precibus vt adipiscerentur effecit, *Bandonin. in vita dicta S. Radeg. lib. 2. Turonen. lib. histor. 3. cap. 40.*

Theodoricus Clodouei filius, inuentioni corporis S. Victorini Mart. interfuit, qui loco illi maximã portionem facultatis contulit, *Aymon. lib. 3. epist. cap. 90.*

Guntheranus Rex, misso Presbytero munera fratribus, qui Sãctis Agaunensibus deseruiunt, ex voto transmisit, præcipiens Presbytero, vt ad eum rediens Sanctorum sibi reliquias exhiberet, *Greg. Turon. de glor. mart. cap. 76.*

Chidelbertus stolam, & tunicam Sancti Vincentij mart. à Clero, & Populo Cæsaraugustano, loco præclarissimi muneris obtinuit, illique templum Parisijs erexit, in quod etiam de ligno S. Crucis, & Sãctorum Stephani, Ferreoli, Iuliani, Geruasij, Prothasij, Nazarij, & Celsi pueri intulit, illudq; magnis redditibus locupletauit, *Crant lib. 3. histor. Suetię, Aymon lib. 2. histor. cap. 19. & 20.*

Dago-

Digitized by Google

Dagobertus, quali deuotione corpus S. Dionyſij coluerit, quantoque templum auguſtiſſimum, quod erexit, doniſque præclariſſimis ornauerit, refert idem *Aymon. lib. 4. cap. 33.*

Ludouicus cognomento Pius, ſuam, ſuorumque prædeceſſorum erga eundem Sãctum deuotionem conteſtãs, hæc ſcribit apud *Surium tom. 5. die 9. Octobris. Prædeceſſores noſtri gloriam huius eximij teſtis, & amici Dei non inaniter coluerũt, qui dum eius ſacras exuuias in terris, ob amorem, & honorẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, quibus poterant, honorauerunt, per eius preces digniſſimas honoris priuilegio potiri, & in terrenis, & cæleſtibus meruerunt.*

Carolus cognomento ſimplex, æternis bellis, ac domeſticis ſeditionibus agitatus, legatione ad Saxones inſtituta de ſacris Dionyſij martyr. reliquijs, aut vanè teſtatus Franchorum ſe gloriam in Saxones transferre, vt ex *Vuithichindio* refert *Baronius anno 920.*

Aloyſius huius nominis Septimus Compoſtellam ad S. Iacobi cineres venerandas incognitus acceſſit, ſed à Rege Caſtellæ agnitus, ab eoque p Regia Maieſtate tractatus, Gallias reuerſus, nulla alia ratus hoſpitalitatem dignè rependere poſſe, brachium Sancti Eugenij Archiepiſcopi Toletani, auro, argentoque contextum, gemmiſque vndique ornatum miſit, *Mariana hiſt. lib. 2. cap. 3.*

Chilpericus, vt maledicto, qui in pactione ſua, & fratrum ſuorum conſcriptum erat, vt nullus eorum Pariſios ſine alterius voluntate ingrederetur, carere poſſet; reliquijs Sãctorum multorum præcedentibus, Vrbẽ ingreſſus eſt, *Greg. Turonen. hiſtor. lib. 6. cap. 27.*

Denique quanta fuerit Gallorum Regum erga reliquias Sanctorum pietas, cæteris omiſſis ex eo maximè patet, quòd antiquitus ad bella præcedentes, cappam, ideſt pallium S. Martini ſecum portabant, quæ ſub quodam tentorio ſeruabatur, *Guliel. Durand. lib. 2. Rational. diuin. cap. 10. nu. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Diuerſorum Principum ſtudia in ſanctas reliquias.*

Quantæ venerationis fuerint Sanctorum reliquiæ, apud reliquos Reges, & Principes.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXV.

1 CEdualla, & Coredus Reges Anglorum sãctitate cõspicui, Romam ad sacratissimum Principis Apostolorũ corpus per longa locorum interualla, pio ducti amore venerunt, *Bed. histor. lib. 5. cap. 7. & 30. tom. 7.*

Henricus Germaniæ Rex, cum audisset apud Rodulphũ Italiæ Regem, esse lanceam compactam ex parte claui, quo Christus Cruci affixus fuerat, legatione ad eum instituta illam petijt, cumque alia ratione impetrare nequiret, intentatis demum minis extorsit. Porrò tanti eam pretij, & ad sui Regni tutelam esse duxit, vt Rodulpho non modo aurum abundè miserit, sed Sueuiæ quoque partem donauerit, *Sur. 3. Octobris.*

Actila Hunnorum Rex, quando septingentorum millium exercitu in Imperij Romani viscera penetrauit, multis sæpè ciuitatibus propter Sanctorum reliquias, quæ ibi colebantur pepercit, *Paulus Diacon. histor. lib. 5.*

Cosroas, Hierosolyma expugnata, Christi crucem veluti optimum spoliũ in Persidem abstulit, quam deinde Heraclius, Chosros bello superato reduxit.

Luitprandus Rex Longobardorum, audiens, quòd Saraceni depopulata Sardinia, etiam loca illa, atq; ossa Sancti Augustini Episcopi, propter vastationem Barbarorũ, alias ex Africa translata fœdarentur, misit ei, & dato magno pretio accepit illa, & transtulit in Vrbem Ticinensem, ibiq; debito tanto Patri honore recondidit, *Paulus Diacon. de gest. Lombard. lib. 6. cap. 54.* Sollemnitatem præterea translationis ex Oldrado scribit *Baron. tom. 9. anno 725.*

Alaricus Gothorum Rex, Romæ prædatione completa, Apostoli Petri vasa à suis asportari, cum cognouisset, diripientium manibus reportari mandauit, *Cassiod. variar. lib. 12. cap. 20.*

Casimirus Poloniæ Rex, à Lucio huius nominis tertio Romano Pontifice impetrauit, reliquias Floriani Martyris, eaſq; ab Egidio Mutinensi Episcopo allatas, ad Septimũ milliarium à Cracouia, cum ingẽti omnium hominum caterua, & solemni Sacerdotum pompa, obuiam progressus; reuerenter excepit, *Chromer. in cronicis anno 1100. to. 7.*

Venceslaus Bohemiæ Rex, à Cæsare optionem cum habuisset petendi quidquid vellet,

Digitized by Google

let, S. Viti reliquias; propterea quod Vandalicæ fuerat nationis, ſibi dari poſtulauit, *Ioā. Lubrauius lib. 5. hiſtoriæ Bohemię poſt initium.*

Moſcouiæ vbi S. Sergius ſepultus, multa miracula edere dicitur, admirabilique gentium, ac populorum cōcurſu, pietateque celebratur, Principes ipſe ſæpè, vulgò verò quotannis certis diebus confluit, *Sigiſmund. in comment. rerum Moſcouitarum par. 1. tit. de ieiun.*

Alphonſus Primus Luſitanorum Rex, corpus S. Vincentij Vlyſſipponem trāſtulit, Ciuitatique mandauit, vt nauim qua vectum erat, & corbum, qui eius cuſtodiæ martyrij tempore aſtiterat, pro inſignibus ferret, *Villadeg. in vita S. Vincentij.*

Senatus Venetus tempore quo Aegyptus vniuerſa Saracenis parebat, Corpus Diui Marci Euāgeliſtæ, quod Alexandriæ iacebat inglorium, magno redemptum pretio, Venetias transferri curauit, cuius protectionc vniuerſa Venetorum ditio gloriatur, *Baron. anno 820.*

Robertus Comes Flandrenſis a Hieroſolymis rediens, detulit ſecum brachiū S Georgij Martyris, quod Eccleſiæ Aſquiſidenſi transmiſit, *Sigisbert. in chronic. anno Chriſti 1110.*

Sabaudiæ Dux, de Sindone Domini noſtri Ieſu Chriſti, pluſquam de quinquaginta quinque nexibus regijs, quibus prognatus eſt meritò gloriatur, exemplaq; tactu eiuſdem ſacræ Sindonis ſanctificata, præclari muneris loco largitur.

Ianuenſium Reſpublica de reliquijs S. Ioannis Baptiſtæ exultant adeò, vt ob eum in Patronum tutelarem agnoſcant.

SVMMARIVM.

1 *Diuerſorum Populorum ſtudia in ſanctas reliquias.*

Quantæ venerationis Sanctorum reliquiæ ſemper fuerint apud Chriſtianos populos.

CAP. XXVI.

1 QVo tempore Petrus, & Paulus Romæ sūt paſſi, Orientales populi Romā venere, vt ipſi tanquam ſuorum gentilium reliquias ſibi vēdicarent. Sed diuino miraculo impediti, eas ſecum aſportare non licuit.

Digitized by Google

cuit, *D.Gregor.epist.30.lib.3.* Simplicius Cyliciæ Proconsul, auaritiam Seuitiæ iungés, Martyrum corpora, sacrosue cineres pretio distrahebat, sordida hàc nundinatione pietatem præferens, ac benè se de Christianis mereri affirmans, quod sacras reliquias non in ventum spargi, aut influenta proijci iuberet. accessere illuc veluti ad publicum Emporium ex Italia, atque Africa, insuetæ pietatis mercatores, *Baronius tom. 1. anno 305.*

In Palestinæ partibus iuxta Iosuè vicum, solitudo vastissima est, in qua summæ vitæ, ac sanctitatis Monachi diutissimè commorátes, anno Domini 410. repentè sunt à discurrentibus Saracenorum latrunculis interempti: quo facto innumeri populi è duobus oppidis cõcurrentes, grauissimum sibi certamen indixerunt, & vsque ad gladiorum conflictum, pro sancta rapina eorum fuit progressa contemptio, alijs de vicina commoratione ipsorum, alijs de originis propinquitate gloriántibus; eorumque reliquias, & sepulchra præoccupare conátibus, *Cassian. collat. 6. cap. 1.* Galliarum Prouinciæ, licet sacris pignoribus Sãctorũ Martyrum, & Confessorum abundarent, fame nihilominus inhiabant ad peregrina, quorum gratia S. Germanus Parisiẽsis Episcopus, in Orientem proficiscitur, ibique à Iustiniano Imperatore, auri, argentique munera spernens, de D. Iesu Christi corona spinea, simulq; Sanctorum Innocentium reliquias, & brachium S. Georgij Martyris retulit, *Aymon de gest. Francorum lib. 3. cap. 9.*

Seruabatur Edessæ Mesophotamiæ Vrbe, sacrosancta Christi seruatoris imago, Regi Abagaro ab eodem missa: cum ea, Epistola ad eundem Regem à Christo reddita. Vrbs erat sub Saracenorum potestate, quam vt reciperent Græci magnis viribus obsidebant: igitur Saracenorum ibidem Præfectus, ipsiq; Ciues Christiani, Prefecti minis perterriti, obsidionisq; incommodis fatigati, Christianorũ licet compluribus obsistentibus, sacram imaginem, sacramque epistolam Græcis, vt recedant spondent, re ad Augustum delata, sponsio recipitur: Episcopi, qui sacra pignora sine fraude reciperẽt Edessam mittuntur, à quibus Bizantium magno cum totius Vrbis plausu transferuntur, *Baron. anno 933.*

Bulgari Thessaliam, & Græciam vniuersam impunè po-

Digitized by Google

pulati, hoſtilibus onuſti ſpolijs receſſere, ac Sanctorum quoque reliquias Lariſſa Teſſaliæ Vrbe auexere, *Baron. anno 981.*

Galli aduerſus Teudem Arrianum hominem, qui Gothis apud Hiſpaniam imperitabat, exercitu comparato, inſigni de hoſte victoria potiũtur, Vincentij Mart. ſacras exuuias obſeſſorum dono Ciuium accipiunt, ſecumque Galliam quantes deferunt, *Baron. anno 542.*

Catacenſes in Calabria à Caliſto Pontifice huius nominis ſecundo, (cum ad cohibenda inter Gulielmum Calabriæ Ducem, & Rogerium Siciliæ Comitem inſurgentia bella Calabriam ſe recepiſſet) cineres Sãcti Irenei Epiſcopi Lugdunenſis petierunt, quibus Pontifex morem geſſit, nulla ratione ratus eiuis Vrbis, vbi cum decem, & octo Cardinalibus ſummis honoribus diù moratus fuerat, hoſpitalitatem largiùs compenſari, vt conſtat ex Pontificio diplomate, quod apud Catanenſes ſimul cum ſacris cineribus aſſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Ethnici reliquias eorum, quos Sanctos putabãt venerebantur.*
2 *Aegyptij corpus Ioſeph maximè venerabantur.*
3 *Alexander Macedo oſſa Hieremiæ Prophetæ Alexandriam tranſtulit.*
4 *Caldæi qua diligẽtia corpus Ezechielis cuſtodiebant.*
5 *Attila quam reuerentiam reliquijs habuit.*
6 *Cretenſes ſepulchrum Iouis ſe oſtendere gloriabantur.*
7 *Romani tugurium Romulii conſeruarunt.*
8 *Aeneas multiplicitate ſepulchrorum veneratus.*
9 *Meneandri Regis Battrorũ corpus inter Regni Ciuitates veneronis cauſa diuiſum.*
10 *Auguſti reliquiæ à primioribus equeſtri ordinis ſelectæ, & in Mauſuleo collocatæ.*
11 *Druſi reliquias à Liuia matre longo itinere comitatæ.*
12 *Alexandri Magni corpus in quo honore habitus.*
12 *Caligula matris, & fratris reliquias tranſtulit.*
14 *Otho moriẽs reliquias ſuas Maſſilinæ commendauit.*
15 *Romani reliquias maximè coluere.*
16 *Turcæ Mahumethi corpus in area ſuſpenſum quare tenent.*
17 *Veſtes eorum, quos Ethnici ſanctos putabant, venerabantur.*
18 *Epitheti Philoſophi licus fictilis caro pretio emptus.*
19 *Iſidis capilli venerati.*
20 *Pyrri Regis pollex in templo, & loculo*

loculo propter honorem asser-uatus.

21 *Virgilij imago venerata.*

Apud Ethnicos corpora, cineres, atq; res Sanctorum, & eorum, quos Sanctos, seu pios putabant in veneratione fuerunt.

CAP. XXVII.

1 CORpus Ioseph tantæ fuit veneratiõis apud Aegyptios, vt mortuus, cõditus aromatibus fuerit in loculo repositus. *Genes. cap. 50. num. 25.* addit ibidem *August. Egub.* Ioseph, Deum ab Aegyptijs habitum esse.

2 In testamento xij. Patriarcharum, in testamento Simonis ad finem *tom. 5. Bibliothecæ SS. Patrum* sic legimus, *Ossa Ioseph custodiebant Aegyptij in erarijs Regum dicebant enim eis incantatores, quod si deportentur ossa Ioseph, ferent in omni Aegypto tenebræ, & caligo, & plaga magna valdè Aegyptijs vt cum lucerna quoque non cognoscat vnusquisq; fratrẽ suum.* Apud *Ruffin. lib. 11. histor. cap. 21.* hæc legimus. *Quidam in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulacrum ob diuisionem frumenti, quia famis tempore subuenit Aegyptijs.*

3 Alexander Rex Macedonum, cum venisset ad sepulchrum Hieremiæ Prophetæ, mysteria illius cognoscens, reliquias Alexandriam transtulit, *S. Dorotheus in Synopsi, cap. 14. tom. 9.*

4 Caldei formidantes magnã populi frequentiam ad sepulchrum Ezechielis accedẽtes, ingredientem comitabantur, deducebant, idem *S. Doroth. loc. cit. cap. 15.*

5 Attila Rex Hunnorum, vbi Imperij Rom. viscera ingenti Militum exercitu penetrauit, multis læpè ciuitatibus propter Sanctorum, qui ibi colebantur reliquias pepercit, *Paul. Diacon. lib. 5.*

5 Cretenses sepulchrũ Iouis se ostendere gloriabantur, *D. Hieron. in comment. ad Titum 1. tom. 6.*

6 Romani tuguriũ Romuli ex stipula contextũ ad multa læcula de industria conseruarunt, *Alicarn. histor. Rom. lib. 1.*

7 Ijdem iudicium de reliquijs penes Collegium Põtificum esse voluerunt, *Plinius lib. 10. epist. 73.*

8 Aeneas postquã inter mortales esse desijt, tot sepulchris, & monumentis in gratiam acceptæ vtilitatis honorãtus est, vt de loco, vbi eius corpus sit illatum non parum dispu-

Digitized by Google

tetur, *Dion. Alicarnaſſ. antiqu. Romanorum libr. 1. circa medium.*

9 Meneandrò Regi Bactrorum homini frugi, atque mitiſsimo in caſtris vita defuncto, cunctæ Ciuitates Regni, cunctique populi inferias de more, & iuſta magnificè cõmuni conſenſu ſoluerunt: poſtremò de reliquijs cum diù decertatum eſſet, quibus potiſsimum commendaretur, tandem inter omnes conuenit, vt æquè partitæ ſingulis diſtribuerentur pro rata, quo monumentum illius iure apud omnes pariter cum veneratione exiſteret, *Plutarch. in politic. circa med.*

10 Reliquias Auguſti legerunt primiores equeſtris ordinis tunicati, & diſcincti, pedibuſque nudis, ac in Mauſuleo condiderunt, *Suet. in Auguſt. cap. 100.*

11 Liuia mater Druſi, filij reliquias longo itinere proſequuta eſt; *Suet. in Caligul. cap. 38.*

12 Octauius conditorium, & corpus Magni Alexãdri, cum prolatum è penetrali ſubieciſſet oculis, corona aurea impoſita, ac floribus aſperſis veneratus eſt, *Suet. in Octan. cap 28.*

Germanicus inter cætera laudatur, quod ſicubi clarorũ rum virorũ ſepulchra cognoſceret, in ferias manibus dabat. Ceſorum clade variana diſperſas reliquias vno tumulo humaturus, colligere ſua manu, & comportare primus aggreſſus eſt, *Suet. in calig. cap. 3.*

13 Caligula licet inter oẽs ſeuus atque probroſus, Tiberio pro concione laudato, Pandeteriam, & Pontias ad transferendum matris, fratriſque cineres feſtinauit, *Suet. in caligulam cap. 14.*

14 Otho moriens reliquias ſuas Meſſalinæ ſorori commendauit, *Suet. in Othon. cap. 10. Plin.* ſecundus tumulum Virginij Rufi imperfectum cum videret indignatus, ſic ſcribit. *Subit indignatio cum miſeratione poſt decimum mortis annum reliquias, neglectumque puluerem ſine tumulo, ſine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagatur, idem libr. 6. ep. 10.*

15 Romani denique omnes, defunctorum reliquias coluere adeo, vt ex loco ad locũ ſine cauſa trãsferri vetuerint, eaſque ad Pontificum curam pertinere putarint, *l. fin. ff. de mortuo inferend. l. 1. & l. nemo, C. de religioſ. & ſumpt. funer. Plin. ſecundus Epiſt. 73. & 74.*

16 Turcæ nulla alia de cauſa corpus Mahumethi in arca ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſum venerantur, niſi quod credunt, ipſum Dei Prophetam fuiſſe.

17 Nec tantum erga corpora Sanctorum, ſeu eorum, quos Sanctos habebant hæc religio apud Ethnicos fuit, ſed etiã erga eorum veſtes, aliaſq; res, eorum memoriam repræſentantes. Siquidẽ Pompeius Alexandri Macedonis memoriam venerari cum vellet, poſt Mitridaticum bellum, Vrbẽ ouans ingreſſurus, curru lapillis, auroque ſplendente ferebatur, clamidem indutus Alexandri, Appian. *Alexandrin. de bell. Mitridat. ad fin.*

18 Refert Lucianus *in libello aduerſus indoctum* quemdam Ephiteti Philoſophi Stoici lycum fictilem trecentis denarijs mercatum, & alium Prothei Cinici baculum, quem reliquerat cum in flammis inſiluit, emiſſe talento, cuſtodiſſeq; inter clariſſimas opes, vt idem *Lucianus* eſt auctor:

19 Calidonij, & Thebani oſſa Gereonis, & Memphitę Iſidis capillos in veneratione habebant. Dionyſium Siracuſanũ tyrannum nullis impenſis peperciſſe aiunt, vt potiretur Eſcheli pugillaribus, ſeu ceris, quibus ille carmina conſcribebat.

20 Pollicem Pyrri Regis, quod medelam afferret gentibus, cremari cum reliquo corpore non potuiſſe, conditumq; eſſe in loculo in templo, ſcribit *Plin. lib. 7. cap. 2.*

21 Silius Italicus imaginem Virgilij venerabatur, eiuſque natalem religioſè colebat, ac monumentum, vt templum adhibebat, *Plin. epiſt. 7. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Reliquias Sanctorum venerari eſt vtiliſsimum.*
2 *Reliquiæ ſunt imagines, quibus vitam, moreſque noſtros componere poſſumus.*
3 *Reliquiæ proſunt ad comprimẽdos inimicorum inſultus.*
4 *Item, ad iram Deiflectendam.*
5 *Item, ad naufragia vitanda.*
6 *Item, ad victoriam ex hoſtibus reportandam.*
7 *Hiſpani propter corpus S. Iacobi quod poſſident, pluries victoriam reportarunt.*

Recenſentur vtilitates, quæ ex cultu reliquiarum manant.

CAP. XXVIII.

1 VTiliſſimum nobis eſſe Sanctorum reliquias colere, ſatis explicat *Hierèmias cap. 8.* vbi deplorans deſtru-

Digitized by Google

deſtructionem Ieruſalem, per hæc verba loquitur. *In illo tempore ait Dominus, eijcient oſſa regum Iuda, & oſſa Principum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prodhetarum, & oſſa eorum, qui habitarunt Ieruſalem de ſepulchris ſuis eijci*; ergo illa ſuis in ſepulchris cuſtodiri, & venerari vtiliſsimum debet cenſeri, prout vtiliſsimũ eſſe ſcribunt *D. Chryſoſt. in lib. de S. Babyla, et D. Ambroſ. ſerm. 93.*

2 Vtilitates ſunt plures, quarum prima, quia reliquiæ nobis proponuntur tamquam imagines, vt vitam, moresque noſtros, exemplo eorum cõponamus;, viua enim fuerunt membra Chriſti, & templum Spiritus ſancti, *Concil. Trident. ſeſſ. 25.*

3 Secũda, quia opponuntur contra inimicorum inſultus, nõ ſecus ac muri inexpugnabiles armis diuinæ potentiæ muniti. Antiochenſes pluriũ Sanctorum Martyrum, reliquias cum poſſiderent, in eorũ protectione fidebant adeo, vt de muris parũ curarentur: cumque Leo Imperator ab ea ciuitate tollere vellet corpus S. Simeonis Stillitæ, indignanter ei reſponderunt illud tanti eſſe, quanti ſi Ciuitatẽ demoliretur; quia corpus illius Sancti erat murus Ciuitatis.

Nibiſen Meſopotamiæ Ciuitas, quamdiu Iacobi viri sãctiſsimi eiuſdem Vrbis Epiſcopi reliquias habuit, ſæpius ab hoſtibus petita, illorum conatus irritos reddidit; At poſtquam Iuliani impietate, ſacris eius cineribus caruit, ſtãtim in hoſtium poteſtatem venit, *Baron. anno 358.*

4 Tertia, quia ad iram Dei flectendam ſunt aptiſsimæ, dũ ad eas ex corde recurritur, Catanenſes, velo S. Agathæ aduerſus Ethnæ montis incendia fuiſſe ſæpiſsimè ſeruatos, ſcribit *Fazel.* rerum Sicularum ſcriptor, eſtque res Siculis, & Calabris notiſsima, peſtem quoque, Sanctarum reliquiarum ope, non ſæpè propulſam legimus apud *Baron. anno 580.*

5 Quarta, quia conſtat reliquiarũ beneficio pluries naufragium fuiſſe vitatum. *Scribit Andreas Maſſius in Ioſue cap. 24.* Noe arcam ingreſſurum, Adami oſſa ſecum tuliſſe tum ne aquis interirent; tum etiam vt illis aduerſus vndas tutior rederetur. Diaconus quidam Turonẽſis, acceptis à D. Gregorio nonnullis Sanctorum reliquiis, nauigans cum pluribus, vt Maſsiliæ portum acciperent, impellente vento, carina magno impetu ferebatur, vt ſcopulo illiſa qualſare tur,

Digitized by Google

faretur, atque Nautæ discrimen intuentes, vociferabantur. Diaconus eleuata cum sacris pignoribus capsa, inuocare nomina singulorum cum gemitu, & voce magna cæpit, deprecans, vt eorum virtute, ab hoc periculo liberarentur: iamque appropinquabat nauis ad scopulum, & statim in Sanctarum contemplatione reliquiarum, ab ipso loco cõmotus ventus cum violentia maiori, hinc vento contrarium fluctũ elisit, ac nauis in pelagum profundum reuocata, cunctos à mortis periculo liberauit, *Greg. Turonen. histor. lib. 10. cap. 1.* Guntleranus Gallorum Rex cùm se spiritualibus actionibus mancipasset, itaut relictis sæculi pompis thesauros suos Ecclesijs, & pauperibus erogaret, accidit vt misso presbytero, munera fratribus, qui Sanctis Agaunensibus deseruiunt ex voto transmitteret, præcipiens presbytero, vt ad eum rediens Sanctorum sibi reliquias exiberet. Igitur cum impleto Regis præcepto cum his regrederetur pignoribus Lemnaci laci nauigium petit, cumque nauigium esset ingressus, orta tempestate surgunt vndarũ montes, fluctusq; tolluntut ad sydera, prora dehiscente, puppis fertur in altum, nunc iterum demersa puppi, prora tollitur in sublime, turbantur Nautæ, & nihil aliud nisi mortem ex periculo hoc pollicentur. Tũ presbyter cum videret se fluctibus obrui, vndarumq. spumis grauitet operiri, extractã à collo capsulam, quæ Sanctorum pignora continebat, vndis tumentibus obiecit, ac illorum præsidium clara inuocat voce, dicens, *Ne peream in his fluctibus; virtutem vestram deprecor Martyres glorioſi; sed protinus, qui iugiter pereuntibus præbetis auxilium, mihi quæso dexteram salutis porrigere dignemini*, & hęc dicens, cessante vento, vndisque decidentibus ad lictus euecti sunt, *Greg. Turon. de glor. Mart. cap. 76.*

6 Quinta vtilitas oritur ex eo, quod Sanctorum reliquiæ contrà infideles in aciem implorate, glorioſam semper victoriam retulerunt. Notissima est historia Constantini, quam ab ipso auditam Eusebius Cæsariẽsis recitat de Labaro in modum crucis conformato, quo vexillo nusquã non victor fuit. gestabãt illud deuoti milites, ac si quando pars aliqua exercitus sui ob hostiles impressiones, inclinare videbatur, eo iubebat labarum deferri, quo quasi metu nouo perculsa hostes, se in fugam dabant.

An-

Anno 1124. Balduino Hieroſolymorum Rege circumuento, captoque, Saraceni ad quadraginta millia cõueniũt, vt Chriſtianos à finibus eorum abijciant; quamobrem Chriſtiani inter anguſtias poſiti, Niniuitarũ exemplo, vtrique ſexui ieiunium indicunt pueris etiam ac lactantibus, vniuerſoque pecori pabula neganr, pugnæ dies indicitur; procedunt Chriſtiani vix ad tria millia. Principes gradiuntur, in fronte ſcilicèt Patriarcha vexillo efferens Crucem Chriſti, Abbas Cluniacenſis præferens lanceam, qua Chriſti latus fuit perfoſſus, Epiſcopus Bethelemites, ferens in pixide de lacte Deiparæ Virginis, Saraceni, quaque effuſi ex omni latere Chriſtianos in orbẽ complectuntur, ne quis euadere poſsit, ſciſſo aere, viſus eſt ſplendor ſuper Saracenos, quo omnium virium robore eneruati, paſsim ſe fugæ dantes cæduntur non ſolum à viris, ſed à fæminis, & pueris: Perierunt in bello ex Saracenis ſeptẽ millia, in aquis verò ſuffocati quinque millia; Chriſtiani autem incolumes omnes rediere, Deo gratias agentes, *Baron. tom. 12. anno 1124. pag. 160.*

7 Hiſpani, Sãcti Iacobi Apoſtoli, cuius cineres poſsident, tutela ſuffulti, aduerſus Catholicæ fidei hoſtes. victoriã reportaſſe, notius eſt, quàm vt probationẽ requirat. Gallorum Reges ad bella procedentes, pallium Beati Martini ſecum portabant, quo ſub quodam tentorio ouabantur, *Gulielm. Durand. Rational. diuin. lib. 2. cap. 10. nu. 8.* Ijdem, quouſque Regni ſui fines ab inuaſoribus defendere curarunt, vexillo Regio ex auro, & purpura contexto, ex altari S. Dionyſij deſumpto, quod flãmulã ſaeram appellant, hoſtes frequentes profligarunt, *Io. Villaneus lib. 12. Papirius Maſſonius annal. lib. 3. pag. 283. Renat. Choppin. de ſacra politia lib. 2. tit. 2. num. 18.* qui omnes ſubdunt tale vexillum ex templo D. Dionyſij educi non cõſueuiſſe, niſi pro ſummis Regis, Regnique neceſſitatibus. Extet ne hodiè hoc vexillum, compertum mihi non eſt, exiſtimant Flandri confractum fuiſſe poſtquam aduerſus eos iniuſto bello pugnatum eſt, ſi credimus *Frãciſco Typeo, in opere. quod ius Pontificium* appellauit, *titu. de reliq. & veneratione Sanctorum in fine.* Franci, atque Burgundi, non alia de cauſa Chriſto nomen dederunt, niſi quod votis Chriſto conceptis, innumeros Alemanſ-

Digitized by Google

mannorum copias profligaſſent, *Euag. lib. 4. cap. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Dæmones Sanctorum reliquijs fugantur.*
2 *Proponuntur argumenta Nouatorum.*
3 *Reſpondetur argumentis, & concluſio probatur, à nu. 3. vſque ad nuu. 16.*
17 *Exorciſmi in Eccleſia probãtur.*

Rurſum probatur vtilitas in colendis Sanctorum reliquijs, ex eo quod Dæmones illarum aſpectu fugantur.

CAP. XXIX.

1 VTilitas in colendis ſacris reliquijs, patet etiam ex eo, quia Dæmones Sanctorum reliquiarũ conſpectu fugantur, nõ ſecus ac audaces latronum Duces, vel impij ſepulchrorũ effoſſores, ſi fortè dum prædas agunt, in arma Imperatoris incurrunt, verba ſunt *D. Chryſoſt. homil. 7. de Macab.* qui hoc idem expreſsit *homil. 66.* ad *populum Antiochenum*, & iterum *in lib. contra Gentil. de vit. Babyle.*

2 Hoc ipſum Nouatores inficiari cum nequeant, aiunt Dæmones reliquias non formidare, ſed timorem, & fugã ſimulare, vt nos alliciant ad reliquiarum cultum, quem ipſi ſuperſtitionem appellant.

3 Hæc Nouatorũ ealumnia, ſimulata ſicuti eſt, ità multiplici animaduerſione cõuellitur. Primò, quia reliquias Sanctorum colere, pium, ac religioſum eſſe, fierique ex Dei voluntate probatum eſt, ſupra cap. 25. ad hæc autem Diabolus, homines non allicit.

4 Secundò ex eiuſdem Dæmonis confeſsione, is enim dum Chriſti torqueretur præſentia. *Veniſti* (inquit) *Chriſte ante tempus, torquere nos, Matth. cap. 8. Marc. cap. 5.* Vide, torquentur Dæmones Chriſti præſentia, non autem timorem, aut fugam ſimulant.

5 Dices, nos non de Chriſti præſentia, ſed de Sanctorum reliquiis loqui: obſerua quæſo, vt ſcias quantum hæc tua reſponſio valeat, Paulus Apoſtolus, Chriſtus non erat, & nihilominus Dæmones eijciebat, *Actuum cap. 16.* eiuſq; ſudaria, & ſemicintia ferebantur ad languidos, & recedebant ab iis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur, *Actuum cap. 19.*

Digitized by Google

6 Tertiò hoc idem ex Domini ſententia probatur *apud Marcum cap.* 16. vbi de Sanctis ſuis loquens, *In nomine* (inquit) *meo Dæmonia eijcient.* Porrò *Dæmones* eiicere, eſt eos inuitos fugare, & procul abigere, nõ autem eos fugam ſimulare.

7 Quartò, ſi Chriſti præſentia Dæmones fugabantur, ergo, & præſentia Sanctorum, & reliquiis ipſorum. Conſequentia probatur, quia Sãcti quidquid faciunt, in nomine Chriſti faciunt, *Marc. cap.* 16. *In nomine meo Dæmonia eijcient, & Act. cap.* 19. *virtutes non modicas quaslibet faciebat Deus per manus Pauli, & cap.* 16. *Præcipio* (inquit) *tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab eo.* Sancti ergo, eorumque reliquiæ nihil de per ſe agunt, ſed conſiderantur tamquam inſtrumenta, quibus mediantibus agit ipſe Chriſtus: quod vltra præfata declarat in caſu non abſimili, *D. Petrus Actuum cap.* 3. dum ſanitatem claudo impenſam, non ſibi, ſed Chriſto totam tribuit.

8 Et hoc idem palpabili ratione conuincitur. ſi Dæmones fugam à conſpectu Sanctarum reliquiarum ſimularent, vt nos ad illarum cultũ, & conſequenter (vt ipſi inquiunt) ad ſuperſtitionem alliceren; equidem hac eadem ratione fugam ſimulare deberent à ſortilegis inuocationibus, ab homicidijs, ira, luxuria cæteriſque peccatis, quæ patrantur in dies, at hoc eſt falſum, quia Dæmon non ſolum peccatis hominum delectatur, ſed etiam homines ad peccandum adducit, ſaltim interius, perſuadendo, & ſugerendo, *D. Thom.* 1. 2. *q.* 80. *ar.* 2. *&* 4. ergo.

9 Demum hæc omnia veriſſima eſſe, manifeſtis rerum euentibus conuincitur. narrat *D. Hieron. in epiſt. ad Euſtochiũ de vita Paulæ*, ad ſepulchra Eliſei, & Io. Baptiſtæ, atque Abdiæ rugire Dęmones conſueniſſe. Babylæ mart. corpus à Conſtantino Magno ad tollendum ſuperſtitionem Daphin. in templum Apollinis illatum, Dæmoni, qui ibi ad homines ludificandos, reſpõſa redebat, ſilentium impoſuit, nec reliquijs inde ſublatis, temploque Apollini Iuliani impietate reſtituto, vocem Apollo recuperare potuit; Sed Deo ſic volẽre templi ædificium fulmine e cœlo dimiſſo, incendio conflagrauit, *Chryſoſtom. in vita Babylæ, Theodoret. lib.* 6. *cap.* 31.

10 Idem ad ſepulchra Sanctorum Martyrum Geruaſij, atq; Prothaſij fieri refert, *D. Ambr.*

in

Digitized by Google

ſim ſerm. de eiſdem Sanctis, idēq; tamquam rem omnibus manifeſtam de Cypriani Martyris ſepulchro ſcriptū reliquit, *S. Greg. Nazianz. orat. 19.*

11 Comes quidam Othonis Imperatoris familiaris, ab immundo ſpiritu vexatus, ità vt ſe ipſum dentibus dilaniaret, vt ſacram Petri cathenam attigit, erumpens, nepharius ſpiritus hominem liberum reliquit, *Vincen. hiſtor. lib. 24. cap. 88.*

12 Pipinus Francorum Rex, cum clericum quendam, cui nomen Brunto erat, à Dæmonis tyrannide cuperet abſolui, cum ad reliquias Maximini Treuirenſis Epiſcopi, miſit, qui vt limen Eccleſiæ eſt ingreſſus à Dæmonis vexatione manſit immunis, *Surius tom. 3. in vita Maximini Epiſcopi.*

13 Scimus, mortem SS. Ioannis, & Pauli ab immundis ſpiritibus, qui multo retro corpora diuexabant, peruulgatā, *Baronius in Martyrolog. die 26. Iulij.*

14 Scribit *D. Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 22. cap. 8.* ſe Mediolani domum vidiſſe à Dæmone infeſtatam, ſuſpenſoque in illa globo terræ ſanctæ, fuiſſe à Dæmonum infeſtatione liberatam.

15 Cum Sancta Genouefa reliquias Sancti Martini viſitaret, Dæmones clamabant, ſe gemino incēdio torqueri, nimirum, quia nec Sancti viri reliquias, nec Sanctæ Virginis præſentiam ferre poterant, *Sur. tom. 1.*

16 Anno 836. corpus Sancti Liberij Epiſcopi Cenomatēſis, à ſepulchro cum leuaretur, vt Baldebanum illud trāſferrent Diaconus, quem multis annis Diabolus torſerat, liberatus extitit; in itinere verò cum mulier obſeſſa ad eiuſdē ſacra pignora adduceretur, cæpit horrendum in modum Dæmon rugire, ſibilare, atq; alias ferarum beſtiarum voces edere: mox verò vi feretrum attigit mulierem liberam relinquere coactus eſt, *Surius tom. 4.*

Longi eſſet laboris omnes caſus referre, in quibus Dæmones obſeſſa corpora Sanctarum reliquiarum ope relinquere coacti ſunt, plures congerit *Thyræus de Dæmoniacis, cap. 26. & 43.* & iterum do *locis infeſt. cap. 67.*

17 Ex his planè liquet, ritum Eccleſiæ exorcizandi energumenos per vſum ſanctarū reliquiarum, legitimum, ac pium eſſe, quidquid in contrarium fremant Nouatores, *D. Ambroſ. ſerm. 27. Greg. Turon. de gloriâ Martyr. lib. 2. cap. 45.*

Digitized by Google

Io. Giben. in disputatione de Sanctis ex nu. 319. Thireus de Demoniac. cap. 26. & 43. & item de locis infest. cap. 677. Torrebl. ca de Magia lib. 2. cap. 53. num. 32. Eman. de Valle de invent. sect. 2. cap. 1. num. 17.

SVMMARIVM.

3 *Adorationis quot sunt species.*
2 *Latria quæ dicatur.*
3 *Dulia quæ dicitur.*
4 *Hiperdulia, quæ dicitur.*
5 *Cultus qualis habendus reliquiis Christi, & Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, nu. 6. 7 & 8.*
9 *Honor maior defertur, quam liberis, & servis.*
10 *Reliquiæ probatæ debent venerari simpliciter absque conditione.*

Qualis cultus debeatur Sanctorum reliquiis.

CAP. XXX.

1 ADorationis tres sunt species, quas ex Græco vocabulo Latriã, Duliam, & Hiperduliam nũcupamus, *D. Thom.* quem cæteri communi suffragio probant 2. 2 *quæst. 84. art. 1.*

2 Latria est adoratio illa, quæ soli Deo debetur, magno cum timore, atq; tremore, inxta illud *Psal. 2. Servite Dño in timore, & exultate ei cum tremore*, & talis cultus nulli alii creaturæ debetur. *Matth. 4. Dñum Deum tuum adorabis, & illi soli servies, Steph. Durant. de ritibus Ecclesiasticis lib. 1. cap. 36. post D. Thom. loc. cit. & quæst. 103. art. 3. & 4. & par. 3. quæst. 25. art. 3. in solut.*

3 Dulia est adoratio illa, quæ competit creaturis, in reverentiæ exhibitione, quæ propterea non requirit timorem, & tremorem: & ista debetur Sanctis, atque Pastoribus. *Aug. serm. 7 tom. 10.* tunc vero reddimus Cæsari debitum suum, quando Duliam Prælatis nostris reddimus. Hæc etiam Dulia consistit in reverentiæ exhibitione, & dilectione. Hoc autem facere debemus non solum Pastoribus, sed etiam Sanctis Dei, & tunc reddimus per obedientiam, quæ sunt Cæsaris Cæsari, sed tunc reddimus, quæ sunt Dei, Deo, quando in latria perseveramus.

4 Hiperdulia competit creaturis cum Deo affinitatem, & coniunctionem habentibus, & hæc est potissima species Dulie. *D. Thom. 2. 2. q. 103. art. 4. ad 2. & par. 3. quæst. 25. art. 5. in corpore.*

His

Digitized by Google

5 His ità præliba tis, dũ quæritur, qualis cultus Sanctorũ reliquijs debeatur, tres sunt considerandi casus. Primus, si quæramus de reliquijs corporis D.N. Iesu Christi, & istis quidẽ debetur cultus latriæ, quia humanitati Christi debetur idem honor, qui & diuinitati, non propter ipsam humanitatem, sed propter vnitum secundum hypostasim Verbum Dei, *D. Thom. in 3. parte quæst. 25. artic. 2. in solut.*

6 Hoc idem est dicendum de vestibus, cruce, corona, clauis, & alijs passionis instrumentis, quæ Christi corpus tetigerunt, quia eis debetur idem cultus, qui debetur eo ipsi, *D. Thom. loc. cit. & art. 4. in solut.*

7 Secundus est casus, si loquamur de reliquijs corporis Deiparæ Virginis, seù de vestibus, vel alijs rebus, quæ eius sanctum corpus tetigerunt; & istis nõ debetur cultus Latriæ, quia talis cultus nulli puræ creaturæ debetur, sed debetur cultus Dulię eminentius tamen, quã cæteris creaturis in quantum ipsa est Mater Dei, & ideò dicitur, quòd debetur ei non qualiscunque Dulia, sed Hiperdulia, *D. Thom. loc. cit. art. 3. in solut.*

8 Tertius est casus, si loquamur de reliquijs cæterorum sanctorum, & istis debetur cultus Dulię, eos namque veneramur, non propter ipsas, sed propter eum, cuius sunt serui, *D. Thom. loc. cit. art. 6. ad primum*

9 Simili quadam obseruantia veneramur homines, nam; & patremfamilias in liberis, & seruis veneramur, magis tamẽ ipsum patrem familias, quàm liberos, & magis coniunctos, quàm seruos, *l. 1. ff. de iniur.* In persona etiam defuncti venerator is, ad cuius dignitatem spectat memoria defuncti, *d. l. 1. §. Et si ferè, §. seruari, Inst. quibus ex causis manum. non licet.*

10 Cæterum, vbi reliquiæ sũt legitimè probatæ, debent venerari simpliciter absque vlteriori explicita, quia cum hoc fiat à Prælatis adhibita matura causæ cognitione, est inducta constitutio talis, vt in rebus humanis maior quærenda non sit, vt benè scribit *Suarez in 3. par. disput. 55. sect. 2. vers. sed quæret, Ioh. Bapt. Signius in tract. de reliq. cap. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ diligentia fuit adhibita à maioribus pro reliquiarũ certitudine.*

Repre-

Reprehenduntur aliqui, qui cultum adhibebant reliquijs nondum approbatis, nu. 2. & 3.

Quæ requirantur vt reliquijs cultus adhiberi possit, à nu. 4. vsque ad finem.

Quæ probatio requiratur ad effectum, vt reliquiæ, certæ reddantur.

CAP. XXXI.

1 MAgna quidem semper fuit à maioribus nostris adhibita diligentia, ne quid in sacris admitteretur adulterinū, quodq; illorum tantum reliquiæ colerentur, quos Sanctos Ecclesia probasset, adeò vt antè Ecclesiæ probationem ad veneracionem neque sufficeret, si fidei causa videretur interfectus. *cap. 1. & 2. de malad. Concil. Carthag. 5. can. 14. & legitur apud D. Greg. lib. 12. cap. 9.*

4 Refert Optatus Mileuetanus, Lucillam fœminam formosissimam, Donatistarum Patronam à Cecilliano Archidiacono fuisse reprehensam; propterea quod reliquijs cuiusdam hominis extincti, sed nondum ab Ecclesia inter Martyres ascripti cultum exhiberet; id, quod olim receptū etiam persequutionis instaure procella, ex alijs refert *Ron. Bar. tom. 1. anno 56.* Hinc apud *D. August. de opere Monach. cap. 28* 3 notati sunt circulatores quidam Monachi, qui quæstus causa distrahebant reliquias quasdam, quas dicebant esse Martyrum; & apud *D. Gregorium* deprehensi sunt quidam Græci, qui simile scelus patrarunt, *lib. 3 epist. 3. Anno Domini* 027. quidam ignoti nominis, & patriæ, impostor, & nundinator reliquiarum deprehenditur, *Baron. eodem anno tom. 11. pag. 90. & 91.* 2

Vt ergo reliquijs cultum adhibere possimus, duo copulatiuè requiruntur, Primum, quod is cuius reliquiæ esse asseruntur sit sanctus. Secundò, vt probetur, esse eius, cuius esse asseruntur.

4 Primum probatur, vel per explicitam Papæ canonizationem. *cap. 1.* vbi notant omnes *de reliq. & veneratione Sanctorum cap. 2. §. inuentas, eodem tit. cap. venerabilis 52. de testibus*, vel ex vniuersali Ecclesiæ consensu, qui equipollet canonizationi, *Host. in d. cap. 1. num. 8. & ibi Ioan. And. num. 6. & iterum Host. in d. cap. 2. num. 9. Suarez in par. 3. tom. 1. quæst. 25. art. 6. dispu. 55. sect. 2. vers. sed quæret., Sanchez ad præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43. nu. 11. Casmas Filiard.* 3

de

de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3 cap. 9. ad finem, Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 8. Fagundez ad præcept. Ecclesię par. 5. lib. 1. cap. 9. nu. 3.

5 Secundum probatur ex legitimis probationibus, inter quas recensentur infrascriptę. Prima si probetur per legitimos testes, reliquias esse eius, qui Sanctorum albo est ascriptus, vel ab Ecclesia Sanctus habetur, *d. cap. venerabili de testib.*

6 Secunda si simul cum corpore reperiatur ãuthentica scriptura testans, illud esse alicuius Sancti, *Host. in d. cap. 2. num. 6. de reliq. & venerat. Sãct.* quod procedit, siuè scriptura reperiatur in membranis, siuè in silice sculpta, *l. unica C. nemini licere signum salvat.*

7 Tertia, si constat ab antiquo tempore esse vti tales veneratas, *cap. 2. § in posterum de reliq. & veneration. Sanctorum cap. placuit de consecrat. dist. 1. D. Greg. tom. 9. lib. 12.* Hoc idẽ est dicendum, si ostendatur Bulla Apostolica, seu testimonium Episcopi, in cuius Diœcesi reliquiæ reperiuntur, *Sãchez ad percept. Decalogi lib. 2. cap. 43. nu. 18.*

8 Quarta, si probetur, reliquias miraculis claruisse, vel clarere clarissima est probatio esse sanctas, *D. Greg. lib. 12. tom. 9.* quem sequitur *Baronius tom. 1. anno 55 circa finem.*

9 Inter miracula, computamus, Si reliquiæ suauem odorem efflauerint, prout in repetitione corporum S. Stephani, & sociorum contingisse, scribit *Lucianus.*

9 Odor sanctarum reliquiarum, neque odori florum similis est, neque illi, qui ab vnguentarijs magna diligentia conficiuntur; sed peregrinus, omnem suauitatem superans, adeo, vt non immeritò Ecclesia cantet. *Sicut odor balsami erunt ante te.*

10 Quinta, si reperiantur signa concludentia martyrium susceptum pro Christo, quod antiqui Christianæ fidei cultores significare solebant per literam hoc modo exaratam, P. quæ pro Christo interpretatur, vel per alia instrumenta, quibus Christianæ fidei persecutores ad id vti solebãt, cuiusmodi sunt forbices, gladij, & alia huius generis.

11 Palma quamuis Martyribus tribui soleat ad significandam victoriam, quam ex hoste in cœlum reportarunt, si sola sit, non concludit martyrium; nam cum etiam Virginibus ascribi soleat in honorem virginitatis, equidem nõ magis probat fuisse Martyrẽ, quàm

Digitized by Google

quàm mulierem in ſola virginitate defunctam, *argum.cap. in preſentia de probatio. l, neque Natales, C.eod. tit. l. non hoc C. vnde legit.* ideo niſi aliis adminiculis fulciatur Martyriũ ſignificantibus ad illud probandum minime prodeſt.

12 Ex loco, in quo corpora reperiuntur, ità demum probatur martyrium, aut ſanctitas, quatenus probetur in eo Martyres tantum pro Chriſto paſſos, aut Sãctos fuiſſe ſepultos, alias ſi ſimul cum martyribus, aut Sanctis conſueuerint ſepeliri alij, propter eorũ deuotionem, prout jn Cimiterijs Martyrum olim factum eſt, probatio reſultaret equiuoca, & conſequenter non concludens ex alleg. Prædicta declarantur, vt procedant ad effectum, vt reliquię exponi poſſint, illiſque dari poſsit, publicus cultus; cæterum, ſi agatur tãtum de cultu priuato, ſufficeret atteſtatio vnius viri pij, & fide digni, *Azor. d. tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæſt. 8. Sanchez cap. 43. nu. 13.*

SVMMARIVM.

1 *In Concilio Cæſarauguſtano, reliquiæ, quę inuentę ſunt in templis Arrianorum, igne probatę ſunt.*

2 *Plurimorum Sanctorum reliquię in ignem proiectę, & in puluerem redactę.*

3 *Reliquię aliorum Sanctorum in ignem proiectę, & illeſę ſeruatæ.*

4 *Huius differentię ratio.*

Ignis experimentum, ſitne legitima probatio reliquiarum,

CAP. XXXII.

1 IN Concilio Cæſarauguſtano, celebrato anno 592: decretum eſt, vt reliquiæ; quæ in Arrianorum Templis inuentæ ſunt, igne probarentur, ac tum demum legitimæ cẽſerentur, cum ab incendio illeſæ perſiſterent. Ego quantum animaduertere potui, impiorum perſecutione vigẽte, ſinit plerumque Deus, reliquias Sanctorum ab improbis conculcari, igni

2 tradi, & in puluerem redigi: legimus ſiquidem reliquias S. Ioannis Baptiſtæ in ignẽ proiectas, *Ruffin. lib. 8. cap. 28.* & complurium Sanctorum reliquias vigente perſecutione Conſtantini Copronimi exuſtas fuiſſe, *Baron. tom. 9. anno 771. in princ.* à Samaritanis capſas Sanctorum fractas, & in ignem miſſas fuiſſe, refert *Cirill. in vita Sabę apud Surium tom. 6. die 5. Decembris.*

3 Aequè tamen legimus reliquias

liquias à Catholicis piè cultas, à flammis, atq; ruinis pluries fuisse diuina virtute seruatas. Sudarium quo caput Domini fuit inuolutum in sepulchro illesum ab incendio remansisse, scriptum reliquit *Beda de locis Sãctis, cap. 5.* Item sanctissimã Sindonem illam, quæ corpus Domini vnguẽto delibutã velut operimẽtum, & stratum posita fuit, quæque hodie asseruatur in Ecclesia Taurinensi, à flammis inractam remansisse, *probat Paleot. in luculento opere, quod desuper edidit.* Reliquias Sanctorum Andreę Apostoli, & Saturnini Martyris, diuina ope fuisse ab incendio substractas, testatur *Gregorius Turonensis de gloria Mart. cap. 31.* Neocesaria maxima parte terremotu prolapsa, domus Gregorij mirabilium patratoris, seruata est, *Theodoret. collect. lib. 2. propè finem.*

4 Differentiæ rationem si quis à me roget, responderi posse puto, quod sicuti qui Sãctorum vitas ab impiorum contumelijs excipere noluit, eorum etiam reliquias ab eorum impietate non exemit, fortasse, quia cum nostra plurimum interfit sacra pignora in terris venerari, contẽptores illorum eo ipso per iniuriam tanto beneficio reddũtur indigni, ijdemque Sancti, (Deo sic iubente) recedunt, excusso pedum puluere, vt olim faciebant Apostoli, ne quid penitus apud eos remaneret: in quo vel ipsi Sancti contemni possint, ac proinde sacra pignora apud pios cultores Deus ab incendio, & ruinis exemit; apud impios verò interire permittit.

Hæc scribere voluimus, vt planè innotescat, quod vbi reliquiæ ab igne seruantũr, colentium pietas probatur, vbi verò absumuntur impiorum contemptus condemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus recognoscere, & approbare potest reliquias Sancti canonizati.*

2 *Episcopus potest facere hanc approbationem, etiam in aliena Diœcesi constitutus.*

3 *Episcopus non debet aliud inquirere, quando reliquiæ semel sunt approbatę, vel per Bullã Apostolicam, vel per testimonium Episcopi, à cuius Diœcesi asportantur.*

4 *Hæc facultas non competit Ordinario inferiori Episcopo.*

Episcopus an possit approbare reliquias Sancti non canonizati, nu. 5. & 6.

Digitized by Google

De facultate Epiſcoporum in reliquijs probandis, & an poſſint probari extra Diæceſim, & an talis facultas competat Ordinario inferiori.

CAP. XXXIII.

1 SI quærimus de reliquijs Sancti canonizati, licitũ eſt Epiſcopo eas recognoſcere, & probare, ità docemur *ex cap. 2. de reliq. & vener. Sanctorum*, ibique *Doctores communiter Saar. in 3. par. tom. 1. quæſt. 28. art. 6. diſp. 15. ſect. 2. verſ. ſed quæret, Azor. moral. Inſt. tom. 1. lib. 9. cap. 8. q. 8.* quod procedit etiam ſi de nouo ſint inuentæ, *d. c. 2. §. inuentas, Sanchez ad præcep. Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 43. nu. 10. Graff. deciſ. lib. 2. Capic. num. 9. par. 2. Barboſ. in tract. de Epiſcopo par 3. alleg 97. nu. 13.*

2 Quinimò approbationem huiuſmodi facere poteſt Epiſcopus, etiam conſtitutus in aliena Diœceſi, nec requiſita licẽtia Epiſcopi in cuius Diœceſi reperitur, quia in tali caſu exercetur iuriſdictio voluntaria citra cõtentionem, vt pluribus probat *Sãchez d. cap. 43. nu. 14. circa finem, verſ. poteſtque Epiſcopus.*

3 Et vbi reliquiæ ſemel ſunt legitimè approbatæ, vel per Bullam Apoſtolicam, vel teſtimonio Epiſcopi illius Diœceſis, à qua aſportantur, illa ſola ſufficit nec Epiſcopus, ad cuius Diœceſim transferũtur, debet aliud inquirere, ſed ſufficit, quòd coram ipſo iuſtificetur reliquias eſſe illas, quæ in literis Apoſtolicis, vel in teſtimonio Epiſcopi approbantis continentur; In qua recognitione, Epiſcopus non tenetur conſilium Theologorum, aliorumque piorum hominum adhibere, *Sanchez loc. cit. nu. 1. 8*

4 Dixi prædictam poteſtatẽ competere Epiſcopo, non autem Ordinario inferiori, quia Concilium in hac facultate concedenda non loquitur de Ordinario, ſed de Epiſcopo, quo caſu non comprehendit inferiorem Ordinarium, vt in ſpecie concludunt *Marc. Antonin. var. reſol. lib. 1. caſu 42. reſol. vle. Barboſ. in tract. de Epiſcopo alleg. 97. num. 9.*

5 Si verò quærimus de reliquiis Sancti non canonizati, certum eſt, quod inſpecta diſpoſitione iuris communis, Epiſcopus eas approbare non poteſt, vt ex *tex. in d. cap. 1. de reliq. & veneral. Sanctorum*, & fatentur omnes *Doctores* hactenus allegati.

6 Dubitari contingit, an ſal-

tim

Digitized by Google

tim hoc Episcopis liceat vigore *S. C. Tridentinum sess. 25. in princip.* Estque ratio dubitandi, quia Concilium dũ dat eis Episcopis facultatem approbandi reliquias de nouo inuentas, debet intelligi de reliquiis Sancti non canonizati, alias concessio nihil operaretur, quia facultas probãdi reliquias Sancti canonizati iam competebat Episcopis vigore iuris communis, *ex d. cap. 2. de reliq. & venerat. Sanctorum.*

Quo non obstante, quod neque vigore Concilij, liceat Episcopis probare reliquias Sancti non canonizati, concludunt & rectè *Suarez in 3. par. tom. 1. quæst. 25. art. 6. disput. 55. art. 1. in fin. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæst. 8. Regin. in praxi pœnit. lib. 19. nu. 6. in fine, Sayr. in claui reg. lib. 4. cap. 7. nu. 4. uers. & qui, Roder. regula. quæst. tom. 3. quæst. 55. art. 1. in fine, Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 10. Eman. Valle de Ensalm. sect. 2. cap. 3. num. 34. Barbos. de Episcopo par. 3. alleg. 97. num. 10.* qui omnes concludunt, quòd *Sacrum Trident. Concil.* non tribuit Episcopis maiorem potestatem, quam habeant de iure, sed præscribit formam seruandam in probandis reliquiis Sancti canonizati, no uiter inuentis; & hæc quidem opinio ea ratione mihi probatur, quòd cum Episcopis sit interdictum canonizare Sanctum, *d. cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum*, vtique in consequentiam necessariam debet censeri interdicta facultas probandi reliquias, cũ illi nequeant venerari antequam constet de canonizatione, *d. cap. 1. & 2. eodem tit. de reliq. & venerat. Sanctor.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in probandis reliquijs tenetur adhibere consilium Theologorum, licet non teneatur sequi. & nu. 2.*

3 *Vbi requiritur sententia Concilij, vota sunt ferenda simul, non autem seorsum.*

4 *Reliquiæ semel probatæ ab vno Episcopo, si alibi sunt transferendæ, non debent ab alio approbari.*

An in approbatione reliquiarum teneatur Episcopus adhibere cõsilium Theologorum, et aliorum piorum virorum, ità vt iis non adhibitis, probatio sit nulla.

Digitized by Google

CAP. XXXIV.

1 CVm ex deductis in præcedēti capite pateat, quòd *Sacr. Tridentin. Concilium sess. 25. de reform. in princ.* nullam de nouo concedit facultatem, præter eam, quæ illis competit de iure, sed præscribit tantummodo formam in recognitione seruandam, in qua præcipuè continetur, vt debeat Theologorū, & aliorum pijorum virorum consilium adhibere; inde cōsequenter resultat, vt si adhibiti Theologi, vel pij viri non sint, probatio sit nulla, *glos. in l. 1. §. plures. verb. imputabit de exercit. art. & ibi Bar. & Castr. Felin. in cap. ex part. in princ. de const.* plenè *Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 9. numer. 159.* Verum est, quod audita sententia Consultorum, 2 aliorumque virorum piorum ad hoc adhibitorum, resolutio spectat ad solum Episcopum, & quod ipse decernit est validū, non obstante, quod vota essent in contrarium, ex regula, quòd vbi quis tenetur adhibere alicuius consilium, non tenetur illud sequi, neq; is, qui consilium dare debet, habet votum decisiuum, *l. cum pater §. mando ff. de legat. 2. cum alijs per Menoch. cons. 69. nu. 1, 7. & 18.* atque ità in specie tenet *Sanchez ad præcept. decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43. nu. 15.*

3 Diuersum est omninò dicendum, si negotium agatur in Concilio prouinciali, tunc enim, quia decretū *Sac. Concil.* præcipit, vt Eps sententiā Cōcilij Prouincialis expectet, quilibet Episcopus simul cū Metropolitano habebit suum suffragium decisiuum, adeo vt quod à maiori eorum parte factum est, ab ipso Concilio factum dicatur, *cap. Apostolica 56. dist. c. cum inter Canonicos de elect. l. qđ maior, ff. de municipal.* Quinimò nec satis esset si Metropolitanus simul cum aliis Episcopis sentētiam ferrent seorsum, quia vbi requiritur sententia Concilij, vel communitatis, oportet, quòd suffragia simul in vnum ferātur, alias non diceretur sententia Concilij, sed singulorū *l. aliud §. refertur, verb. publicè ff. de regu. iur. cap. in genesi de elect. & ibi glos. in verb. publicè, Bart. in l. omnes populi num. 18. cum seq. ff. de iust. & iur.* in specie tradit *Sanchez loc. cit. n. 16.*

4 Cæterùm, vbi reliquiæ sunt ab vno Episcopo probatæ, si alibi transferantur, sufficit, quod Episcopus, in cuius Diœcesi transferuntur, simpliciter cognoscat esse eas, quæ translatæ sunt, ad hoc, vt publi-

Digitized by Google

publicè venerari possint, *Sánchez d. cap. 43. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *D. Gregorius legatos misit ad Vngariæ Regem, vt reliquiæ decenter seruarentur.*
2 *Reliquiæ debent seruari in Ecclesijs, non intra septa Monasterij, nu. 3.*
4 *S. Athanasius, vt Aegyptiorum absurdum sepeliendi morem abrogaret, reliquias Sanctorũ terræ condidit.*
5 *Reliquiæ sepultæ, vel absconditæ debent in tabella describi.*
6 *Reliquiæ in techis, & vasculis quomodo seruandæ.*
7 *In locis publicis voluptatibus destinatis non debent asseruari reliquiæ.*
8 *Episcopo spectat decernere vbi reliquiæ sint colligendæ.*

Reliquiæ Sanctorum, vbi, & quomodo debeant asseruari.

CAP. XXXV.

1 INter præcipuas Ecclesiæ Catholicæ curas ea sèmper fuit, vt Sanctorum reliquiæ decenter asseruarentur. hanc vnam ob causam D. Gregor. ad Ladislaum Vngariæ Regem legatos misit, vt reliquiæ magna cum diligentia perquisitæ, decentius reconderentur, impentioriq; deinceps honore, ac frequentia colerentur, *idem lib. 6. epist. 5. 6. & 10.*

V Debent ergo in solis Ecclesijs collocari, *l. decernimus*, vbi notant omnes, *C. de episc. & cler.* nec in quibuslibet Ecclesiis, sed in illis, in quibus sunt clerici; qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur, vt cautum est *in Concilio Eupanensi, can. 25.*

3 In Ecclesijs inquam exterioribus, nó autem apud Moniales intra septa Monasterij, vt in facti contingentia interrogata respondit *Sacra Congregatio super negotijs Episcoporum & regularium sub die 7. Martij 1617.*

4 Licet autem D. Athanasius, vt absurdum Aegyptiorum morem abrogaret, quo mortuos suos non sub terra condebãt; sed in lectulis, & simpodijs collocabant, reliquias Sanctorum sub terra condere consueuisset, antiquus tamen Ecclesiæ vsus obtinuit, vt altaria sepulchra Martyrum essent, membraque præcipua foris relinquerentur, certis diebus cunctis perspicua, & adoranda, *Baron. tom. 4. anno 372. pag. 332. sub lit. E. & anno 389. pag. 602. lit. E.*

Quod

Digitized by Google

5 Quod ſi ſepulcræ ſint, aut alias abſconditæ, vt videri non poſſint, apponi debet inſcriptio, per quam reliquiarũ nomina ſignificentur. Si verò videri poſſunt, debent eſſe incluſæ in thecis aureis,
6 vel argenteis, aut eburneis, aut ſaltim in auricalco, vel ligno auro, vel argento illito, alijsq; decentibus. Thecæ demũ, vel vaſa reponi debẽt in armario, ſi fieri põt, muro inſerto, alias in ligno decenter fabricato; pannoque ſerico circumuectito, à quo abſit humiditas, & immunditia, in eoq; nil aliud reponatur. Sit etiam locus ſufficienti clauſura munitus, & claues ſeruentur penes Eccleſiæ Theſaurarium, ſiue aliã perſonam in ſacris conſtitutam, ad id deputandam, *cap. 1. & 2. de cuſtod. Euchar.*

In tabernaculo vbi Sãctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur: quamuis amplũ ſit, & ſpatioſum, reliquiæ nihilominus Sãctorum reponi non debent, etenim cum Sacramento latria, reliquijs verò dulia debeatur, *Diuus Thom. in 3. par. quæſt. 25. art. 3. & 6.* Si in eodem tabernaculo cuſtodirentur idem cultus vtriſque dari videretur, quod quidem eſſet inconueniens, cum diuerſus cultus Principi, eiuſq; ſeruis debeatur, *l. 5. ff. de iniur.*

A Magnatibus ſi poſſideãtur, cuſtodiantur in ſacellis, in loculis decenter ornatis.

7 In locis publicis voluptatibus deputatis, reliquiæ nulla debent ratione collocari, aut aſportari iuxta Religioſã Leonis Imperatoris Conſtitutionem, de qua in *l. decernimus 16. C. de epiſc. & cler.*

8 Cæterum, vbi de collocandis ſacris reliquiis agitur, nihil niſi conſulto Epiſcopo agendum, *d. l. decernimus §. cum enim religioſè, Concil. Trid. ſeſſ. 25. in princ.* Ante reliquiarum ſepulchra lampas iugiter lucere debet, cum ad ſignificãdum Sanctorum exempla lucem eſſe ad externam lucem nos dirigentia, tum etiam quia communicant nobis, vt lux bona ſua.

SVMMARIVM.

1 *Inſignes reliquiæ quę dicantur.*
2 *Reliquiæ ſiue magnæ, ſiue exiguæ, omnes debent venerari.*
3 *Reliquiæ inſignes ab exiguis in quo differant.*

Inſignes reliquiæ quæ dicantur, et in quibus diſtinguantur ab exiguis.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXVI.

1 INsignis reliquia dicitur, quandoque ratione integritatis, quandoq; quantitatis, quandoque qualitatis, & actionis. integritatis ratione dicitur insignis, corpus, caput, brachium, crus, aut illa pars corporis in qua passus est Martyr, modò integra sit, & non parua, vt declarauit *Sacr. Rituum Congregatio die 8. Aprilis 1628.*

2 Ratione quantitatis dicitur reliquia insignis, frustrum ossis magnum, veluti pars considerabilis capitis, cruris, brachij, atque similia; item digitus, vel costa, *Ioan. Baptista Signius de reliq. cap. 48.* vbi quod procedit, etiam si membrum sit exustum, & in cinerem redactum, quia nihilominus dicitur insignis respectu quantitatis.

3 Ratione qualitatis, inspicitur in primis excellentia personæ, nempè Christi, & Deiparæ Virginis; deinde reliquorum, seruata eorum prærogatiua. respectu verò actionis, insignes reliquiæ sunt instrumenta passionis Christi, & Martyrum, vbi integra sūt, *Signius loc. cit.* omnes siuè insignes sint, siuè exiguæ, dignissimæ sunt, eamdemque vim habent, quam corpus integrū, vt scribit *Theodoretus lib. 8. de Martyribus.*

Id, quod etiam egregiè docuit *S. Gregorius Nazianzenus in oratione 1. ad Iulianum*, his verbis. *Martyrum corpora idem possunt, quod animę, siuè manibus contrectentur, siuè honorentur, querū vel solus sanguinis guttę, atq; exigua passionis signa, idem possunt, quod corpora.* hoc etiam plenius idem explicauit *Iambic. 18. de virtute* his versibus.

Veneration tanquā magnę
est veritas
Exiguus etiam puluis vt uel
ossium
Particula veterumq; piam,
aūt Paulum comę
Veste sua sparsi, aut sangūinis quidam note
Cultum parem habent, atq;
corpus integrum
Locisque nomen Martyris loco integri
Habuisse prorsus vim parem
(ô miraculum)
Meminisse num, vel Martyrum solum vt reorum
Affert salutem.

Quem locum latius explicans *Elias Cretensis*, Sic ait. *Quorum sola etiam corpora disiunctis animis tot, ac tanta operantur, quot, & quanta animę. Nam ijs, quod ipsa contingunt, aut honore prosequuntur vberri-*

ma

ma beneficia, & ſanitates profundunt, quod autem corpora dico? paucæ ſanguinis guttę, & exigui panni Martyrum cruore ſanctificati, parē eo poribus vim, ac facultatem habent.

D. Gaudētius Epiſcopus Brixienſis in dedicatione Baſilicę quadragtnta Martyrum ſic loquitur. *Hinc eos Eccleſia Cęſarienſis exultat, & noſtra fraternitas non immeritò gloriatur, reſeruatum ſibi prouidentia Dei ſaluiare munus, intelligens, portionem reliquiarum ſumpſimus, & nihil nos minus poſsidere confidimus, dum totos quadraginta in vuis fauillis honorantes amplectimur. ſicut illa in Euangelio, Fidelis mulier, quæ per fimbriam Chriſti ſanata eſt, oram tenuit veſtimenti, & virtutem diuinitatis exegit, tactu fimbriæ, itaq; pars ipſa, quam meruimus plenitudo eſt.*

Et poſt aliqua. *Cum igitur eamdem virtutem in exigua parte reliquiarum Martyris, quæ in toto ſic corpore in eſſe experimento ipſe teſtetur, inde euenit, vt corpus vnius, eiuſdemque Martyris in plures interdū partes diuidi ſolet, atque in diuerſis altaribus recondi, quæ ſepulchra ſunt Martyrum, & cum eadem miracula ſint operata, vnuſquiſque corpus eiuſdem Martyris habere dicatur, tolerabilis profectò error, cui non hominum impoſtura, ſed exuberans diuina largitas præbuit occaſionem.* In hanc rem refert *Baron.* hiſtoriam valdè accommodatam, quam videre poteris, ſi libuerit *tom. 12. anno 1103. pag. 33. lit. A.*

In hoc tantum differunt reliquiæ inſignes ab exiguis, quod de inſignibus poteſt fieri officium, & celebrari feſtū, quod non poteſt fieri de exignis, vt reſpondit *Sacra Congreg. Rituum loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Ambiguitas in reliquijs triplex.*
2 *Reliquiæ dubiæ quando poſſunt venerari, & num. 3. 4. 5: & 6.*
6 *Vbi duo concurrunt æqualiter, attenditur dignior.*
7 *Reliquiæ cōſiſtentes in lacte quando ſunt dubiæ, quid agendum?*

De Reliquiis dubiis.

CAP: XXXVII.

1 AMbiguitas in reliquiis tripliciter oriri poteſt. Primo ſi dubitetur, ſi ſint Sanctorum reliquiæ. Secundò, quando reliquiæ Sancti ſunt præmiſtæ cū aliis, quæ nō ſunt Sancti. Tertiò, quando ſunt plures Sācti, eiuſdem nominis. & ignoratur

Digitized by Google

tur cuius reliquiæ sint.

2 Quantum ad primam speciem ambiguitatis, vbi dubitatur an reliquiæ sint, vel non sint alicuius Sancti, dubio procul venerari non possunt, propterea quod ad istum effectum requiritur certitudo, quòd sint alicuius Sancti, *cap. placuit de consecrat dist. 1. cap. 1. de reliq, & venerat. Sanctor. lib. 6. Suar. in 3. par. disp. 55. sect. 2. vers. quando verò res est dubia, Sanch. ad præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vlt. nnm. 19. Facundez ad præcep. a Ecclesiæ par. 1. lib. 1. cap. 10. Tolosan. Sintag. lib. 2. cap. 12. sub nu. 1. vers. sed prius oportet, Emmanuel à Valle de incantat. & ensal. sect. 2. cap. 16. nu. 5.*

3 Quod si adsint aliqua indicia, ex quibus suspicetur esse posse alicuius Sancti, tunc nō debent conculcari, sed seruari in loco decenti, quousque Deus veritatem illarum explicare dignetur, *Suarez, & Sanchez locis cit.*

4 Consueuerunt quandoque reliquiæ dubiæ collocari ad ornatum alicuius Crucis, ita vt pars videantur, & ornamētum illius, quo casu adoratio fertur ad crucem, *l. & si non sunt 21. §. perueniamus, vbi Bar. ff. de auro, & argento legat.* per quem sic in proposito tradūt *Sanchez loc. cit. nu. 17. Gauat. in manual. Episcop. tit. de reliq. n. 10.*

5 Quòad secundam speciem ambiguitatis, nonnulli sunt considerandi casus. Primus si reliquiæ Sancti possunt separari a reliquijs non sancti, tūc debent separari, *cap. sacris de sepult.* Sic Iosue delubra idolorum auertens, ossa Sancti Prophetæ separauit ab ossibus falsorum Prophetarum, *Regum lib. 4. cap. 23.*

6 Secundus est casus, quando separari nequeunt, & reliquiæ consistunt in ossibus, vel alia materia solida, & tunc dicendum videtur omnes esse venerādas, quia cum propter soliditatem substantia vnius non transeat in substantiam alterius, omnes manēt in substantia propria, *l. adeo 7. §. videtur tamen ff. de acquir. rerum dominio, l. vsufructuarium 68. §. commodissimè ff. de vsufr. §. si duorum, Instit. de rerum diuis.* & consequenter fauor Sanctorū prævalet. *d. cap. sacris.*

Contrarium censuit *Sanch. loc. cit. nu. 12.* cuius opinio mihi probanda videtur, propterea quod ad effectum, vt reliquiæ possint venerari, requiritur certitudo moralis, vt dictum est supra, *hoc cap. in princ.* quæ quidem cessat in dubijs, *l. ille, aut ille §. cum in verbis, & l. non aliter ff. de legat. 3.*

Nec obstat *text. in d. cap. sacris*, quia procedit in materia

Digitized by Google

sepulturę, in qua consideratur tantum præceptum Ecclesiæ non communicandi cum excommunicatis, quod stante dubietate cessat, at in veneratione reliquiarũ consideratur timor idolatriæ, in qua tutius est à veneratione abstinere, quàm non adorandum venerari, vt probat *text. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum*, & docemur exemplo plurium particularium, quarum consacrátæ non possunt discerni à consacratis, quo casu nulla dicitur consacrata.

Non obstat *tex. in cap. quod in dubijs de consecrat. Eccles. vel altar.* quia procedit in liquoribus, quorũ substantia vnius transit in substãtiam alterius, vt infra dicetur.

Fateor tales reliquias non esse contemnendas, sed conseruandas in loco decenti, quousque Dominus aliquid indicare dignetur.

7 Tertius est casus, vbi reliquiæ consistunt in sanguine, lacte, manna, alijsque liquoribus, qui inuicem confunduntur, & quidem in tali specie, tres alij solent considerari casus. Primus, vbi liquor permistus sacro liquori, est in minori quantitate, & tunc totus liquor est venerádus, vti reliquia; quia maior pars trahit ad se minorem, *d. c. quod in dubijs de consecr. Eccl. vel altar.* & ibi *Doctores* communiter *Angel. Syluestr. & Armill. in verb. aqua benedicta, Sanchez ad præcept. Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43 nu. 12. vers. sed dicendum est.*

Secundus, quando liquor permixtus, est in maiori quãtitate, & tunc quia maior pars corrumpit minorem, nõ põt vti reliquia venerari, quia nõ potest amplius dici, quod sit illa eadem, quæ fuerat, sed transiuit in aliam speciem, *d. l. adeò 7. §. est tamen ff. de acquir. rerum dom. d. §. si duarum, Inst. de rerum diuis.* & ita sentiunt *Patres* hactenus allegati.

Tertius est casus, vbi liquor permixtus, est æqualis quantitatis, & tunc quod neque sufficiat ad venerationem, scribunt *Sanchez d. cap. 43. Addẽtes ad Sylueſtr. in d. verb. aqua benedicta: Barbos. collect. in d. cap. quod in dubijs nu. 4. uers. sed contraria sententia de consecration. Eccl. uel altar.*

Contrarium, nempè, quòd sufficiat ad venerationem, vt quantitas liquoris infusi sit par, existimant *Angel. Sylvest. & Armill. in sum. d. uerb. aqua benedicta*, & hæc mihi videtur verior. Primo, qnia ad effectũ venerationis sufficit si liquor sacer non transeat in aliam speciem, *d. l. adeo §. est tamen ff. de acquir. rerum domin.* at per com-

Digitized by Google

cõmistionem medietatis liquor sacer non magis transit in speciem liquoris confusi, quam liquor infusus in speciẽ sacri, ergo.

Secundò, vbi duo concurrunt æqualiter, semper attenditur conditio dignioris, *d. cap. quod in dubijs de consecrat. eccles. vel altar. cap. non extimemus 13. q. 2. l. quæ religiosis. ff. de rei vendit. l. si alieni. ff. de solut.* plenè *Decius in cap. ex litteris nu. 4. de const.*

Quoad tertiam speciẽ ambiguitatis, nempè vbi sunt reliquiæ duorum, vel plurium Sanctorum, & nomina ignorantur, possunt tunc omnes venerari, nec refert quo nomine vocetur, nec enim adoratur nomen, sed sanctitas, in qua substantia adorationis consistit, *Suar. in 3. par. disput. 55. sect. 2. sub lit. A.*

Ità veneramur reliquias Sanctorum Mauritij, & sociorum, & quadraginta Martyrum, nec non & Sanctorum Zenonis, & sociorum, quamuis expressa nomina ignorentur.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ eiusdem Sancti quãdo asseruntur esse in diuersis locis, quid agendum.*
2 *Romani simul, & Græci Palladium habere asserebant.*
3 *In re dubia populus debet in bona fide dimitti.*
4 *Contentio duarum Cappadociæ ciuitatum de existentia gladij Iphigeniæ.*

Quid agendum, si corpus eiusdem Sancti in diuersis locis esse asseratur.

CAP. XXXVIII.

1 COntingit plerumque, vt plures Ciuitates glorientur, se corpus eiusdem Sancti possidere, Athenienſium, & Romanorũ exemplo, quorum vtrique as-
2 serebant Palladium (quod sacrum dicebant Imperij pignus) apud se habere. Romani illud ab Athenis furtum sublatum, & Romã delatũ à Vestalibus asseruari affirmabãt. Negabant Athenienses, & se adhuc post Græcorũ direptionem se habere dicebant, *Dion. Alicarnas. antiq. lib. 5.*

3 Hoc autem contingere solet, vel quia duo; aut plures sunt eiusdem nominis Sãcti, vel quia corpus eiusdem Sãcti diuersis in locis asseritur, vtroque casu difficile est iudicium verendum, namque est, ne nisi liquidò cõstet vbi

Digitized by Google

9 *Intellectus Pontifical. Rom. tit. de conſecr. Altar.*

11 *Epiſcopus conſecrans altare ſine reliquijs, quas habere poſſit, peccat mortaliter.*

12 *Celebrari in altari conſecrato ſine reliquijs debet omittere verba illa, oramus te dñe propter merita Sanctorũ Martyrũ.*

13 *Deficientibus reliquijs an. in altari conſecrando debeat apponi Corpus Chriſti, & nu.*

An reliquiæ ſint de ſubſtantia conſecrationis Eccleſiæ, vel altaris, ita vt ſine illis fieri non poſſit, & an vbi non adſunt reliquiæ debeat apponi Corpus Chriſti.

CAP. XL.

1 REliquias eſſe de ſubſtantia conſecrationis, cẽſueuerunt *gloſ. in cap. placuit de conſecr. diſt. 1. Hoſt. in ſum. rubr. de conſecrat. Eccl. §. 3. Sylueſt. in verb. reliquiæ, Fuſc. de viſitat. lib. 1. cap. 23 ſub n. 1.* vbi ait ſic fuiſſe determinatũ in facti cõtingẽtia in Curia Archiepiſcop. Neapolitana, ideoque vbi reliquiæ habere non poſſunt ſit opus Pontificia diſpenſatione, vt altaria poſſint conſecrari, *Azor*, qui ait hanc eſſe communem, *Moral. Inſt. tom. 1. lib. 10. cap. 27. q. 8. & Io. Baptiſta Signius in tract. de reliq. cap. 41. circa finem, verſ. quærunt Doctor. Gauanti in rubricis Miſſal. par. 1. tit. 20. verſ. ab Epiſcopo conſecratur, Gulielm. Durand. in Rational. diuin. lib. 1. cap. 8. n. 24. Sot. in 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. ar. 3. Steph. Durand. de ritib. lib. 1. cap. 25. ſub num. 5. Leon. in theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap. 5. nu. 11. Piaſc. in praxi pac. 1. c. 5. nu. 7. verſ. altaria etiam, Tholoſ. ſyntag. iur. lib. 12. in fin.*

2 Ducuntur primò ex *cap. placuit, de conſecrat. diſt. 1.* quo loci ſancitur, vt altaria, vbi nullum corpus, aut reliquiæ Martyris cõditæ probantur, ſi fieri poteſt amouentur, alioquin moneantur populi, ne illa frequentent.

Secundò, ex *c. de fabrica, eadem diſtinct. 1.* in illis verbis, *Si in eo loco conſecrationis ſollemnitas debet iterari, in quo Sanctuaria non ſint.* Hæc enim verba ſupponũt defectũ ſanctuariorũ, nempè reliquiarũ operari renouationẽ conſecrationis.

Tertiò, ex *Pontificali Romano*, vbi in Eccleſia, & altaris conſecratione, præter cætera, reliquias requirit.

2 Quibus non obſtantibus, reliquias non eſſe de ſubſtantia cõſecrationis cõſueuerunt *Archid. in d. cap. de fabrica, &*

cap.

Digitized by Google

cap. placuit, de consecr. dist. 1. n. 2. Turrecr. ibidem nu. 1. Egid. sub num. 1. & in d. cap. de fabrica num. 2. Abb. in cap. 1. de consecr. eccl. vel altar.

Primò ex *tex. in cap. altaria placuit, de consecr. dist. 1.* vbi dicitur, crismatis vnctione, & sacerdotali benedictione altaria sacrari, si sacrantur vnctione crismatis, & benedictione Sacerdotali, ergo reliquiæ non sunt necessariæ.

Secundò vbi reliquiæ non adsunt valet consecratio sine reliquiis, vt fatentur *Auctores* aduersæ partis, ergo non sunt de substantia, quia substantia non potest omitti.

3 Tertiò, altare portatile cõsecrari potest sine reliquijs, vt fatentur *Gulielm. Durand. & Steph. Durand. locis citat.* & nihilominus consecratio, quæ fit in altare portatili est vera consecratio, non potest ergo dici, quod sint de substantia consecrationis.

4 Quartò, vt Missa super memorias, & sepulchra Martyrũ celebraretur, constituit Fęlix huius nominis primus, vt in *eius actis*, quę leguntur ab Ecclesia *die* 30. *Maij*, at dubitandum non est consecrationem altaris fuisse ante Fælicem, ergo.

5 Quintò, vbi altare est consecratum cum reliquijs, si reliquiæ subtrahantur sine fractura sigilli, altare remanet consecratum, *Turrecr. in d. cap. de fabrica num. 2. vers. quando vero, Egid. ibid. nu. 2. & in cap. placuit sub num. 2.* ergo sine reliquiis consistit consecratio,

6 Sextò, reliquiæ altaribus includuntur, vt Martyres ipsi à fidelibus honorentur, vt ex *D. August.* docet *Bozz. de signis Ecclesiæ lib. 9. cap. 8. pag. 360. sub lit. B.* At talis honor non est simpliciter necessarius ad sacrificium, cum possint Martyres etiam alia ratione honorari, ergo reliquiæ non sunt de substantia consecrationis.

7 His in vtramque partem allatis controuersia facili distinctione potest complanari. Dicendum ergo altaria posse dupliciter erigi. Primò, tamquam lapidem vbi possit sacrificium fieri; Secundò tamquam Marryris memoriam, scilicet tamquam Martyris monumentum, siue sepulchtum. vbi erigitur tamquam lapidem, sufficit sola vnctio, & sacerdotalis benedictio, vt argumenta pro secunda opinione allata probãt. Vbi verò erigitur tamquam memoria Martyris, tunc erigi nequit nisi corpus, aut saltim aliqua Martyris reliquia reponatur, & si fuerit erectum debet destrui, quia non debẽt

fideles

Digitized by Google

5 Quod ſi ſepultæ ſint, aut alias abſconditæ, vt videri non poſſint, apponi debet inſcriptio, per quam reliquiarũ nomina ſignificentur. Si verò videri poſſunt, debent eſſe incluſæ in thecis aureis,
6 vel argenteis, aut eburneis, aut ſaltim in auricalco; vel ligno auro, vel argento illito, alijsq; decentibus. Thecæ demũ, vel vaſa reponi debẽt in armario, ſi fieri põt, muro inſerto, alias in ligno decenter fabricato; pannoque ſerico circumueſtito, à quo abſit humiditas, & immundicia, in eoq; nil aliud reponatur. Sit etiam locus ſufficienti clauſura munitus, & claues ſeruentur penes Eccleſiæ Theſaurarium, ſiue aliã perſonam in ſacris conſtitutam, ad id deputandam; *cap. 1. & 2. de cuſtod. Euchar.*

In tabernaculo vbi Sãctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur: quamuis amplũ ſit, & ſpatioſum, reliquiæ nihilominus Sãctorum reponi non debent; etenim cum Sacramento latria, reliquijs verò dulia debeatur, *Diuus Thom. in 3. par. quæſt. 25. art. 3. & 6.* Si in eodem tabernaculo cuſtodirentur idem cultus vtriſque dari videretur, quod quidem eſſet inconueniens, cum diuerſus cultus Principi, eiuſq; ſeruis debeatur, *l. 5. ff. de iniur.*

A Magnatibus ſi poſſideãtur, cuſtodiantur in ſacellis, in loculis decenter ornatis.

7 In locis publicis voluptatibus deputatis, reliquiæ nulla debent ratione collocari, aut aſportari iuxta Religioſã Leonis Imperatoris Conſtitutionem, de qua in *l. decernimus 16. C. de epiſc. & cler.*

8 Cæterum, vbi de collocandis ſacris reliquiis agitur, nihil niſi conſulto Epiſcopo agendũm, *d. l. decernimus §. cum enim religioſè, Concil. Trid. ſeſſ. 25. in princ.* Ante reliquiarum ſepulchra lampas iugiter lucere debet, cum ad ſignificãdum Sanctorum exempla lucem eſſe ad externam lucem nos dirigentia, tum etiam quia communicant nobis, vt lux bona ſua.

SVMMARIVM.

1 *Inſignes reliquiæ quę dicantur.*
2 *Reliquiæ ſiue magnæ, ſiue exiguæ, omnes debent venerari.*
3 *Reliquiæ inſignes ab exiguis in quo differant.*

Inſignes reliquiæ quæ dicantur, et in quibus diſtinguantur ab exiguis.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXVI.

1 INsignis reliquia dicitur, quandoque ratione integritatis, quandoq; quantitatis, quandoque qualitatis, & actionis. integritatis ratione dicitur insignis, corpus, caput, brachium, crus, aut illa pars corporis in qua passus est Martyr, modò integra sit, & non parua, vt declarauit *Sacr. Rituum Congregatio die* 8. *Aprilis* 1628.

2 Ratione quantitatis dicitur reliquia insignis, frustrum ossis magnum, veluti pars considerabilis capitis, cruris, brachij, atque similia; item digitus, vel costa, *Ioan. Baptista Signius de reliq. cap.* 48. vbi quod procedit, etiam si membrum sit exustum, & in cinerem redactum, quia nihilominus dicitur insignis respectu quantitatis.

3 Ratione qualitatis, inspicitur in primis excellentia personæ, nempè Christi, & Deiparæ Virginis; deinde reliquorum, seruata eorum prærogatiua. respectu verò actionis, insignes reliquiæ sunt instrumenta passionis Christi, & Martyrum, vbi integra sūt, *Signius loc. cit.* omnes siuè insignes sint, siuè exiguæ, dignissimæ sunt, eamdemque vim habent, quam corpus integrū, vt scribit *Theodoretus lib.* 8. *de Martyribus.*

Id, quod etiam egregiè docuit *S. Gregorius Nazianzenus in oratione* 1. *ad Iulianum*, his verbis. *Martyrum corpora idem possunt, quod animę, siuè manibus contrectentur, siuè honorentur, quorū vel solus sanguinis guttę, atq; exigua passionis signa, idem possunt, quod corpora.* hoc etiam plenius idem explicauit *Iambic.* 18. *de virtute* his versibus.

Venerationi tanquā magnę
est veritas
Exiguus etiam puluis vt uel
ossium
Particula veterumq; piam,
aut Paulum comę
Veste sua sparsi, aut sangūinis quidam notæ
Cultum parem habent, atq;
corpus integrum
Locisque nomen Martyris loco integri
Habuisse prorsus vim parem
(ô miraculum)
Meminisse num, vel Martyrum solum vt reorum
Affert salutem.

Quem locum latius explicans *Elias Cretensis*, Sic ait. *Quorum sola etiam corpora disiunctis animis tot, ac tanta operantur, quot, & quanta animę. Nam ijs, quod ipsa contingunt, aut honore prosequuntur vberri-*

ma

Digitized by Google

ma beneficia, & ſanitates profundunt, quod autem corpora dico? paucæ ſanguinis guttę, & exigui panni Martyrum cruore ſanctificati, parē eo poribus vim, ac facultatem habent.

D. Gaudētius Epiſcopus Brixienſis in dedicatione Baſilicę quadragenta Martyrum ſic loquitur. *Hinc eos Eccleſia Cęſarienſis exultat, & noſtra fraternitas non immeritò gloriatur, reſeruatum ſibi prouidentia Dei ſaluiare munus, intelligens, portionem reliquiarum ſumpſimus, & nihil nos minus poſſidere confidimus, dum totos quadraginta in ſuis fauillis honorantes amplectimur. ſicut illa in Euangelio, Fidelis mulier, quæ per fimbriam Chriſti ſanata eſt, oram tenuit veſtimenti, & virtutem diuinitatis exegit, tactu fimbriæ, itaq; pars ipſa, quam meruimus plenitudo eſt.*

Et poſt aliqua. *Cum igitur eamdem virtutem in exigua parte reliquiarum Martyris, quæ in toto ſic corpore in eſſe experimento ipſe teſtetur, inde euenit, vt corpus vnius, eiuſdemque Martyris in plures interdū partes diuidi ſolet, atque in diuerſis altaribus recondi, quæ ſepulchra ſunt Martyrum, & cum eadem miracula ſint operata, vnuſquiſque corpus eiuſdem Martyris habere dicatur, tolerabilis profectò error, cui non hominum impoſtura, ſed exuberans diuina largitas præbuit occaſionem.* In hanc rem refert *Baron.* hiſtoriam valdè accommodatam, quam videre poteris, ſi libuerit *tom. 12. anno 1103. pag. 33. lit. A.*

In hoc tantum differunt reliquiæ *inſignes* ab exiguis, quod de inſignibus poteſt fieri officium, & celebrari feſtū, quod non poteſt fieri de exiguis, vt reſpondit *Sacra Congreg. Rituum loc. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Ambiguitas in reliquijs triplex.*
2 *Reliquiæ dubiæ quando poſſunt venerari, & num. 3. 4. 5: & 6.*
6 *Vbi duo concurrunt æqualiter, attenditur dignior.*
7 *Reliquiæ cōſiſtentes in lacte quando ſunt dubiæ, quid agendum?*

De Reliquiis dubiis.

CAP: XXXVII.

1 AMbiguitas in reliquiis tripliciter oriri poteſt. Primo ſi dubitetur, ſi ſint Sanctorum reliquiæ. Secundò, quando reliquiæ Sancti ſunt præmiſtæ cū aliis, quæ nō ſunt Sancti. Tertiò, quando ſunt plures Sācti, eiuſdem nominis. & ignoratur

Digitized by Google

tur cuius reliquiæ sint.

2 Quantum ad primam speciem ambiguitatis, vbi dubitatur an reliquiæ sint, vel non sint alicuius Sancti, dubio procul venerari non possunt, propterea quod ad istum effectum requiritur certitudo, quòd sint alicuius Sancti, *cap. placuit de consecrat dist. 1. cap. 1. de reliq, & venerat. Sanctor. lib. 6. Suar. in 3. par. disp. 55. sect. 2. vers. quando verò res est dubia, Sanch. ad præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vlt. nnm. 19. Facundez ad præcep. a Ecclesiæ par. 1. lib. 1. cap. 10. Tolosan. Sintag. lib. 2. cap. 12. sub nu. 1. vers. sed prius oportet, Emmanuel à Valle de incantat. & ensal. sect. 2. cap. 16. nu. 5.*

3 Quod si adsint aliqua indicia, ex quibus suspicetur esse posse alicuius Sancti, tunc nõ debent conculcari, sed seruari in loco decenti, quousque Deus veritatem illarum explicare dignetur, *Suarez, & Sanchez locis cit.*

4 Consueuerunt quandoque reliquiæ dubiæ collocari ad ornatum alicuius Crucis, ita vt pars videantur, & ornamẽtum illius, quo casu adoratio fertur ad crucem, *l. & si non sunt 21. §. perueniamus, vbi Bar. ff. de auro, & argento legat.* per quem sic in proposito tradũt *Sanchez loc. cit. nu. 17. Gauat. in manual. Episcop. tit. de reliq. n. 10.*

5 Quòad secundam speciem ambiguitatis, nonnulli sunt considerandi casus. Primus si reliquiæ Sancti possunt separari a reliquijs non sancti, tũc debent separari, *cap. sacris de sepult.* Sic Iosue delubra idolorum auertens, ossa Sancti Prophetæ separauit ab ossibus falsorum Prophetarum, *Regum lib. 4. cap. 23.*

6 Secundus est casus, quando separari nequeunt, & reliquiæ consistunt in ossibus, vel alia materia solida, & tunc dicendum videtur omnes esse venerãdas, quia cum propter soliditatem substantia vnius non transeat in substantiam alterius, omnes manẽt in substantia propria, *l. adeo 7. §. videtur tamen ff. de acquir. rerum dominio, l. vsufructuarium 68. §. commodissimè ff. de vsufr. §. si duorum, Instit. de rerum diuis.* & consequenter fauor Sanctorũ prævalet. *d. cap. sacris.*

Contrarium censuit *Sanch. loc. cit. nu. 12.* cuius opinio mihi probanda videtur, propterea quod ad effectum, vt reliquiæ possint venerari, requiritur certitudo moralis, vt dictum est supra, *hoc cap. in princ.* quæ quidem cessat in dubijs, *l. ille, aut ille §. cum in verbis, & l. non aliter ff. de legat. 3.*

Nec obstat *text. in d. cap. sacris*, quia procedit in materia

Digitized by Google

sepulturę, in qua consideratur tantum præceptum Ecclesiæ non communicandi cum excommunicatis, quod stante dubietate cessat, at in veneratione reliquiarū consideratur timor idolatriæ, in qua tutius est à veneratione abstinere, quàm non adorandum venerari, vt probat *text. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum*, & docemur exemplo plurium particularium, quarum consacrátæ non possunt discerni à consacratis, quo casu nulla dicitur consacrata.

Non obstat *tex. in cap. quod in dubijs de consecrat. Eccles. vel altar.* quia procedit in liquoribus, quorū substantia vnius transit in substātiam alterius, vt infra dicetur.

Fateor tales reliquias non esse contemnendas, sed conseruandas in loco decenti, quousque Dominus aliquid indicare dignetur.

7 Tertius est casus, vbi reliquiæ consistunt in sanguine, lacte, manna, alijsque liquoribus, qui inuicem confunduntur, & quidem in tali specie, tres alij solent considerari casus. Primus, vbi liquor permistus sacro liquori, est in minori quantitate, & tunc totus liquor est venerādus, vti reliquia; quia maior pars trahit ad se minorem, *d. c. quod in dubijs de consecr. Eccl. vel altar.* & ibi *Doctores* communiter *Angel. Syluestr. & Armill. in verb. aqua benedicta, Sanchez ad præcept. Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 43 nu. 12. vers. sed dicendum est.*

Secundus, quando liquor permixtus, est in maiori quātitate, & tunc quia maior pars corrumpit minorem, nō pōt vti reliquia venerari, quia nō potest amplius dici, quod sit illa eadem, quæ fuerat, sed transiuit in aliam speciem, *d. l. adeò 7. §. est tamen ff. de acquir. rerum dom. d. §. si duarum, Inst. de rerum diuis.* & ita sentiunt *Patres* hactenus allegati.

Tertius est casus, vbi liquor permixtus, est æqualis quantitatis, & tunc quod neque sufficiat ad venerationem, scribunt *Sanchez d. cap. 43. Addētes ad Syluestr. in d. verb. aqua benedicta: Barbos. collect. in d. cap. quod in dubijs nu. 4. uers. sed contraria sententia de consecration. Eccl. uel altar.*

Contrarium, nempè, quòd sufficiat ad venerationem, vt quantitas liquoris infusi sit par, existimant *Angel. Syluest. & Armill. in sum. d. uerb. aqua benedicta*, & hæc mihi videtur verior. Primo, qnia ad effectū venerationis sufficit si liquor sacer non transeat in aliam speciem, *d. l. adeo §. est tamen ff. de acquir. rerum domin.* at per com-

Digitized by Google

cõmistionem medietatis liquor sacer non magis transit in speciem liquoris confusi, quam liquor infusus in speciẽ sacri, ergo.

Secundò, vbi duo concurrunt æqualiter, semper attenditur conditio dignioris, *d. cap. quod in dubijs de consecrat. eccles. vel altar. cap. non extimemus 13. q. 2. l. quæ religiosis. ff. de rei vendit. l. si alieni. ff. de solut.* plenè *Decius in cap. ex literis nu. 4. de const.*

Quoad tertiam speciẽ ambiguitatis, nempè vbi sunt reliquiæ duorum, vel plurium Sanctorum, & nomina ignorantur, possunt tunc omnes venerari, nec refert quo nomine vocetur, nec enim adoratur nomen, sed sanctitas, in qua substantia adorationis consistit, *Suar. in 3. par. disput. 55. sect. 2. sub lit. A.*

Ità veneramur reliquias Sanctorum Mauritij, & sociorum, & quadraginta Martyrum, nec non & Sanctorum Zenonis, & sociorum, quamuis expressa nomina ignorentur.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ eiusdem Sancti quãdo asseruntur esse in diuersis locis, quid agendum.*
2 *Romani simul, & Græci Palladium habere asserebant.*
3 *In re dubia populus debet in bonâ fide dimitti.*
4 *Contentio duarum Cappadociæ ciuitatum de existentia gladij Iphigeniæ.*

Quid agendum, si corpus eiusdem Sancti in diuersis locis esse asseratur.

CAP. XXXVIII.

1 COntingit plerumque, vt plures Ciuitates glorientur, se corpus eiusdem Sancti possidere, Athenienſium, & Romanorũ exemplo, quorum vtrique as-
2 serebant Palladium (quod sacrum dicebant Imperij pignus) apud se habere. Romani illud ab Athenis furtum sublatum, & Romã delatũ à Vestalibus asseruari affirmabãt. Negabant Athenienses, & se adhuc post Græcorũ direptionem se habere dicebant, *Dion. Alicarnas. antiq. lib. 5.*

3 Hoc autem contingere solet, vel quia duo; aut plures sunt eiusdem nominis Sãcti, vel quia corpus eiusdem Sãcti diuersis in locis asseritur, vtroque casu difficile est iudicium verendum, namque est, ne nisi liquidò cõstet vbi

Digitized by Google

reliquiæ ſint fides vtriſque adimatur, ideoque vbi antiquitas rem probauit, conſultius
3 eſt negotio indiſcuſſo populum in bona fide dimittere, quam rem ſub diſputatione reuocare. Sic Angelus Michael diſputãs de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed rem ad Deum reiecit, dicens, *Imperet tibi Dominus Iudæ cap. 1.*

4 Refert *Dicnyſius Caſſad. lib. 35.* quod cum diſceptaretur inter duas Cappadociæ Vrbes, quarum vtraq; dicebat, ſe habere gladium Iphigeniæ, negotium fuiſſe indecisè relictum, id quod etiam in facti contingentia fuiſſe obſeruatum in Senatu Pariſienſi refert *Papon. arreſt. 4. tit. 1.*

SVMMARIVM.

Referuntur caſus in quibus falſæ reliquiæ ſunt detectæ, num. 1. 2. & 3.

4 *Leonis Iſauratij impoſtura in ſacras reliquias diuinitus detecta.*

5 *Sacrarum reliquiarum ſuppoſitores, cui aſſimilãtur, & quot delicta contineant.*

6 *Qua pœna puniuntur.*

Dei reliquiis falſis, & pœnis quibus afficiuntur falſarum reliquiarum ſuppoſitores.

CAP. XXXIX

1 SAcerdotes Bel, caueam fecerent ſub menſa templi, ſuper qua proponi faciebant de menſa Regis eſcas, quas dicebãt Belem comedere, cum ipſi per occultum ingreſſum Templum irrumpentes rapiebant, *Daniel cap. 14.* His Sacerdotes Gentilium, per occultos meatus ſub nomine Serapidis reſponſa dabant, *Nicephor. Caliſt. lib. 12. cap. 26.* Horum exemplo auaritia quorumdam accidit quandoque, vt reliquiæ, quæ Sanctorum non ſunt, Sanctorum aſſerantur, quod tamen diù latere, Deum non permittere, docent quæ ſequuntur exempla.

4 Græci quidam tempore D. Gregorij Romã venientes, nocturno ſilentio iuxta Eccleſiam Sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum oſſa recondebant, ſeruantes ſibi dum recederent. Deprehenſi, & cur hoc facerent diligenter diſcuſſi, cõfeſſi ſunt, quòd

Digitized by Google

quòd illa ossa in Græcia essent tanquam Sãctorum reliquias portaturi, *D. Gregorius lib. 3. cap. 30.*

3 Tempore Sancti Martini cum falsis quorumdam reliquiis cultus daretur, Sancto Martino, Dominus dignatus est rem aperire, quo facto reliquiæ illæ sublatæ sunt, vt *Seuerus* tradit *in vita S. Martini cap. 8.*

4 Imperator Leo Isauracius sacrarum reliquiarum detractor insignis, reliquias Sanctæ Euphemiæ, Martini, quæ Bizantij innumera edebant miracula, clam auferri, easque cum loculo in mare proiecit, ossaq; arida illarum loco supposuit mox palàm prædicare cepit, detectas catholicorum fraudes, ossa arida, & fetentia in arca contineri. Quæ fraus dum molitur ecce Nautæ quidam factum ignorantes, sacras Euphemiæ reliquias, quas simul cum loculo ex vndis in nauim susceperunt, offerunt, & impium facinus produnt, *Sur. 9. Martij tom. 2.*

5 Delictum supponentium falsas reliquias, continet inprimis lethale peccatum, *cap. si quis dixerit, vbi glos. in verbo abominabilis, & cap. si quis hominem 11. quæst. 3. Armill. in sum. verb. superstitio §. 2. Caiet. 2. 2. quæst. 3. art. 3. & in summ. verb. reliquiæ, Nauarr. in manual. cap. 11. num. 26. Io. Baptist. Signius in tract. de reliq. cap. 4. vers. supponens falsas.* Item continet pœnam falsi, & sacrilegij, propterea quod homines ad superstitionem cõmouentur, *l. si quis aliud fecerit 30. ff. de pœn. Tholosan. syntag. iur. lib. 2. cap. 12. nu. 6.* pro quo hodie dominari solent ad tri-
6 remes. *Farinac. de furt. quæst. 172. nu. 66.* cuius opinionem ego in facti contingentia; dũ in Vrbe Vicegerentis fungerer officio in persona quorũdam, qui pro reliquis, ossa mortuorum vendebant, sum sequutus.

SVMMARIVM.

1 *Consecratio Ecclesię, vel altaris, an ad sui substantiam requirat reliquias, & nu. 2. & 10.*

3 *Altare portatile potest consecrari sine reliquijs.*

4 *Missam celebrari super memorias Martyrum quis constituit.*

5 *Altare à quo subtrahuntur reliquiæ sine fractura sigilli remanet consecratum.*

6 *Reliquię quare altaribus includantur.*

7 *Intellectus* cap. placuit, de consecr. dist. 1.

8 *Intellectus* cap. de fabrica, de consecr. dist. 1.

9 In-

Digitized by Google

9 *Intellectus* Pontifical. Rom. tit. de conſecr. Altar.

11 *Epiſcopus conſecrans altare ſine reliquijs, quas habere poſſit, peccat mortaliter.*

12 *Celebrari in altari eõſecrato ſine reliquijs debet omittere verba illa* oramus te dñe propter merita Sanctorũ Martyrũ.

13 *Deficientibus reliquijs an in altari conſecrando debeat apponi Corpus Chriſti, & nu.* 14.

An reliquiæ ſint de ſubſtantia conſecrationis Eccleſiæ, vel altaris, ita vt ſine illis fieri non poſſit, & an vbi non adſunt reliquiæ debeat apponi Corpus Chriſti.

CAP. XL.

1 RElíquias eſſe de ſubſtantia conſecrationis, cẽſueuerunt *gloſ. in cap. placuit de conſecr. diſt.* 1. *Hoſt. in ſum. rubr. de conſecrat. Eccl.* §. 3. *Sylueſt. in verb. reliquiæ, Fuſc. de viſitat. lib.* 1. *cap.* 23 *ſub n.* 1. vbi ait ſic fuiſſe determinatũ in facti cõtingẽtia in Curia Archiepiſcop. Neapolitana, ideoque vbi reliquiæ habere non poſſunt ſit opus Pontificia diſpenſatione, vt altaria poſſint conſecrari, *Azor*, qui ait hanc eſſe communem, *Moral. Inſt. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *q.* 18. *& Io. Baptiſta Signius in tract. de reliq. cap.* 41. *circa finem, verſ. quærunt Doctor. Gauant. in rubricis Miſſal. par.* 1. *tit.* 20. *verſ. ab Epiſcopo conſecratur, Gulielm. Durand. in Rational. diuin. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 14. *Sot. in* 4. *ſent. diſt.* 13. *quæſt.* 2. *ar.* 3. *Steph. Durand. de ritib. lib.* 1. *cap.* 25. *ſub num.* 5. *Leon. in theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 11. *Piaſc. in praxi pag.* 1. *c.* 5. *nu.* 7. *verſ. altaria etiam, Tholoſ. ſyntag. iur. lib.* 12. *in fin.*

Ducuntur primò ex *cap. placuit, de conſecrat. diſt.* 1. quo loci ſancitur, vt altaria, vbi nullum corpus, aut reliquiæ Martyris cõditæ probantur, ſi fieri poteſt amoueantur, alioquin moneantur populi, ne illa frequentent.

Secundò, ex *c. de fabrica, eadem diſtinct.* 1. in illis verbis, *Si in eo loco conſecrationis ſollemnitas debet iterari, in quo Sanctuaria non ſint.* Hæc enim verba ſupponũt defectũ ſanctuariorũ nempè reliquiarũ operari renouationẽ conſecrationis.

Tertiò, ex *Pontificali Romano*, vbi in Eccleſia, & altaris conſecratione, præter cætera, reliquias requirit.

2 Quibus non obſtantibus, reliquias non eſſe de ſubſtantia cõſecrationis cõſueuerunt *Archid. in d. cap. de fabrica, &*

cap.

Digitized by Google

cap. placuit, de consecr. dist. 1. n. 2. Turrecr. ibidem nu. 1. Egid. sub num. 1. & in d. cap. de fabrica num. 2. Abb. in cap. 1. de consecr. eccl. vel altar.

Primò ex *tex. in cap. altaria placuit, de consecr. dist. 1.* vbi dicitur, crismatis vnctione, & sacerdotali benedictione altaria sacrari, si sacrantur vnctione crismatis, & benedictione Sacerdotali, ergo reliquiæ non sunt necessariæ.

Secundò vbi reliquiæ non adsunt valet consecratio sine reliquiis, vt fatentur *Auctores* aduersæ partis, ergo non sunt de substantia, quia substantia non potest omitti.

3 Tertiò, altare portatile cõsecrari potest sine reliquijs, vt fatentur *Gulielm. Durand. & Steph. Durand. locis citat.* & nihilominus consecratio, quæ fit in altare portatili est vera consecratio, non potest ergo dici, quod sint de substantia consecrationis.

4 Quartò, vt Missa super memorias, & sepulchra Martyrũ celebraretur, constituit Fęlix huius nominis primus, vt in *eius actis*, quę leguntur ab Ecclesia *die* 30. *Maij*, at dubitandum non est consecrationem altaris fuisse ante Fælicem, ergo.

5 Quintò, vbi altare est consecratum cum reliquijs, si reg liquiæ subtrahantur sine fractura sigilli, altare remanet consecratum, *Turrecr. in d. cap. de fabrica num. 2. vers. quando vero, Egid. ibid. nu. 2. & in cap. placuit sub num. 2.* ergo sine reliquiis consistit consecratio,

6 Sextò, reliquiæ altaribus includuntur, vt Martyres ipsi à fidelibus honorentur, vt ex *D. August.* docet *Bozz. de signis Ecclesiæ lib. 9. cap. 8. pag. 360. sub lit. B.* At talis honor non est simpliciter necessarius ad sacrificium, cum possint Martyres etiam alia ratione honorari, ergo reliquiæ non sunt de substantia consecrationis.

7 His in vtramque partem allatis controuersia facili distinctione potest complanari. Dicendum ergo altaria posse dupliciter erigi. Primò, tamquam lapidem vbi possit sacrificium fieri; Secundò tamquam Marryris memoriam, scilicet tamquam Martyris monumentum, siue sepulchtum. vbi erigitur tamquam lapidem, sufficit sola vnctio, & sacerdotalis benedictio, vt argumenta pro secunda opinione allata probãt. Vbi verò crigitur tamquam memoria Martyris, tunc erigi nequit nisi corpus, aut saltim aliqua Martyris reliquia reponatur, & si fuerit erectum debet destrui, quia non debẽt

fideles

Digitized by Google

fideles in veneratione decipi, & hic eſt verus, & germanus ſenſus, *tex. in d. cap. placuit*, vt apertè indicant verba illa, *Nulla memoria Martyrum accipiatur, niſi aut vbi corpus eſt, reliquiæ certæ ſunt, aut vbi origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, aũt paſſionis fideliſſima origine traditur*. Putabam me primum hunc ſenſum ad *d. cap. placuit* applicaſſe, ſed reperiui deinde *Bellarmin. controuerſ. 7. tit. de cultu Sanctorum lib. 3. cap. 4. pag. 630. ſub lit. B.* eumdem ſenſum plenius, & elegantius attuliſſe.

8 Non obſtat *tex. in dicto cap. de fabrica*, quia verbum, *Sanctuaria*, quamuis *à gloſſa* accipiatur pro reliquijs, verius tamen accipi debet pro altaribus, *Ezzech. 23. hoc fecerunt mihi polluerunt Sanctuarium meum in die illa*, quod etiam apertè indicant verba illa, *ſiuè altaris motione*, quæ per viam diſtinctionis referuntur ad verba antecedentia.

Item quia loquitur de conſecratione Eccleſiæ reiterãda propter deſtructionem, nec aliud dicit, niſi quod vbi debet reiterari ſolemnitas conſecrationis in loco, in quo fuerunt altaria nihil afficit ſi non iacretur aqua exorcizata.

9 Cæterum quantum attinet ad Pontificale requirit in conſecratione Eccleſiæ, & altaris reliquias non vti neceſsarias de ſubſtantia, ſed quia communiter apponi conſueuerũt, & ſicuti requirit etiam incenſum, & candelas cereas, quæ non ſunt ſubſtantialiter neceſsaria, ita etiam dici poteſt de reliquijs.

Remanet propterea conſtitutum, Conſecrationem cũ reliquiis decentiſſimè fieri, at ſine illis eccleſias, & altaria poſse conſecrari.

Hoc autem duplicẽ habet declarationem; Prima, vt ſi Epiſcopus vbi poteſt habere reliquias Sanctorum faciat conſecrationem Eccleſiæ, vel altaris, ſinè illis peccat grauiter, quia licet conſecratio ſit valida, tamen facit contra cõmunem Eccleſiæ morem, & conſuetudinem in Pontificali deductam.

12 Secunda, vt vbi celebratur in altaribus conſecratis ſine reliquiis, debeat omitti poſt confeſſionem oratio illa; *Oramus te Domine propter merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic ſunt, Azor. d. cap. 9. q. 1.* licet autem altaribus inſeri ſolent reliquiæ Martyrum, poſſunt nihilominus inſeri reliquiæ aliorum Sanctorum, & propterea in oratione prędicta Eccleſiæ non dicitur

Ora-

Digitized by Google

Oramus te Domine propter merita Sanctorum Martyrum, sed Sanctorum tuorum.

13 Dubium est an vbi desunt reliquiæ, saltim requiratur, quòd loco reliquiarum apponatur Corpus Christi? & reponi debere existimant *glos. in d. cap. placuit de consecrat. dist. 1. Gulielm. Stephan. & Tholos. locis cit.*

Contrarium scribit *Host. in sum. de consecr. Ecclesiæ, vel altar.* vbi ait se de hoc consuluisse Innocentium Pontificẽ qui de consilio sibi assistentiũ respondit, non decere Corpus Domini recondi in altare, & *Host.* sequuntur *Archid. Egid. & Turrecrem. in d. cap. placuit, Io. Andr. & Panormit. in cap. 1. de consecrat. Eccles. Azor. moral. inst. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæst. 9.* ea ratione, quia Corpus Christi est cibus animæ, qui nõ debet seruari, nisi ad opus infirmorum, & refectionem animarum: quod autem dicitur Leonem Papam pro consecratione facienda dedisse partẽ corporalis, & Corporis Christi, auctorem non habet, & in contrarium habemus auctorem *Innocẽtium*, & communem Ecclesiæ morem.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ quæ tumulis claudũtur, ostendi non debent, limita n. 3.*
2 *Chosroæ reuerentia erga crucem Christi.*
4 *Crebra reliquiarum ostẽsio damnatur.*
5 *Reliquiæ debent ostendi diebus solemnioribus anni, in capsis, nu. 6. & signaculis non amotis, num. 7.*
7 *Quando exponuntur, quid agendum, & nu. 8.*
8 *Sanctiss. D. N. Vrbani 8. decretum quoad reliquias.*
9 *Comessationes procul à reliquijs esse debent.*

Reliquiæ quando debeant ostendi, & quomodo.

CAP. XLI.

1 RElIquias Sanctorum, in tumulo positas, ex suis locis, neque extrahi, neque ostendi debere, docemur ex *D. Greg. epist. 30. lib. 3.* vbi enarrat prodigia, quæ circa corpora Sanctorũ Apostolorum Petri, & Pauli, ac S. Laurentij Mart. contigerunt, quo tempore de illis detegen
2 dis agebatur. Chosroas etiam Rex licet Barbarus, & in Chri

Digitized by Google

ſtianos infenſiſsimus, expugnata Hieroſolyma, cruceque Chriſti Domini noſtri, ſimul cum Templi Gaza in Perſidem ablata, ita eam veritum fuiſſe cõſtat, vt nec auſus fuerit ab ipſa, qua claudebatur theca ſignaculum amouere, aut clauſi aperire, vt vel illam inſpiceret; ſed timore perterritus, eo modo, quo in ſacro templi loco aſſeruabatur, in Perſidem tranſtulit, eodemq; modo intactam quatuordecim poſt annos Hieroſolymã fuiſſe reportatam, *Baron. tom. 8. anno 614. pag. 237.*

3 Ab his excipimus caſus, in quibus oportet corpora in oportuniorem locum tranſferri, vel in quibus caſu reperta oporteret illa recognoſcere; nam tũc, donec iterum tumulo includantur ad populi conſolationem, & deuotionem excitandam, per aliquot dies exponi poſſunt, vt ſæpe in Vrbe accidiſſe memini, & ſignanter anno 1598. ſub fœl. record. Clemente 8. quo tempore fuit repertũ corpus S. Ceciliæ, & iterum de anno 1624. ſub Sanctiſs. D. N. D. Vrbano Papa 8. quo reperta fuere corpora quadraginta Martyrum in Eccleſia Sanctorum quatuor Coronatorũ, & iterum de anno 1634. quo tempore fuit repertũ corpus Sanctæ Martinæ.

4 Quæ verò extra tumulum poſitæ ſunt, populo veneradæ, exponi, & antiquæ Eccleſiæ conſuetudini congruit; & pietati; vt repetita memoria, precibus eorum indulgentiam aſſequamur. hoc autem decẽter vt fiat, infraſcripta ſeruanda ſunt.

5 Primum, vt non exponantur paſsim, frequentia enim in ſacris reliquiis exponendis, veluti Chriſtianæ religioni detrahẽs reprobatur in Concilio Lateranenſi, vt in *cap. 3. de reliq. & venerat. Sanctorum*, In Vrbe ſollemniter ſolent oſtendi bis in anno, nempè in die Cœnæ de ſero, cum populus ad viſenda ſepulchra confluit, & die 2. Paſchatis reſurrectionis: quatuor etiam anni feſtiuitatibus, nempè in die Natiuitatis D. Noſtri Ieſu Chriſti in die Pentecoſtes, in Feſto dedicationis Eccleſiæ, & Sancti cuius ſunt reliquiæ, exponuntur ad ornamentum altaris.

6 Secundum, nè exponantur extra capſas, ſiuè thecas, in quibus ſunt accommodatæ, *d. cap. 2.* vbi notãt *Doctores omnes de reliq. & venerat. Sanctorum. Stephan. Durand. in tract. de ritib. lib. 1. cap. 25. num. 9. Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 1. ſub num. 14.*

Ter-

Digitized by Google

7 Tertium, vt signacula, quibus in vasculis, seu thecis, seu vitreis, aut transennulis mediantibus videri possint, non tamen manibus contrectari, nè aut indè aliquid surripi possit, aut alia similis subrogari, & sic in futurum de reliquiarum idemptitate contingat dubitari. Sanctiss. D.N.D. Vrbanus Papa 8. præter alia q̃ piè in generali Vrbis visitatione (cui ego à secretis fui) decreuit, hoc etiã addidit, in Basilica Principis Apostolorũ, vt velũ quo tegitur Sudarium à Berenice, quã alij Veronicã appellant, & quod admotum faciei Saluatoris nostri sanguine, atque sudore madentis, Dominici vultus imaginem retinet, theca, in qua cõseruatur, amoueri nulla ratione valeat, sub excommunicationis pœna latæ sententiæ.

Pertinet quidem hoc ipsũ non solum ad cautelam, vt supra dictum est, sed etiam ad reuerentiam, quæ sacris est exhibenda reliquiis: dedecet enim non parum, si factæ reliquiæ ab omnibus manibus tangantur, vel osculentur. accepi à fide dignis, dentem S. Francisci de Paula, qui in Ecclesia sui Ordinis Paulæ asseruabatur, ad tactum impudicæ mulieris, cui osculandus traditus fuit, ac si securi percussum in duas partes fuisse diuisum.

Quartum, vt cum exponũtur fiat processio à Clero, & deferantur à Sacerdote induto cocta, & stola, vel pluuiali, cum facibus accensis, & thuribulis thurificantibus, ex *Cõcilio Prouinciali Mediolanense* 4.

Quintum, dum sunt in altari ardeant plura lumina, & adhibeantur duo saltim custodes sacris ordinibus initiati, qui iugiter assistant.

9 Sextum, in illis exponendis commessationes, & ebrietates omnino vitentur, omnisque turpis quæstus elimetur, ex *Sacro Trid. Concil. sess. 25. §. omnes*, quod quidem quomodo sit intelligendum infra oportunius dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Defunctorum ossa de loco ad locũ transferri non possunt.*

2 *Causæ propter quas potest fieri translatio quæ sint, & num. 3. & 4.*

5 *Causa voluntaria translationis reliquiarum, quando sit rationabilis, & nu. 6.*

7 *Translatio cuius authoritate sit facienda, & nu. 8.*

9 *Reliquiæ, quæ reperiuntur apud infideles possunt à quocumq; propria authoritate transferri.*

Digitized by Google

10 *Reliquiæ, quando subest timor fluuij, vel incendij, possunt transferri autoritate Episcopi.*

11 *Reliquiæ possunt transferri de loco ad locum in eadem Ecclesia de licentia Ordinarij.*

12 *Reliquiæ, quæ sunt in aliqua Ecclesia per modum depositi, possunt transferri sine alterius authoritate.*

13 *Et quid dicendum, si dubitetur, an adsint per modum depositi.*

14 *Reliquiæ existentes in capsulis, sine thecis possunt transferri sine authoritate.*

15 *Edictum Eminentissimi Cardinalis Vicarij quoad reliquiarum translationem, & n.16.*

17 *In translatione reliquiarum facienda, quæ debeant seruari.*

Translatio reliquiarum, quibus ex causis fieri possit, cuius authoritate, & quomodo.

CAP. XLII.

1 DEfunctorum reliquias sine causa transferri, vetitum esse docemur ex *l. fin. ff. de mortuo infer. l. 1. & l. nemo C. de religiosis, & sumpt. funer. cap. tribus de consec. dist. 1.* Hoc etiam pro comperto habuerunt, *Plinius secundus, & Traianus Imperator lib. 10. epist. 73. & 74.*

Causæ autem propter quas translatio fieri potest, reducuntur ad tres, videlicet ad necessitatem, difficultatem, & voluntatem.

2 Inter necessarias causas, primo consideratur, si locus vbi reliquiæ sitæ sunt, sit in partibus Infidelium, aut alias necessitate persequutorum grauetur, *d. cap. tribus de consecrat. dist. 1.* ibique *Vgo, & Turrecr. D. Antonin. in sum. par. 3. titu. 12. cap. 8. Angel. in verbo reliquia num. 1. Sylvest. quæst. 3. Tabien. num. 4. Armill. num. 3.* sic Moyses recessurus ab Aegypto, vbi populus Israeliticus à Pharaone grauabatur, secum duxit ossa Patriarchæ Ioseph, *Exod. cap. 13.* & hac eadem ex causa tempore Archadii Imperatoris fuisse trãslatas in Thraciam reliquias Samuelis Prophetæ, scribit *D. Hieronym. in lib. contra Vigilantium*. Corpus quoque Sancti Gregorij Nazianzeni Romam, item caput S. Gregorij Episcopi Armeniæ, fuisse translata à Græcia à Monialibus ad præsens degentibus in Ecclesia S. Blasij, tẽpore quo Leo Isauracius in sacras reliquias grassabatur, scribit *Anastas. in Leone 3.*

Ad

3 Ad causam necessitatis etiã pertinet si locus in quo reliquiæ sitæ sunt, subiaceat periculo fluminis, vel incendij, *l. 1. vbi glos. C. de religios. & sumpt. fun. Plin. secundus epist. 73. lib. 10.*

4 Difficultas etiam putatur causa translationis, nam si propter aeris intemperiem, aut alia de causa ad Ecclesiã in qua reliquiæ positæ sunt, difficilis fit accessus, iusta erit causa, vt reliquiæ inde in aliã commodiorem transferãtur, *d. cap. tribus*, & ibi *glos. in verbo difficultas*.

5 Ratio est, quia aeris inclementia, vel difficultas accedendi ad locum, inopiã parit Ministrorum, sine quibus reliquiæ asseruari non debent in Ecclesijs, cum adesse debeant clerici, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur, ex *Concilio Eupanẽsi can. 25.*

Hac de causa corpora Sãctorum Apostolorum Petri, & Pauli, è catecumbis Calisti, translata fuere, partim ad Vaticanum, partim ad prædium Lucinæ via ostiensi, vt scribũt *S. Cornelius Papa epist. 1. Diu. Greg. epist. 10. lib. 3.*

Hoc idem est dicendum, si Ecclesia sit destituta seruitio, nam & in hoc casu possunt transferri alibi reliquiæ, donec de seruitio prouideatur, *cap. si plures 16. quæst. 7.*

6 Fit etiam reliquiarũ translatio ex voluntate, quæ rationabilis est, si agatur de illis in decentiorem locum collocãdis, *cap. si quis vult, 16. quæst. 7. l. fin. ff. de mortuo infer. l. statuas 7. C. de religiosis, & sumpt. fun. glos. in d. cap. tribus, verb. difficultas vers. quarta causa.*

Decentioris cultus studio Pulcheria Augusta reliquias omnes ad Deiparam Virginem pertinebant, diligentissimè perquisiuit, & cum multas reperisset, diuinis oraculis illustratas, Constantinopolim transferri curauit, ac tria magnificentissima templa Deiparæ nuncupauit. *Nicephor. lib. 17. cap. 28.*

7 His ita suppositis de duobus est agendum. Primum, cuius auctoritate est facienda translatio? Secundum quomodo? Ad primum duo sunt præcipua capita inspicienda. Primũ vbi versamur in reliquijs humi, vel parietibus, aut altaribus Ecclesiæ traditis, vt ibi perpetuo maneant, & in his regula constitui potest, non posse alibi transferri, nisi de licentia Summi Pontificis, ita probat *text. iuxta glos. in verbo fint in l. nemo 14. C. de relig. & sumpt. funer.* & iterum *glos. in l. sine C. eodem, & in l. cum in diuersis,*

uersis, §. cum autem, vbi glos. in verb. impetratur. ff. eodem tit. & in l. 3. §. sinedum. ff. de sepulchro violat. concordat antiquum ius Romanorum, quo facultas trãsferendi reliquias mortuorum, à Collegio Pontificũ imperabatur, *Plin. lib. 10. epist. 73.*

8 Quod signanter procedit, vbi translatio fit ex causa voluntaria, etiam si fiat ex causa maioris ornatus, *l. fin. ff. de mortuo infer. cap. tribus, verb. difficultas, versic. quarta est causa de consecr. dist. 1.*

Regula limitatur. Primò nè procedat vbi reliquiæ reperiuntur apud infideles, tunc enim possunt Sacerdotes ad illarum custodiam deputati sine alterius auctoritate illas transferre, vt probãt exempla Moysis, & aliorum hactenus relata.

9 Quinimò vbi reliquiæ Sãctorum reperiuntur apud infideles, licitum est vnicuique eas tamquam ab iniustis possessoribus auferre, vt probant multa per nos deducta *supra cap. 4.* & benè comprobant *Philiarch. de offic. Sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem. Sanchez ad præcepta Decalog. lib. 2. cap. vlt. sub num. 23. versic. qui benè hoc limitat, Laurentius de Perris in priuileg. ord. Minimorum in const. 2. Leonis X. §. 2. nu. 5.*

10 Limitatur secundò, vbi translatio fit, eo quia subest timor fluuij, vel incendii, aut ruinæ, aut alius probabilis timor, & tũc quamuis sint collocatæ, vt perpetuò ibi maneãt, nihilominus fieri potest translatio ex auctoritate Episcopi, *cap. corpora, vbi glos. Archid. & Gemin. de consecrat. dist. 1. l. 1. C. de religios. & sumpt. fun. & ibi Bald. Sal. & Castren.*

11 Et pari ratiòne limitatur Tertiò, vbi fit trãslatio de loco ad locum in eadem Ecclesia, nam tunc etiam sufficit auctoritas Ordinarij, *d. l. fin. vbi glos. in verb. Pontifices. ff. de mortuo infer. Nauar. cons. 9. de sepult. Genuen. in praxi Archiep. cap. 56. sub nu. 1. Azor. Moral. inst. par. 1 lib. 9. cap. 8. q. 9.*

12 Limitatur quartò, vbi reliquiæ reperiuntur humi, vel parietibus conditæ, non tamẽ vt in dicta Ecclesia perpetuò maneant, sed per modum depositi, tunc enim potest fieri translatio sine alicuius auctoritate, quia iudicatur perinde ac si ibi allata non essent, *l. 1. §. de causa autem illatione, & l. si quis 11. ff. de religios. & sumpt. fun. & in l. secundum, & l. si nec dum 10. C. eod. tit.* & ibi *glos. & DD. glos. in d. cap. corpora, verb. Principis,* & ibi *Ugo, & Turrec. de consecr. dist. 1. Sãchez ad præcept.*

Digitized by Google

cept.decalogi lib,2.cap.vlt.n.26, Genuen. loc.cit. nu.3. Rot. decis. 550.num.2.par.1.diuers.

13 Vbi autem dubitatur, an reliquiæ sint ibi gratia perpetui monumenti, aut per modum depositi, tunc nõ potest fieri translatio, nisi per decretum Episcopi declaretur, an sint repositæ, vt perpetuo maneant, an vero per modũ depositi, *l.ossa. ff.de religios. & sumpt.funer. l. fin. ff. de mortuo infer.*

Secundum est caput vbi versamur in reliquijs, quæ custodiuntur in cartulis, siue thecis, quæ regulariter asseruari solẽt in armariis Sacristiæ, & istæ quidem possunt transferri sine licentia, quia non subiacent dispositioni, *d. cap. corpora de consecratio. dist. 1.* vt ibi animaduertit *glos. in verbo Principis, ibique Vgo Archid. & Turrecr. D. Ant. par. 3. tit. 12. c. 8. in fine, Sylvest. in verbo reliquiæ, Nauar. d. cons. 9. de sepult. Genuen. d. cap. 56. Azor. & Sanchez locis cit. Angel. in verb. reliquiæ nu. 1. & ibi Sylvest. quæst. 3. Tabiena num. 4. Armil. num. 3. Rodriquez regularium quæst. tom. 3. quæst. 55. art. 2. & quæst. 62. art. 1. & 11.*

15 Quamuis autem hoc verissimum sit, semper tamen requirituractus per quem reliquiæ ipsæ recognoscãtur, & de translatione cõstet, & hoc ad occurrendum fraudibus, quæ in hac materia committi possunt. Extant propterea in Vrbe edicta peculiaria Eminentiss. Cardinalis Vicarij, ne quis ab Vrbe ipsa cuiusuis
16 generis reliquias quomodolibet, etiam à spontè dantibus acceptas, sine illarũ recognitione extrahat, quæ recognitio solet redigi in publicum instrumentum, de quo rogari non possunt, nisi Notarij eiusdem D. Cardinalis Vicarij, quodque deinde simul cum reliquijs transmittitur ad illarum probationem.

17 Quo verò ad modum traslationis faciendæ, facta illarũ recognitione, (quæ vt rectius fiat pridianam esse conuenit) reliquiæ componuntur in arca consignata, cuius claues simul cum instrumento recognitionis, & traditionis latoribus traduntur; exponuntur deinde in altari populo adorandæ per diem saltim deinde celebrata Missa, solemni cum apparatu viarum, & cãpanis sonantibus deferuntur; quocumque iter fit, pietatis, & lætitiæ significatio, tam in Clero, quàm in populo desiderari non debet. Ciuitas, vel Ecclesia, ad quam transferuntur solemni more obuiam prodibit, Ecclesiaque ipsa

aulcis,

Digitized by Google

auleis, aut alias, vt melius fieri poteſt ornabitur; poſtquam ad Eccleſiá peruenerint, debent ſaltim per biduum populo exponi, ac deinde Miſſa ſollemniter decantata, in loco decenti reconduntur; ex *Concil. Prouinciali Mediolanenſi* 4.

Ad ſacra hæc pignora recipienda, & transferenda, regulariter mitti ſolent Epiſcopi; vt tàm recognitio, quàm translatio honorificentius fiat; ſicque factum eſſe, cũ ſacra Chriſti imago Adeſſa Græciam translata eſt, teſtatur *Baronius anno* 933. Vbi contingerit deferri proceſſionaliter per Ciuitatem aliqua ex cauſa, ſi Eccleſia vnde tranſportãtur ſit regularis, Fratres debent præcedere cæteros regulares, ſed locum cedere Clero ſæculari, vt in facti contingentia reſpondit *Sacra Rituum Congregatio* 23. *Ianuarij* 1610. reſcribens Epiſcopo Senogallien.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ neque emi, neque vendi poſſunt. Amplia vt num.* 2. 3. & 8.

4 *Reliquiæ an poſſint exponi, vt largiores eleemoſinæ exequantur.*

5 *Contractus ſuper emptione, & venditione reliquiarum eſt nullus.*

6 *Ementes, & vendẽtes reliquias puniuntur pœna extraordinaria.*

7 *Et an prętium ſit repetendum ab emptore, vel applicetur fiſco.*

9 *Reliquiæ poſſunt emi ab infidelibus.*

10 *Mercatores ementes ab infidelibus reliquias, poſſunt deinde illas vendere, & nu.* 12.

11 *Reliquiæ poſſunt ſubtrahi ab infidelibus abſque vitio furti.*

13 *Reliquiæ vendi poſſunt cum vniuerſitate bonorum, & nu.* 14.

Reliquiæ an poſſint vendi, aut venales haberi, vel oſtendi prętio mediante.

CAP. XLIII.

1 REgula cõſtitui poteſt; Reliquias neq; emi, neq; vendi poſſe, ita docemur *ex c.* 2. *de reliq. et veneral. Sanctor. ibiq; gloſ. in verbo venalis, Hoſt. in princ. Io. Andr. nu.* 2. *Card. nu.* 2. *Butr. num.* 4. & 8. *Anchar. num.* 1. *Abb. in* 1. *notab.* cum quo concordat *tex. in l.* 2. *C. de ſacroſan. eccleſ. ibique Odofr. Bald. Salycet.* & *Caſtren. Angel. in verbo reliquiæ*, & ibi *Sylueſt. quæſt.* 1. *Armill. num.* 1. *Nauar. in ſum. cap.* 17. *num.* 69. *verſ.* 62. *Azor. moral. inſt. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *queſt.* 7. *Sanchez ad*

prącepta

Digitized by Google

præcepta Decalogi lib. 2. cap. vlt. num. 22. Steph. Duran. de ritib. lib. 1. cap. 25. num. 5. ad finem, Bonacin. de simon. quæst. 4. §. 2. nu. 7. Ratio est, quia cum non cadant in hominum cõmercio, §. *sacræ quoque res, Instit. de rerum diuis. l. sacræ. §. vltim. ff. de rerum diuis.* emptio, & venditio est prohibita, propterea quod res spiritualis, & sacra, pretio extimatur, *cap. diuite de iure patr. cap. querelam, de simon. in proposito Butr. d. cap. 2. num. 8. de reliq. & veneratio. Sanctorum. Philiarch. de off. Sacerd. tom. 1. lib. 3. par. 2. cap. 9. ad finem, Vgol. de simon. tabul. 1. c. 38. nu. 5. Rodoan. de simon. par. 1. cap. 4. num. 3.*

2 Extenditur primò, vt procedant etiam si sint in Ecclesia de iure patronatus, & patronus eas vendere, vel dare velit alteri Ecclesiæ, vt tradit *Andr. Siculus per illum tex. in c. nullus de iure patr.*

3 Extenditur secundò, vt sicuti nec emi, nec vendi possunt, ita non possunt haberi venales, *d. cap. 2. vbi DD. communiter de reliq. & veneratione Sanctorum*, & suffragatur *Sacr. Trid. Concil. sess. 25. de reliq. & venerat. Sanctorum*, vbi quod è sacrarum reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus est eliminandus.

4 Qua ratione, reliquiæ neq; locari possunt, neque ostendi pecunia mediante, *Abb. in d. c. 2. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 169. Fuscus de visitat. lib. 1, cap. 8. num. 14. vers. is autem, Rodoan. de simon. par. 1. cap. 4. sub num. 3.*

5 Extenditur tertiò, vt neque possint exponi animo principali, vt largiores eleemosynæ illis offerantur, *Io. Andr. d. cap. 2. num. 2. & ibi Card. num. 2. Butr. nu. 4. Abb. in 1. notab. Ang. in sum. verb. reliquiæ in princip. & ibi Sylvest. nu. 1. Vgol. d. cap. 38. in fine, Azor. d. cap. 8. q. 7. Graff. decis. par. 2. lib. 2. cap. 14. num. 7. Nauarr. in samm. cap. 17. num. 169. Fuscus de visitat. lib. 8. cap. 8. nu. 14.*

Ducuntur, quia in veneratione reliquiarum omnis turpis quæstus est elimandus, ex *S. Trid. Concilio sess. 25. de reliqu. & venerat. Sanctorũm*, qualis videtur iste, qui fit ex ostensione animo principali, vt largiores eleemosynæ sequantur. Contrariam opinionem, firmãt *Sot. de iust. & iur. lib. 9. quæst. 6. art. 2. in fin. Sãch. d. cap. vlt. num. 22. vers. at ego existimo*, & hæc mihi videtur verior. Siquidem non dicuntur reliquiæ haberi venales, nisi quando interuenit pecunia super locatione, vel ostensione rei, vbi autem exponuntur citrà pecuniam, vel pactũ,

Digitized by Google

dato, quod fiat animo, vt eleemosynæ sequantur largiores, tamen non potest dici, quod interueniat pecunia, cum dãtes ad id non cogantur.

Non obstat dispositio *Sacri Concilij*, quia non decernit aliquid de nouo, sed præcipit turpem quæstũ elimari, quod debet intelligi de quæstu à iure damnato, quia non est credendum, quod velit facere illicitum, quod est licitũ, sed magis prohibere actus illicitos, *l. decernimus 26. C. de episc. & cler.*

6 Extenditur quartò, vt si reliquiæ emantur, vel vendantur, contractus sit nullus, *glos. in d.l. 3. verb. distrahatur. C. de sacros. eccl.* quam ibi sequuntur *Odofred. Bald. num. 2. Salycet. in fin. Farinac. de furt. quæst 172. num. 65.*

7 Extẽditur quintò, vt ementes, & vendentes possint pœna extraordinaria puniri, *glos. in d.l. 3.* & ibi *Bald. sub num. 1.* vbi quod talis venditio habet in se delictum, & tendit ad iniuriam Dei, & ipsius Sancti, *Salycet. sub num. 1. Farinac. loc. cit. num. 74.*

8 An autem emptor repetat pretium à venditione, an verò applicetur fisco, videndus est *Alber. & Odofred. in d.l. 3. C. de sacros. eccl. cum alijs per Bonacin. de simon. quæst. 7. punct. 3. diffic. 1. num. 9.*

9 Extenditur sextò, vt prædicta procedant, siue reliquiæ sint Sanctorum Martyrũ, siue Cõfessorum, siue aliorum, vt scribit *Butr. in d. cap. 2. in fine, de reliq. & vener. Sanctor.*

Eamdem conclusionem, vt supra extensam limita Primò, nè procedat vbi reliquiæ emerentur ab Infidelibus, tũc enim non tam est emere, quã ab eis tamquam ab iniustis possessoribus vindicare, & pecunia, quæ impenditur non iudicatur tamquam pretium, sed vti instrumentum habile ad redimendam vexationem, *Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 16. punct. 3. col. 2. vers. 5. sequitur Archid. in cap. corpora vers. quid dicendum de consecrat. dist. 1. Farinac. de furt. quæst. 171. nu. 164. Philiarch. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. ad fin. Sanch. ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. vlt. num. 22. Suarez ad Faler.* quos refert *Bonacin. de simon. quæst. 6. punct. 5. num. 15.* & facit, quod sicuti Sanctus si viuens, esset apud Hostes, licitè posset redimi, pari ratione redimi possunt reliquiæ, in quibus eius memoria conseruatur, *l. ossa, & l. cum corpus ff. de relig. & sumpt. funer.* Corpus D. Marci Euangelistæ, quod Alexandriæ in Aegypto iacebat inglorium, opera Mercatorum Venetorum Venetiis

pro

Digitized by Google

pro regia illius Senatus dignitate ornatum veneramur, *Baron. anno* 820. Tunicã Christi Domini inconsutilem, à militibus sorte datã à Christianis redemptam, scribit idẽ anno 54. ex *Gregorio Turonense*, qui suis temporibus tradit in Galitia fuisse repositam.

10 Reliquiæ Sancti Antistitis Augustini ex Africa, Vuãdalica grassante persequutione in Sardiniam delatæ, quas Luitprandus Rex à Saracenis, (qui eam Insulã tunc obtinebant) redemptas Ticinum transtulit, *Baronius anno* 725. Idem existimat, reliquias S. Ignatij Martyris prętio mediante sub Traiano Imperatore Roma fuisse Antiochiam translatas anno Domini 111.

Vigente Galerii persequutione, Simplicius Cilitiæ Proconsul auatitiam Sæuitię iungens, Martyrum corpora, sacrosve cineres prętio distrahebat, & pro cõperto habetur accessisse illuc veluti ad publicum Emporiũ ex Italia, & Africa insuetæ pietatis Mercatores, *Baronius anno* 305. *Eusebius lib.* 6. pluribus commendat pietatem Ecclesiarũ Lugdunensis, & Viennensis in Aquitania, quæ sacros cineres Martyrum contemporaneorũ Surum magno prętio redimere procurabant.

11 Et sicuti possunt emi ab Infidelibus, ita possunt ab illis subtrahi absq; vitio furti, *Vgo & Turrecrem. in cap. corpora de consecration. dist.* 1. *Philiarch. & Sanch. locis cit. Genuen. in prax. Archiep. cap.* 56. Item & posſũt in pactũ deduci, quia quæ cedunt in emptione, cadunt in pactũ, *l.* 1. *ff. de pact. cũ vulgar.* Henrici Germanorum Regis pietas iure laudatur, propterea quod aurũ non solum abũdè miserit Rodulpho, sed Sueuiæ quoque partem illi dederit pro habenda lancea, qua Christus latus fuit in cruce perfoxus, *Baron. anno* 929. Crucem Domini à Chosroa Persarum Rege à Hierosolymis in Persiam ablatam à Sinocchio eius filio Heraclius Imperator recuperauit, vt legimus in actibus, quos Ecclesia legit *in Breuiario die* 14. *Septembris.*

12 Limitatur secundò, vt Mercatores ementes reliquias ab Infidelibus, possint deinde saltim vtilitatis gratia, nobis illas vendere, etiam carius, vt decentius collocentur in Ecclesijs, quia satis est, quod nobis hanc piam operam præstent, & hoc medio allici possunt ad expẽdendas pecunias, & labores subeundos, pro sacris reliquiis ad nos exportandis, & sic intelligi debent,

LYON

Digitized by Google

Odofr. & Alber. in d. l. 3. C. de sacrof. eccl. dum scribunt, quòd Mercatores Veneti quotidie reliquias vendunt, & quod in dies de facto venduntur.

13 Limitatur tertiò, vbi reliquiæ venduntur cum vniuersitate bonorum, quia tunc nō considerantur tamquam de per se, sed tāquam accessoria, *Castr. in d. l. 3. sub nu. 1. tex. in l. in modicis ff. de contrahen. empt.* Ego quidem non video quomodo reliquiæ possunt vendi cum vniuersitate bonorum, nam neq; Ecclesiæ, in quibus reliquiæ sunt, vendi possint, *l. sancimus, C. de sacrosan. eccles. sacra Inst. de rerum diuis.*

14 Non potest ergo hæc Castrēsis doctrina verificari, nisi in venditione Castri, in quo adsit Ecclesia de iure patronatus Baronis, quo casu vendito Castro, transfertur ius patronatus, & consequenter trāsit Ecclesia simul cum reliquijs.

Dare reliquias posse ad grati animi significationem, docemur exemplo S. Thomæ Cātuarensis, qui à Monachis Pontiniacēsis Monasterij hospitio receptus, corpus integrum Sancti Ermandi Episcopi ad hospitalitatem compensandam Monasterio transmisit.

SVMMARIVM.

1 *In venditione reliquiarum an requiratur beneplacitum Apostolicum, & nu. 4. 5. & 6.*
2 *Reliquias habere plurimum interest.*
3 *Reliquiæ æquiparantur in alienatione vasis sacris.*

An in alienatione reliquiarum requiratur beneplacitum Sedis Apostolicæ.

CAP. XLIV.

1 INspecta iuris communis dispositione, in reliquiarum alienatione non requiri beneplacitum Apostolicū, sed satis esse, si Episcopi accedat licentia, docemur ex *cap. corpora de consecrat. dist. 1. ibique Vgo, Bellamer. Turrecrem. glos. in l. fin. verb. Pontifice ff. de mortuo inferen. & in l. si quis enim ff. de relig. & sumpt. fun.*

Quinnimò vbi reliquiæ sūt in Ecclesia, nō tamen traditæ perpetuæ sepulturæ, non prohiberi de iure communi Rectorem eas tradere absque licentia Episcopi, docent *Vgo, & Turrecrem. locis citatis, D. Anton. in 3. par. summ. titu. 12. cap. 2. ad finem. Sylvest. & Tabien.*

Digitized by Google

Tabien. in verbo reliquiæ, Sanch. ad præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vltim. nu. 25. Gherlenſon. conſ. 28.

Cæterũ, ſtante diſpoſitione *Extrauagant. ambitioſe de rebus eccl. nõ alien.* reliquias alienari non poſſe ſine beneplacito Sedis Apoſtolicæ, cẽſuit *Abb. in c. nullus in 1 not. de iur. patro. Redoan. de ſimon. par. 1. cap. 5. num. 5.* tradũt, & rectè *Genuẽ. in praxi Archiepiſc. cap. 56. in addit. num. 4. Ricc. in praxi reſol. 60. Maranta iunior*, qui pluribus probat *conſ. 3. par. 2.*

Ratio eſt, quia vigore dictę Extrauag. prohibetur alienatio præſertim rerũ pretioſarũ, quibus Eccleſiæ, & loca pia illuſtrantur; reliquias autem eſſe tales, docet *D. Thom. in 3. par. q. 25. art. 6. in reſponſione, ad primum, & ſecundum Concilium Trid. ſeſſ. 25. de reliq. & venerat. Sanct.*

2 Secundò, quia intereſt plurimũ ſacras reliquias habere, propter multa beneficia, quæ inde manant, quæ nos fusè tradidimus ſupra *cap. 27*

3 Tertiò, quia ſi prohibentur alienari vaſa ſacra, §. *ſacra quoque res, Inſt. de rerum diuiſ.* vtiq; multo fortius debet prohiberi alienatio reliquiarum, quæ ſunt pretioſiores, *D. Thom. loc. citat.*

Hanc opinionem ſeruat Curia Romana, vidi enim nõ ſemel ſimiles licentias cõcedi per viam Breuis, vel per commiſſionẽ manu Sanctiſs. ſignatam, duplicique reſtrictam conditione, quarum prima eſt, quod recipiantur à ſponte dare volentibus; Secunda, quod non extrahantur reliquiæ muro incluſæ.

5 Hæc concluſio limitatur primò, ne procedat in reliquijs, quæ afferuntur à Mercatoribus è partibus Infidelium; etenim quia illæ conſiderantur vti meroes, & res propriæ, poſſunt facta illarum recognitione alienari, vt ſcribunt *Petrus de Bellapert. Odofr. & Alberic. in l. 3. C. de ſacroſan. eccleſ.*

5 Limitatur ſecundò, ne procedat in reliquijs exiſtẽtibus pœnes pios viros, vti perſonas particulares; nam & ipſi eas dare, & cõcedere poſſunt vti res proprias abſque Epiſcopi, vel Papæ conſenſu, *Bellapert. & Alberic. locis cit.*

6 Tertiò limitatur, quando in Eccleſia adſũt plures eiuſdem Sancti partes, tunc enim pietatis cauſa non prohibetur Rector fruſtulum aliquod ſine beneplacito dare, nam alijs remanentibus, Eccleſiæ decor non deficit, & pietas dilatatur, *Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 8.*

num.

Digitized by Google

num. 12. vers. cum licentia tamen Episcopi.

SVMMARIVM.

3 *Furtum committitur in reliquijs, Amplia nu. 2. & 5. Limita nu. 4. 5. & 7.*

An in reliquijs committatur furtum.

CAP. XLV.

3 IN reliquijs Sanctorum surripiendis, committi furtum sacrilegum probat *Textus in cap quisquis inuentus, §. similiter 17. q. 4. & in l. sacrilegij pœnam, & l. sacrilegis capite ff. ad l. Iuliam pecul. & in l. tertia, vbi glos in verbo dedicatum C. de furt. Bald. & Salycet. in l. 3. C. de sacrosanct. eccles. Archid. Egid. & Turrecrem. in d. cap. quisquis Foller. in prax. verbo capiat informationē sub num. 1. Decian. tract. crimin: lib. 7. cap. 30. num. 28. Peguer. decis. crim. 24. num ij. Farinac. de furt. quæst. 172. num. 64. post glos. in cap. corpora de consecrat. dist. 1. D. Ant. in sum. par. 3. tit. 12. cap. 8. in fine, Sylvest. in sum. verbo reliquiæ q. 2. & ibi Angel. num. 2. Armill. num. 2. Tabien. num. 3. Azor. moral. inst. tom. 1. lib. 1. cap. 8. q. 9. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem, Sanchez ad præcepta decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vlt. nu. 23. Fusch. de visit. lib. 1. cap. 8. sub numer. 12. Genuen. in praxi Archiepiscopali cap. 56. in addit. num. 4.*

2 Quod procedit primò, etiã si hoc fiat ex deuotione, vt reliquiæ honorificentius collocentur; prout vltra relatos scribit *Redoan. de sim. par. 1. cap. 4. sub num. 4. Laurent. de Pern. in constit. ordin. minorum Leonis X. const. 2. §. 2. nu 5.*

3 Procedit secundò, vt in hac materia neque paruitas materiæ excusat à furto, quia dignitas, raritas, & extimatio in hoc negotio magis inspicitur, quàm quantitas; *Sanchez loc. citat ante num. 24. Laur. Perin. vbi supra.*

4 Prædicta limitantur primò, nè procedãt si reliquiæ essent penes infideles, ab ijs enim tamquam ab iniustis possessoribus auferri, & surripi possũt, vt dictum est *supra cap. 42. in 1. limit.*

5 Limitantur secũdò, nè procedant, quando auferuntur authoritate eius, cui custodia reliquiarum est commissa, *Azor. d. cap. 8. q. 9.* Nititur autem *tex. in d. cap. quisquis inuentus, versic. si quis domum, 17. q. 4.* vbi ait, *si quis domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia*

Digitized by Google

tia illius, vt commissa esse dignoscitur, indè abstulerit, sciat se communione priuatum.

6 Contrariũ existimat *Sanch. d. cap. vlt. nu. 23. vers. caterum*, ea ratione ductus, quod is, cui rei, custodia est commissa nõ habet facultatem eam dandi, ac propterea eius licentia nõ magis excusat à furto, quàm licentia custodis vineæ.

Ego arbitror, quòd vbi intercedit licentia Custodis, nõ potest dici vere furtum, neq; sacrilegium, ideoq; ad istum effectũ licentia suffragatur, vt apertè probat *tex. in d. §. si quis domum*. Cæterum quia post *Extrauag. ambitiosè de reb. eccl. non alienan.* reliquiæ nequeunt alienari sine beneplacito Apostolico, vt dictum est *supra cap. 43.* meritò datio, vel acceptio dicitur nulla, non obstante licentia Custodis, quia licet illa tollat qualitatẽ furti, quæ non potest dari inuito possessore, non tamen validat actum.

7 Limitatur tertiò, vt quando reliquiæ surripiuntur à priuatis penes quos reperiuntur, committitur quidem furtum, non autem sacrilegium, quia consideratur vti res priuata, vt scribit *Salycet. in d. l. 3. C. de sacrosan. eccles.* vt probat *tex. in l. Diui., & l. sacrilegij pœnam, & l. sacrilegij capite ff. ad l. Iuliã pecul.* Quod quidem rectè procedit inspecta iuris ciuilis dispositione. Cæterum inspecta dispositione Sacrorũ Canonum, sufficit si res sacra, à quocumq; furetur, ad effectum, vt dicatur admissum sacrilegium; *cap. quisquis 17. q. 4.* & probat *glos. in d. l. 3. C. de furt. Faiin. de furt. q. 172. n. 65.*

SVMMARIVM.

1 *Furtum reliquiarum an habeat annexam censuram, & nu. 2.*

Surripientes reliquias an contrahant aliquam censuram.

CAP. XLVI.

1 QVod incurrant excõmunicationem minorem, probari videtur ex *cap. quisquis inuentus, §. si quis domum 17. q. 4.* Vbi si quis domum Dei violauerit. & aliqua sine licentia illius, cui cõmissa esse dignoscitur, inde abstulerit donec satisfaciat, sciat se communione priuatum, cuius tex. autẽ opinionem probat *Azor. moral. institut. tom. 1. lib. 9. cap. 8. q. 10.* Cæterùm *Sanchez ad præcepta decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vltim. num. 24.* existimat nullam incurri

Digitized by Google

curri cenſuram, tum quia certum non eſt an diſpoſitio *d.* §. *ſi quis domum* contineat excõmunicationem minorem, an verò ſolam ſeparationem ab vſu Euchariſtiæ; tum etiam, quia excommunicatio minor hodie non videtur in vſu, niſi quoad participationem cum excommunicato, *Caietan. in ſumm. uerbo excommunicatio in fin. Sot. in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. Nauar. in Manual cap. 27. num. 25. Suarez de cenſur. diſp. 22. ſect. 2. nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Peccata quæ cadunt in reliquiarũ veneratione.*
2 *Reliquiæ nõ ſunt uenerandæ ſimpliciter de per ſe adoratione latriæ, ſed ea ueneratione qua uenerantur ſerui propter dominum.*
3 *Reliquiæ non debent uenerari ex affectione humana.*
4 *Ad ægrotos deferri non debent.*
5 *Tangi debent ſolum à conſtitutis in ſacris. Limita num. 8. & ſequen.*
6 *Clodoueus Rex Franchorũ propter tactũ minus reuerendum corporis S. Dionyſij, perpetua dementia laborauit.*
7 *Chosroæ reuerentia erga Crucem Chriſti.*
8 *Falſa nomina Martyrum, & reliquiæ incertæ non ſunt uenerandæ.*

De peccatis, quæ committi poſſunt circa reliquias.

CAP: XLVII.

1 SIcuti in veneratione reliquiarum Sanctorum plurimum meremur, ita circa eas non leuia peccata committi poſſunt, ſi debito modo non colantur. Peccatur ergo primum, ſi adorentur ſimpliciter de per ſe adoratione Latriæ, cum debeãt ve-
2 nerari ea veneratione, qua venerantur ſerui propter Dominum, nempe adoratione Luliæ, *D. Thom.* quem cæteri communi conſenſu probant *in 3. par. q. 25. art. 6.*

3 Et ſimiliter non debent venetari ex affectione humana tantum, quod contingit in illis, qui ducti tantum opinione, quã habẽt de alicuius ſanctitate, antequã ab Eccleſia declaretur Sãctus illi publicũ cultum tribuunt, aduerſus quos veluti contra malè de Sanctorum cultu ſentientes procedere conſueuit ſanctum Inquiſitionis Officium, vigore decreti Sanctiſs. Domini Noſtri Vrbani VIII. de quo in *Bullario conſt. 37. tom. 4.*

4 Tertiò ab Eccleſia, vbi aſ-

ſeruantur

Digitized by Google

seruantur, ad ægrotos transferri non debent, *Io. Baptista Signius in tract. de reliq. cap. 44. col. vlt.* & tanto minus radi, & ægrotantibus ad potãdum dari, vt in facti contingentia respõdit S. Congregatio Episcoporum sub die 17. Decembris 1591. rescribens Episcopo Biscegliæ.

5 Tangi præterea sine peccato non possunt, nisi ab ijs, qui sunt in sacris constituti, *cap. non oportet in sacratos, & cap. nõ liceat 23. dist & vtrobiq; glo. & DD.* & benefacit *Matthæi cap.* 14. vbi reliquias panis multiplicati Christus Apostolis, non autem turbis colligendas commisit, vasa ergo in quibus sunt inclusæ nequeunt in processionibus deferri nisi à personis in sacris constitutis, *glos. in d. cap. non liceat, & ibi Archid. D. Anton. in sum. par. 3. titu. 14. cap. 12. S. 4. Sylvest. in verb. Eucharistia 3. q. 4. Palud. in 4. sent. distin. 13. q. 1. num. 15. Guliel. Durand. de modo celebrat. concil. rubr. 269. Genuen. in praxi cap. 56. nu. 6. in addit. refert Tritem. in Breuia. annal. Francorum in Clodoueo* 6 52. Regem Clodoueũ propter minus reuerendum contactum corporis S. Dionysij, biennio dementia laborasse, in eaque tandem defunctum scribit Baron. anno 661.

7 Chosroas Rex licet barbarus, & in Christianos infensissimus, expugnata Hierosolyma, Cruceque Christi Domini Nostri, simul cum templi Gaza in Persidem ablata, ità eam reueritum fuisse constat, vt nec ausus fuerit ab ipsa qua claudebatur theca signaculum amouere, *Baron. anno 614.*

8 Sunt tamen nonnulli casus in quibus etiam laicis licet sacras reliquias pertractare, nẽpè, si reliquiæ reperirentur apud Infideles, *Vgo & Turrecrem. in cap. corpora de consecrat. dist. 1.* Item si reperirentur in aliquo loco deperdita, vel ad effectum eas includendi in vasis, aut thecis, quia dicti casus non procedunt ex contemptu, sed religionis causa, *Sanchez ad præcepta decalogi tom. 1. lib. 2. cap. vlt. nu. 27.*

Et quæ dicuntur de reliquijs, procedunt etiam in Agnis Dei, quia cũ sint sacro Chrismate vncti, & Pontificia benedictione ad instar Calicum consecrati, militat eadem ratio. *Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 6. q. 7. Sanchez loc. cit. num. 27.*

9 Rursus diligenter cauendũ est, ne falsa nomina Martyrũ & incertæ reliquiæ colantur, vt ex *Concilio Africano* cauit Carolus Magnus *lib. 1. Legum*

Digitized by Google

Franchorum cap. 41. prout illũ refert *Stephan. Duran. de ritib. eccleſiæ.*

Cæterum quomodo peccari contingat ex frequentia, in oſtendendo reliquias, aut eas venales habendo, vel ex furto *infrà* ſuis locis dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Reliquias collo appenſas geſtare an liceat, & num.* 2. *Limita num.* 6. *&* 7.
3 *S. Marina, crucem ferream, & annulum cũ ligno crucis collo appenſam geſtabat.*
4. *&* 5. *Referuntur alia exempla.*
8 *Fornicatio admiſſa ab eo, qui gerebat reliquias ſecum appenſas, an inducat malitiam neceſſario confitendam, nu.* 9.

An liceat reliquias collo appenſas geſtare.

CAP. XLVIII.

1 NOn licere exiſtimant *Angel. in ſumm. verb. reliquiæ num.* 4. *Circul. de ſuperſt. par.* 3. *cap* 4. *Criuell. Tarocenſ. lib. de ſuperſt. par.* 3. *cap.* 8.

Ducuntur primo ex *Concilio Bracarenſi* 3. *cap.* 3. vbi reprehenduntur Epiſcopi, qui in Martyrum ſollemnitatibus ad Eccleſiam progreſſu reliquias collo ſuſpenſas geſtabant.

Secundò, quia ſi non licet Martyrum corpora de loco ad locũ transferre ſine licentia, *cap. corpora de conſecrat. diſt.* 1. multo minus licebit eas continuò ſupra deferre.

Hæc tamen argumenta, facili negotio refutantur, non enim par eſt ratio translationis de loco ad locum, quæ multa requirit, de quibus in *d. cap. corpora*, ac geſtationis ad collum, quæ omnia ſupponit, & ideo ab vno ad alium non bene infertur, *l. Papinianus ff. de minor.*

Non obſtat *Concilium Bracarenſe*, quia non reprehendit geſtationem, ſed modum geſtandi cum indecenti leuitate.

2 Quibus ſublatis pium, ac religioſum eſſe reliquias ad collum appenſas veneratione cauſa geſtare, docet *D. Th.* 2. 2. *q.* 96. *art.* 4. *in tertio argumento, eiuſque reſponſione, Maldon. in Io. cap.* 1. *Roſell. in ſum. verbo reliquiæ in fin. & ibi Sylueſt. nu.* 4. *Armill. num.* 4. *Tabien. in fin. Nauar. in ſum. cap.* 11. *nu.* 35. *D. Anton. in ſum. par.* 2. *tit.* 12. *c.* 1. *§.* 13. *Delrio diſquiſ. magicarum lib.* 1. *queſt.* 4. *par.* 1. *& lib.* 3. *q.* 4. *ſect.* 3. *verſ. concluſionis*

prior

Digitized by Google

prior pars pat. 2. Suarez in 3. par. tom. 1. q. 21. art. 6, disput. 55. in fin. & tom. 1. de reliq. lib. 2. de superst. cap. 15. num. 16. Vasq. de adorat. imag. lib. 3. disp. 3. cap. 8. nu. 115. Azor. to. 1. lib. 9. c. 3. q. 6. Sayr. in clavi regia lib. 4. cap. 6. num. 8. Sanchez ad precept. decal. tom. 2. lib. 2. cap. 4. nu. 27. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 8 num. 13. Stephan. de ritib. eccles. lib. 1. cap. 25. num. 10. Emmanuel de Vall. de Ensal. sect. 1. cap. 4. nu 12. & sect. 2. cap. 14. nu. x.

3 Ratio est; quia hæc non est per se malum, neque continet aliquam indecentiam, cũ fiat ex pia affectione, in honorem Sanctotum, atque ideò cum non reperiatur prohibitum, debet licitũ reputari; & hanc opinionem vetus, & recens Ecclesiæ vsus probat.

4 Nam S. Marina S. Gregorij Niceni soror, crucem ferreã, annulum cum ligno crucis collo appensam, cordique inhærentem, semper gestabat, post cuius obitum crux Vestianæ deuotæ mulieri, quæ curam ornandi corpus acceperat, annulus verò ipsi Gregorio pia deuotione deuenit, *Baronius tom. 4. anno 373. pag. 397. cum sequenti*, Beata Elena ex clauis Domini Nostri Iesu Christi galeæ Cõstantini indidit, & S. Antonius vestem S. Pauli primi Heremitæ diebus sollemnibus in reuerentiam portauit. Beatus quoque Athanasius tritum Antonii pallium exultans tulit. S. Gregorius Nissenus de puluere S. Theodori Martyris, & S. Gregorius Papa de Petri catena gloriatur. S. Germanus reliquias Sanctorum collo appensas semper gerebat, vt scribit *Iacob. de Voragine in eius vita, & D. August. tom. 2. epist. 103. ad Quintianum* commendat Gallam Sancti Præpositi relictam, & filiam eius Simpliciolam nuncupatam, & quod reliquias S. Stephani Martyris secum ferebant.

5 Fateor gestationem reliquiarum Ecclesiasticis magis congruere, quàm laicis; reliquias enim panis multiplicati Christus Apostolis tradidit colligendas, nõ autem turbis, *Matt. cap. 6.*

6 Laicis & si reliquiarũ vsus vetitus non reperiatur, illis tàmen consulerem gestationem, qui vitam à peccatis alienam ducunt, vel tempore quo sacramenta sumunt, vel orationi vacant, aliàs saltim ab indecẽtię peccato immunes non essent.

7 Quoad mulieres attinet, Monialibus, ac viduis pium reputatur, vt patet exemplo Sanctarum Marinæ, Gallæ, & Simpliciolæ, de quibus supra

Digitized by Google

dictum eſt; coniugatis verò conceſſi poteſt, vt eas habeãt in loculo à cubili ſeparato,
8 non autem vt ſecum deferãt; Meretrices ab omni reliquiarum vſu ſunt arcendæ, *Ioãnes Baptiſta Signius in tract. de reliq. cap. 42. verſ. mulieribus.* & quibus licet reliquias collo geſtare, licet etiam Sanctorũ nomina cartis, inſcripta, & collo religata deferre, dummodo nihil adſit, quod poſſit ſuperſtitionem inducere; *D. Thom. 2. 2. quæſt. 96. art. 4. S. Ant. par. 2. tit. 12. cap. 1. §. 13. Nauar. in Manual. cap. xii num. 35.*

9 Quæri ſolet an peccatum fornicationis, aut obſcenitatis admiſſum ab eo, quod geſtat reliquias, inducat malitiam neceſſariò confitendam? Affirmatiuam opinionem probat *Philiarch. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. ad finẽ, verſ. 4. peccat.* & in hac eadẽ ſententia videtur *Fuſcus de viſitat. lib. 1. nu. 13.* dum aſſerit eſſe licitum reliquias collo geſtare, ſed periculoſum, quia peccando dehoneſtantur, & iniuria afficiuntur.

Contrarium tenet *Azor. Moral. inſt. tom. 1. lib. 3. cap. 8. quæſt. 6.* quam ſequuntur *Sanchez d. cap. 40. nu. 28. Fagund. ad præcept. eccl. par. 1. lib. 11. cap. 4. num. 13.* quæ etiam mihi verior videtur; ſiquidem vbi peccatum nõ eſt ordinatum ad eõtemptum reliquiarum, cum fornicans non intelligat reliquias contemnere, ſed ſuo ſenſui indulgere, illa irreuerentia non continet notabilẽ deformitatem, quæ inducat circumſtantiã neceſſario confitendam. Puto tamen, quod ſi geſtans reliquias, fornicando credat ſe illis iniuriam notabilem inferre, tunc circumſtantia eſſet confitenda, quia grauitas ineſt in intentione, ſecundum quam peccata regulantur, *l. non omnis ff. de act. & oblig.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ omnes religionem tangentes pertinent ad Epiſcopum.*
2 *Epiſcopus debet decernere de veritate reliquiarum.*
3 *Princeps, & iudex ſecularis pluribus populis, vel Ciuitatibus contendentibus de reliquijs, poteſt extraiudicialiter populos coercere, ne partes veniant ad arma, & contrauenientes punire, ſed iudicium pertinet ad Epiſcopum.*
4 *In rebus ſanctis nulla Principi ſeculari datur poteſtas.*

Pla-

Digitized by Google

Pluribus contendentibus de proprietate, vel possessione reliquiarum, ad quem spectet iudicium.

CAP. XLIX.

1 SIcuti causæ omnes religionem tangentes, pertinent ad solum Episcopum, *l. nulli §. quod si inuito, C. de sacrosan eccl glos. in l. hæreditas §. 3. ff. de petit. hæred.* ita ad eundem spectat iudicium reliquiarum *l. decernimus, C. de episc. & cler*, hoc etiam ante solo naturæ lumine respondebat *Vlpian. in l. fin. ff. de mort. infer. Plin. secundus epist. 73. & 74.* & tradit *glos. in l. nemo C. de relig. & sumpt. fun. & in cap. corpora de consecr. dist. 1.*

2 Ad Episcopum ergo pertinet decernere de reliquiarũ veritate, & miraculis, vt dictũ est *supra cap. 4.* Item & de superstitionibus extirpandis, *l. matematicos C. de episcopali audientia*, necnon vbi, & quomodo collocari debeant, *d.l. decernimus, C. de episc. & cleric.* Itẽ an sint, vel non sint alibi transferendæ, *cap. corpora de consecrat. dist. 1.* & plenius dictũ est *supra cap. 12.*

3 Quod si de reliquiarum pertinentia, aut possessione agatur inter plures Ecclesias, vel ciuitates, esto quod Iudex, aut Princeps secularis possit coercere populos, ne deueniant ad arma, & hac occasione delinquentes punire, iudicium tamen ad quos reliquiæ

4 pertineant, spectat ad Episcopum, *Papon. arrest. 6. tit. 1.* in rebus etenim sãctis nulla Principis secularis datur potestas, *Papon. arrest. 1. eod. tit. cit.*

SVMMARIVM.

1 *Causæ propter quas Ecclesia potest priuari reliquijs. Declara nu. 5.*

2 *Reliquiæ non debent permanere in Ecclesijs in quibus non sunt clerici qui psallendi frequentia possint famulari.*

3 *Patronis discordantibus in Rectore Ecclesiæ eligendo, potest Episcopus interim transferre reliquias.*

6 *Reliquijs non debet Ecclesia priuari, nisi quando aliter prouideri non potest.*

5 *Reliquijs ablatis, Ecclesia non dicitur execrata. Declara vt ibi.*

Ecclesia quando potest priuari reliquijs.

Digitized by Google

CAP. L.

1 VBi Eccleſia deuenit ad ſtatum, in quò miniſtris careat, poteſt Epiſcopus reliquias inde auferre, & Eccleſiam claudere, donec eidem de ſeruitio prouideatur, *cap. 1. & 2. de iure patron. cap ſi plures, & cap. conſiderandum 16. queſt. 7.*

2 Ratio eſt, quia non decet reliquias permanere niſi in locis, in quibus ſunt clerici, qui pſallendi frequentia ſacris cineribus famulentur, *Concil. Eupanenſe can. 25.*

3 Contingere hoc ipſum poteſt, vel vbi patroni Eccleſiæ in eligendo Rectore diſcordant, *d. cap. 1. & 2. de iur. patr.* vel vbi ad talem paupertatem deuenit, vt Rectore careat, quia eadem militat ratio, qua ratione in actis viſitationis Sanctiſs. D. N. Vrbani Papæ VIII. vidimus, quod cùm Eccleſia S. Georgii in velabro eſſet ſpirituali ſeruitio deſtituta, reliquiæ ibi exiſtentes erãt depoſitæ cuſtodiæ cauſa penes oblatas Turris ſpeculorũ donec Eccleſia S. Georgij de ſeruitio prouideretur.

4 Ad hanc autem reliquiarũ oblationem, Epiſcopus deuenire debet, quando aliter prouideri nõ poteſt, quia hoc eſt vltimum remedium, ad quod deueniri non debet, vbi alia nõ poſſunt adhiberi, *gloſ. in d. cap. 2. de iur. patron. & ibi Abb. & Andr. Sicul. nu. 1.*

5 Cæterum vbi reliquiæ auferuntur ex aris, ita demum remanent altaria execrata, ſi ſint fracta ſigilla, aliàs per ſolam ablationem reliquiarum, altaria non remanent execrata, *Turrecrem. in cap. de fabrica num. 2. verſ. quando verò*, & ibi *Egid. de conſecr. diſt. 1. & in cap. placuit ſub nu. 1. eadem diſtinct.*

SVMMARIVM.

1 *Aufugiens ad ſacras reliquias an gaudeat immunitate.*

An confugiens ad ſacras reliquias, dum poceſſionaliter deferuntur gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.

CAP. LI.

1 AFfirmatiuam opinionẽ probat *Marius Italia in tract. de immunitate eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 10 nu. 4.* ad quem in facti contingentia lectorem reijcio.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ an debeant deferri in processionibus.*

Sacræ reliquiæ an debeant in processionibus deferri.

CAP: LII.

1 POsse deferri ad excitandã Populi deuotionẽ, docet *glos. in cap. non liceat, vbi Archid. 23. distinct.* dummodo deferantur pulsantibus cãpanis in thecis inclusæ, a Sacerdotib⁹, seu saltim à personis in sacris constitutis *glos. & Archid. loc. cit. D. Anton. in sum. par. 3. tit. 14. cap. 12. n. 4. Palud. in 4. sent. dist. 13. quæst. 1. num. 15. Gulielm. Durand. in tract. de modo celebrand. concil. rub. 69.*

Excipimus processionem diei Sanctiss. Corporis Christi, in qua reliquię deferri non debent propter realem Christi præsentiam, cui immediatè Latriæ honor debetur, *Emanuel Sà in Aphorism. verb. processio, Campanil. in diuers. rubr. 12. cap. 13. nu. 119.*



Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM. LIBER SECVNDVS.

De Episcopo Titulari.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus titularis, & Chorepiscopus an sit idem, & quomodo differant, nu. 2. 3. & 4.*
5 *Chorepiscoporum ordo reprobatus.*
7 *Subdiaconatus secundum priscos Canones cõnumerabatur inter ordines minores.*
8 *Ex Chorepiscopis erant aliqui, qui quandoq; Episcopalem consecrationem acceperunt.*

An Episcopi Titulares sint ijdem, quos antiquitas Chorepiscopos vocabat.

CAP. I.

1 FRancifcus Horantius, locorum ecclesiasticorum lib. 6. cap. 12. & Leonufr. Panuin. in addit. ad Platinam in vita Lini & Cleti. existimant Episcopos titulares, quos alij portatiles, alij annullares, & alij nullatenenses vocant, esse eosdem quos antiquitas Chorepiscopos vocabat, ea tantum ratione ducti, quod olim Chorepiscopi poterant conferre ordines minores, ac etiam Subdiaconatum, *Can. Ecclesijs §. inter Episcopos, vers. Episcopi 68. distinct.* at prædicta facere nequeunt nisi Episcopi, ergo.

2 Cæterùm dicendum est, Chorepiscopos olim fuisse Vicarios Episcoporum, qui in Oppidis, & Villis curam animarum gerebãt loco Episcoporum, vt nunc ferè Parochi faciunt, prout concludunt *Bellarm. in controuer. tit. de cler. lib. 1 cap. 17. Hieronym. Vuillel. de Episcopo Titulari par. 1. Tholos. Syntagmat. iur. lib. 15. cap. 12. a num. 44. vsque ad finem, Barbos. de Episcopo par. 1. titu. 1. cap. 6. nu. 19. & 20.*

3 Primò siquidem Chorepiscopi in Villis, & Oppidis constituebantur, *d. cap. Ecclesijs §. inter Episcopos 68. distin.* vnde vox ipsa *Chorepiscopi*, quę

Græca

Græca est, latinè reddita, *villanum*, siuè *ruralem*, refert. Constat autem Episcopos, nō in villis, & pagis, sed in Ciuitatibus fuisse constitutos, *cap. 1. de priuileg. cap. illud, & cap. Episcopi, 80. dist.*

4 Secundò, Chorepiscopis prohibitum erat Presbyteros, atq; Diaconos, & virgines, Altaria, & Ecclesias consecrare, Chrisma conficere, in fronte chrismate signare, *cap. quāuis, 68. dist.* quæ omnia fieri posse ab Episcopis titularibus de Ordinarij licentia, & vsu quotidiano docemur, & patet ex *Sacr. Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 2.*

5 Tertiò, ordo Chorepiscoporum est à Sede Apostolica reprobatus tanquam praua, & improba institutio, *cap. Chorepiscopi 68. dist.* at Episcopi titulares in Ecclesia catholica æquè, ac alij honorantur, *clem. in plerisque de elect.* & fusius in sequenti capite dicetur, ergò.

6 Quartò, hæc veritas comprobatur ex *Concilio Neocæsariensi cap. 13.* quod in hęc verba loquitur. *Vicarij autem Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocāt, constituti quidem sunt ad exemplum septuaginta seniorum, sed tanquam Consacerdotes propter sollicitudinem, & studium, quod in pauperes agunt efferant, & honorabiles habeantur.* Concordat', *& Concilium Ancyranum cap. 13.* cuius verba sunt hæc. *Vicarijs Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocant, non licere, vel Presbyteros, vel Diaconos ordinare, sed nec Presbyteros Ciuitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, nec sine authoritate litterarum eius in vnaquaque Parochia, aliquid agere.*

7 Nec turbet, quod secundū antiquos Canones Corepiscopi possunt conferre ordines minores, & Subdiaconatum, siquidem Subdiaconatus tēporibus illis cōnumerabatur inter ordines minores; *cap. erubescant 32. dist. cap. miramur de seruis non ord. cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, atque ideo argumentum nō concludit Episcopalē auctoritatem, cum prædicta possint à non Episcopis fieri, *d. cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.*

8 Prætereà ex Chorepiscopis quandoq; aderant aliqui, qui verè Episcopalem consecrationem acceperant, sed quia carebant Diœcesi, ministrabāt vice Episcopi ordinarij, sicuti facere solent hodie Epi Titulares, & de illis debent intelligi Canones Conciliorum, qui innuere videntur Chorepiscopos sacros ordines, aut alia munera Episcopalia exercuisse.

Digitized by Google

tuiſſe, vt explicat, & rectè *Bellarm. loc. cit. verſ. reſpondeo quoſdam fuiſſe.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcoporum titularium quot ſũt ſpecies.*

An Epiſcopi Titulares ſint verè, & propriè Epiſcopi.

CAP. II.

1 VT res tota citra errorem liqueat, & Nouatorum verſutia manifeſtius pateat, monendi ſumus, Epiſcoporum Titularium, quatuor eſſe ſpecies. Prima eſt eorum, qui à principio fuerunt promoti ad Eccleſiam habentem Clerum, & populum Chriſtianum, ſed deinde humilitatis cauſa, vel alia ratione fuerunt admiſſi ad renunciationem loci, & dignitatis. Secũda eorum, qui fuerunt admiſſi tantum ad renunciationem loci, dignitate retenta. Tertia eorum, qui fuerunt promoti ad Eccleſiã Clerum, & populum Chriſtianum habentem, ſed deinde hoſtium iniuria fuerũt expulſi. Quarta eorum, qui ab initio fuerunt promoti ad Eccleſiã Clero, & populo Chriſtiano carentem, & ab hoſtibus ab antiquo occupatam, cuius rhonum hoſtium iniuria aſſequi non potuerunt, de quibus omnibus ſigillatim deſpiciamus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus qui loco ceſſit et dignitati, non poteſt amplius dici Epiſcopus.*
2 *Character Epiſcopatus licet ſit indelebilis, tamen poteſt exequutione carere.*
3 *Epiſcopus ſi poſt ceſſionem dignitatis contulit ordines ſacros, ordinatus carebit exequutione.*
4 *Ordines minores, poſſunt etiam à non Epiſcopo conferri.*
5 *Epiſcopus qui ceſſit dignitati, non poteſt amplius vti inſignibus Epiſcopalibus.*
6 *Epiſcopus qui ceſſit dignitati, ſi ante Epiſcopatum erat regularis, rediens ad clauſtrum, nõ poteſt aſſumi ad aliquam ſuæ religionis dignitatem,*
7 *Epiſcopus non poteſt cedere neque loco, neque dignitati, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*
8 *Clauſulæ, quæ adijciuntur in licentia cedendi.*

Epiſco-

Digitized by Google

De Episcopo, qui loco cessit, & dignitati.

CAP. III.

1 EPiscopum, qui loco cessit, & dignitati, non mereri amplius nomẽ Episcopi, sed haberi perinde, ac si nunquã Episcopus fuisset, probat *text. in cap. post translationem* §. *cum ergo de renunciatione, & in cap.* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, cap. temporis* §. *item, & cap. hoc nequaquam* 7. *quæst.* 1. sublato enim loco, & deposita dignitate, non remanet aliud, in quo nomen Episcopale valeat conseruari: li-
2 cet enim character impressus per ordinationem ad Episcopatum sit indelebile, *cap. quod quidem* 1. *q.* 1. *cap. licitè* 32. *q.* 7. ita vt illi Episcopus nequeat renunciare, *glos. in c. post translationem, verbo ordini de renunciatio.* nihilominus caret eius exequutione, adeo vt si talis
3 Episcopus post renunciationem conferat ordines sacros, ordinatus carebit ordinum exequutione, *cap.* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.*

4 Nec refert, quod talis Episcopus possit adhuc conferre ordines minores, quia hoc nõ includit dignitatem episcopalem, cum possint etiam à non Episcopo conferri, *d. cap. requisiuit in fine.*

5 Non poterit ergo talis *Episcopus* vti amplius insignibus *Episcopalibus, d. cap. post translationem de renũciat.* nec potest ad Episcopalem dignitatem amplius reuerti, *d. cap. post trãslationem de renunc. cap. temporis, & cap. hoc nequaquam* 7. *q.* 1.

6 Quinimò si talis *Episcopus* ante *Episcopatum* adeptum regularis extitisset, reddens ad claustrum non potest assumi ad aliquam suæ religionis dignitatem, *ex Constitutione Pauli IV. quæ est* 10. *in ordine nouissimi Bullarij.*

7 Hæc cessio fieri nequit, nisi accedente licentia Apostolica, *cap. ad supplicationem de renunc:* idque vrgente aliqua ex causis consideratis *in d. c: post translationem de renunc.* Ego bis ex causis prædictis cessionem ad missam vidi per Sedẽ Apostolicam, videlicet *Episcopo* Virduneñ. qui ingressus fuit Societatem Iesu, & *Episcopo* Larineñ. qui redijt ad Cõgregationem Clericorum sæcularium à Sancto Philippo Nerio institutam. Cessio huiusmodi vbi admittitur, cedẽti solet per Sedem Apostolicã iniungi, vt post habitus depo-

Digitized by Google

ſitionem crucem aureã collo appenſam, in memeriam priſtinæ dignitatis daferat; ſicuti enim vbi Eccleſia prophanatur, crux ibi infixa relinquitur, vt loco in priſtinæ religionis memoriam honor deferatur, ita, & perſonam ſignari viſum fuit.

SVMMARIVM.

3 *Epiſcopus qui loco ceſſit, retenta dignitate, eſt propriè Epiſcopus.*
2 *Adminiſtratio, & ordo in Epiſcopo ſunt ſeparabilia.*
3 *Epiſcopus ab hoſtibus à propriã ſede depulſus eſt verè Epiſcopus.*

De Epiſcopo, qui ceſſit loco, dignitate retenta, vel fuit ab hoſtibus expulſus.

CAP. IV.

1 EPiſcopum, qui renunciauit loco tantum, dignitate retenta, eſſe verè, & propriè Epiſcopum, probatur Primò ex *d.cap.1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſc.* vbi etiam tradunt *Butr. & Abb.* ſufficit enim ad hunc effectum, ſemel adminiſtrationem Epiſcopatus attigiſſe ad hoc, vt etiam ea ceſſante remaneat integra dignitas; exemplo Comitum, qui ſemel Prouinciam adminiſtrarunt, qui tales remanent etiam adminiſtratione ceſſante, *l. vnic. vbi Bart. C. de comit. qui Prouincias regunt lib.12.* cũ quo concordat *text in l. fin. C. de Decur. l. vnius § ſeruus, ff. de quæſt. l. ſeruos, §. nõ ſolum C. eod. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero §. Chriſogonus nu.17. ff. de verbor. obligat.*

2 Secundò, quia licet in Epiſcopo duo ſint iura, nempè ordinis, & adminiſtrationis, tamen illa ſunt ſeparabilia, *cap. tranſmiſſam de elect.* & vnũ poteſt eſſe ſine alio, *Butr. in d. cap.1. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui*, ſeparata ergo adminiſtratione remanet ordo, in quo conſiſtit vera ſubſtantia epiſcopalis dignitatis, *Abb. in cap. inter corporalia nu.16. de translat. Prælat. Io. Piccar. inter conſilia Menochij conſ.52. nu.91.*

3 Iiſdem rationibus ſtãtibus dubitãdum non eſt, eſſe verè, & proprtè Epiſcopum eum, qui hoſtium iniuria fuit à propria ſede expulſus de recenti. Addo, quod talis Epiſcopus expulſione non obſtante retinet non ſolum ea, quæ ſunt ordinis, *cap. paſtoralis, 7. quæſt. 1.* ſed exercitium iuriſdictionis

contra

Digitized by Google

contra expulsores, eorumque consiliarios,& fautores,ac inter subditos suos, seruata forma *clem. 1. de for. compet.* vt tradit *Nauar. comment. 3. de regula. nu. 46. Sanchez ad præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui ab initio fuit promotus ad ecclesiam titularem, est verè,& propriè Episcopus, & gaudet omnibus, quibus gaudent Episcopi ecclesiarum populum habentium, contra Marcum Antonium de Dominis.*

2 *Papa etiam respectu ecclesiarum ab Infidelibus occupatarum. est propriè Papa.*

3 *Episcopus ecclesiæ occupatæ ab Infidelibus, non dicitur carere populo, sed populo Christiano.*

4 *Nostrum quod est,etiam si detineatur ab hostibus,nõ desinit esse nostrum.*

5 *Donatio facta per Sedem Apostolicam Carolo Regi de Regno Hierosolymitano,quod detinebatur ab hostibus, fuit valida.*

6 *Spes postliminij etiam metaphisica est considerabilis.*

7 *Ecclesia occupata ab hostibus,non desinit esse ecclesia, & quomodo intelligitur, quod desinit esse sacra,nu.8.*

9 *Episcopalis dignitas consistit in ordine.*

10 *Iurisdictionis exercitium non est de substantia dignitatis episcopalis.*

11 *Episcopi titulares in ecclesia semper sunt habiti pro Episcopis veris.*

12 *Linus, & Cletus fuerunt ordinati à Petro sine titulo.*

13 *Ecclesiæ titulari prouidetur vt alijs,populum habentibus.*

14 *Possessio,quæ capi non potest, habetur pro capta.*

14 *Principes sæculares respectu Regnorum, quæ habuerunt, & nũc possidentur ab Infidelibus, verè dicuntur Principes.*

16 *Ordinari quis potest ad titulum beneficij, & patrimonij.*

17 *Ad Episcopatum titularẽ nemo assumitur, nisi qui potest aliũde decenter viuere.*

18 *Prouisio ecclesiæ titularis est reseruata Papæ.*

19 *Episcopus titularis de licentia Ordinarij potest exercere omnia Pontificalia.*

20 *Episcopo titulari debetur locus in cappellis, & sessionibus.*

25 *Est immediatè subiectus Papæ.*

Epis-

Digitized by Google

Epiſcopus, qui ab initio fuit promotus ad Eccleſiam occupatam ab Infidelibus, & ſic populo Chriſtiano carentem, an ſit verè Epiſcopus.

CAP. V.

1 MArcus Antonius *de Dominis* olim Archiepiſcopus Spalatenſis, deinde catholicæ religionis deſertor, Romanæque Curiæ detractor inſignis *lib. 4. de repub. cap. 7. lib. 7. cap. 3.* pluribus ſuadere nititur, tales Epiſcopos contra diuinam formam inſtitutos, meramq; eſſe vanitatem illis attribuere eccleſias in partibus Infidelium, nullumq; eos accipere ordinem Epiſcopalem, ſolũq; valere ad vanum ambitionis titulum in Curia Romana, & externum habitum deferendum, præcedentiasque vanitatis habendas. argumenta quibus hãc ſuam opinionem aſtruit sũt infraſcripta. Primò *tex. in cap. Sanctorum 70. diſt.* vbi propter ordinis decentiã prohibentur abſolutæ ordinationes Presbyterorum, ſine certo titulo, vt decenter valeant ſuſtentari, ergo multo magis ordinationes Epiſcoporum, quorum auguſtior dignitas, maiorem exigit decentiam.

Secundò, ordinatur talis Epiſcopus, vt in nulla parte eccleſiæ ſit inſeruiturus, Paſtor non erit nullũ habiturus gregem, Nauta ſine naui, maritus ſine vxore.

Tertiò, ordo Epiſcopalis, intrinſecè dicit, officiũ, opus, & miniſteriũ, at iſti Epiſcopi nullum ſortiuntur miniſteriũ, nullumque opus, aut officiũ, ergò non recipiunt ordinem epiſcopalem.

Nec refert (inquit Marcus Antonius) quod in primitiua eccleſia creari ſolerent Epiſcopi in communi, quia cum hodiè totus Chriſtianus orbis in particulares Epiſcopatus ſit diuiſus, non ſunt amplius Epiſcopi ſine titulo ſpeciali creandi.

Quartò, vbi fideles non ſunt, eccleſia non eſt; at apud Infideles nõ eſt eccleſia, ergo. Non obſtat, ſi ſint aliqui fideles, quia aut pauci ſunt, aut nõ ſunt multi vt Epiſcopum alere, & retinere poſſint.

Affert alia quædam ad hãc rem probandam *Marcus Antonius*, quæ quoniam ad ſequentem diſputationem pertinent, ibi referẽda relinquo. At contra *Marcum Antonium*

eſt

Digitized by Google

est consensus vniuersalis ecclesiæ, siquidem

Primò, *in 6. Synodo Constantinopolitana*, de talibus Episcopis dùm ageretur, fuit in hæc verba responsum.

Quoniam diuersis temporibus Barbaricæ incursiones fuere, & ex eo plurima Ciuitates Infidelibus subingatę, vt ideò non possit eius ciuitatis Præsul, postquam ordinatus fuerit suum thronum apprehendere, & in eo in Sacerdotali constitutione collocari, & sic pro ea, quæ inualuit consuetudine ordinationes, & omnia, quæ ad Episcopum pertinent agere, & tractare. Nos honorem, ac venerationē Sacerdotio seruantes, & gentiliū iniuriā nequaquā ad ecclesiasticorū iuriū perniciē exercere volentes eis, qui sic ordinati sunt, & propter prædictam causam in suis thronis non sunt constituti, vt absque vllo ex ea præiudicio conseruentur, decernimus, vt & diuersorum Clericorum ordinationes canonicè faciant, & præcedentia auctoritate secundum proprium statum vtantur, & sit firma, ac legitima quæcunque ab eis procedit administratio. Non enim à tempore necessitatis exacta iuris administratione circumscripta, dispensationis terminus circumscribitur.

In Concilio etiā *Lateranense sub Leone X. sess. 9. tit. de Cardinal. §. volumus etiā*, præcipitur, vt ecclesijs cathedralibus Cardinalium apponantur Suffraganei, condigna, & cōpetenti mercede, Suffraganei autem non dantur, nisi *Episcopi* titulares.

Demùm *in Concilio Trid. sess. 14. cap. 2. de reform.* talibus *Episcopis* non interdicitur, nisi vsus Pontificalium in aliena Diœcesi, sine loci Ordinarij licentia, quæ prohibitio communis planè est cæteris *Episcopis* propriasoues habentibus, *vt in capit. eap. sess. 14. & cap. 5. sess. 6. de reform.*

Alexander hus nominis tertius *in cap. interpetralia §. sicut enim de translatione Episcoporum* apertè pronunciat posse esse quen opiscopali dignitate præditu, & nullius ecclesiæ *Episcopm. In Clem. in plerisque de elect.* strictè præcipitur, vt nullr quacunque dignitate præpoens, nisi speciali Sedis Apostolicæ fulciatur auctoritate de Pastore prouideat Cathdrali ecclesię, quæ Clero creat, & subditis Christianis decernēs vlterius circa prędas ecclesias, & earum prouisionem seruari, quod seruaur circa prouisionem quarūlibet aliarū ecclesiarum, & subijcit, nè contingat quen assumi ad honorem, & seenitatem Pōtificalis dignitatis, illamque obnu-

obnubilare, si Summus Pontifex prouisionem harum ecclesiarum suæ reseruat dispositioni, ac præcipit seruari in illis, quod seruatur in aliis ecclesijs, ne contingat quem temerè assumi ad honorem, & Episcopalem dignitatem obnubilare, ergo iniquum prorsus est contendere, an promotus ad tales ecclesias sit verè Episcopus

Sed auctoritatibus circumscriptis, rationes non desunt, quibus manifestissimum fit hos Episcopos esse propriè, & verissimè Episcopos.

2 Sit ergo prima ratio. Papa respectu ecclesiarum occupatarum ab Infidelibus, est propriè Papa. Apostoli enim fuerunt missi agnes, quæ perierant domus Israel, *Matth. cap. 10 extrauaga. vnita Sanctam de maior. & obed.* & pluribus probant *Armil. de Anchona de potest. eccles. quæst. 22. art. 1, Alvar. Pelag. de planctu eccles. lib. 1. cap. 37. Offens. contra Lutherum art. 2* ergo Episcopi, qui ab eo creantur pro illis ecclesijs, sunt verè Episcopi, *cap. fin. 68. dist. cap in nouis cum seq. 21. dist.*

3 Secunda, Episcopus, qui creatur pro ecclesia in partibus Infidelium, non dicitur carere populo simpliciter, sed clero, & populo Christiano, *d. clem. in plerisque de elect. clem. 1 de for. compet. Concil. Trident. sess. 14. cap. 2.* atque ideo non potest dici, quod careat omnimodè iurisdictione, quia potest saltem cõtra Infideles, quamuis rebelles, & contumaces exercere iurisdictionẽ per instantiam prædicationis, *Turrecrem. in cap. de Iudæis nu. 4. vers. ad rationes 15. dist.*

4 Tertia, quod nostrum est, quamuis detineatur ab hostibus, non desinit esse nostrum, adeo quod de eo disponere possumus tamquam de re nostra, *l. id quod apud hostes ff. de legatis 1.* vbi propterea Doctores pari consensu concludunt valere donationem factã per

5 Sedem Apostolicam Carolo Regi de Regno Hierosolymitano, quod detinebatur ab hostibus, vt de communi testatur *ibi Iaſ. num. 21.* Sufficit enim ad hunc effectum sola spes postliminij, etiam si non sit moralis, sed metaphisica, *cap. Pastoralis 7. quæst. 1. cap. prima actione 16. quæst. 3.* & tradit *Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 27.* cum ergo Summus Pontifex prouidet de ecclesijs existentibus in partibus Infidelium, prouidet rei suæ, ac populo sibi subiecto, *Matthæi cap. 10. cap. in nouo cum sequen. 2. dist.*

Quarta,

Digitized by Google

7 Quarta, Ecclesia ab hostibus occupata, non desinit esse ecclesia, sed remanet adhuc cathedralis habitu, *glos. in d. clem. in plerisq;, verb. Christiano de elect. & ibi Card. n. 5. Vitali. num. 17. & 18. Innoc. Io. Andr. & Isern. quos refert, & sequitur Aflict. decis. 18. nu. 4.* Ratio est, quia captiuitas, sicuti non extinguit coniugium carnale, *c. cum bellicam, & c. cũ in captiuitate 34. q. 1.* ita neq; spirituale, *cap. 3. de supplend. negligen. Prælat. lib. 6.*

8 Nec refert, si dicatur, quod ecclesia occupata ab hostibus, desinit esse sacra, & religiosa, *l. cũ loca ff. de relig. & sumpt. fun.* hoc enim debet intelligi, non quia ecclesia sit extincta, sed quia est viduata sacris ministerijs, *glos. in c. pastoralis, verb. reuertaris 7. q. 1. & in d. clem. in plerisq; de elect.*

9 Quinta dignitas Episcopalis consistit in ordine, ita probat *text. in d. cap. inter corporalia de translat. Episcoporum, & ibi not. Abb. num. 16. cap. transmissam de elect. Butr. in cap. 1. num. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, plenè Menoch. cons. 52.* at Episcopus titularis hẽt ordinem, ergo

10 Sexta, exercitium iurisdictionis non est de substantia dignitatis Episcopalis, ergo quamuis Episcopus careat exercitio, nõ ideò potest dici, quòd non sit verè Episcopus. Antecedens probatur, tùm quia dignitas, & exercitium sunt separata, *dict. cap. transmissam, de election. Butr. loco ante citato*, tum etiam quia Episcopus, qui renunciauit Episcopatui, amittit exercitium, & retinet dignitatem, *d. cap. 1. de Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, tùm deniq; quia si diuersũ diceremus, sequeretur, quod Episcopus extra suam Diœcesim non posset dici verè Episcopus, quia caret exercitio, at hoc est falsum, quia statim ac Episcopus est consecratus, efficitur Episcopus per totam vniuersalem ecclesiam, *cap. fin. 68. dist, cap. in nouo cum seq. 21. dist.* ergo

11 Septima, Ecclesia semper habuit hos Episcopos inter Episcopos vera episcopali dignitate fulgentes, ergo fuerũt, & sunt verisimè Episcopi, quia validissimum est argumentum, quod ab ecclesiæ consuetudine desumitur, *cap. cum Marthæ de celebrat. missarũ cap. per venerabilem §. quod autem, qui filij sint legitimi, cap. cum M. Ferrariensis de const.* Assumptum probatur primo, quia nemo negabit Apostolos fuisse verè Episcopos, & nihilominus ipsi non fuerunt assignati certę ecclesiæ, sed creati, vt essent Episcopi per totũ

Digitized by Google

terrarum orbem, *Matth. c. 10.*

12 Probatur secundo, quia Petrus ordinauit Linum, & Cletum absq; titulo specialis ecclesiæ.

13 Probatur tertiò, quia istæ ecclesiæ prouidentur sicuti aliæ, ac Episcopi tractantur, & habentur inter cæteros Episcopos, *clemen. in plerisque de elect.*

14 Octaua, vbi in aliquo actu requiritur exercitium iurisdictionis, tunc si possessio capi non potest propter alicuius potentiam, iuris fictione habetur pro capta, *l. quamuis, vbi glos. & Doct. ff. de bonis & auctoritate iud. possess. cap. si capitulũ de conc. præbend. lib. 6. cap. contingit de dolo, & contum. Afflict. decis. 302. num. 1. Gregor. XV. decis. 364. num. 2.* at Episcopus ecclesiæ in partibus Infidelium impeditur assequi possessionẽ Hostium potentia, ergo habẽdus est perindè, ac si possessionem cepisset.

15 Nona, Principes sæculares respectu Regnorum, quæ ipsi, seu maiores eorũ possederunt, retinent adhuc titulum, & nuncupationem, tum ne videantur occupationi acquiescere, tum etiam in memoriã pristinæ possessionis, ergo Episcopi ecclesiarum in partibus Infidelium iure retinẽt essentiam, & nuncupationem Episcopi, velit nolit *Marcus Antonius.*

16 Argumenta per ipsum ex aduerso allata, vel tolluntur ex prædictis, vel sua leuitate, franguntur. Non obstat ergo primum, fatemur enim Presbyteros, & multo magis Episcopos prohiberi ordinari sine certo titulo, sed hoc procedit vbi carent titulo beneficij, & patrimonij, cæterum vbi propriis, aut parentum opibus possunt substentari, non est necessarius titulus ecclesiasticus, *cap. Episcopus, & cap. tuis de præben. cap. fin. in fine 16. q. 3.* Hoc stante meminisse *Marcum Antonium* decebat, neminem ad ecclesiam existentem in partibus Infidelium assumi, nisi ex proprijs, seu ecclesiasticis titulis, iuxta episcopalis dignitatis decentiam,

17 valeat sustentari, *d. clem. in plerisque verb. mendicitates opprobrio, de elect.* & vsu quotidiano docemur.

Secundum argumentum nititur falso assumpto, nam ex dictis in 4. 6. & 7. rationibus per nos adductis, Episcopus in partibus Infidelium non dicitur carere populo, quãuis careat populo Christiano, & quatenus careret, satis est ipsos postliminij etiam metaphisica, ad hoc nè dici possit, quod assumatur, nè unquam sit ad

eccle-

Digitized by Google

ecclesiam accessurus, *cap. pastoralis, verb. reuocari 7. quæst. 1.* quia vt dictum est *in 6. ratione*, captiuitate non obstante remanet adhuc sedes episcopalis, non secus ac vbi est captiuatus Episcopus, qui remanet adhuc Episcopus, adeo vt ipso viuente, ecclesia nequeat alteri prouideri, *cap. 3. de supplen. neglig. Prælatorum.*

Tertium argumentum nullius est prorsus momenti, non enim est verum, quod ex eo, quod Episcopus non recipit ministerium, seu exercitium, neque recipiat ordinationem, quia ex dictis supra *in 6. ratione*, patet ordinem, & exercitium esse separata, & ab vno ad aliud non infertur, *l. Papinianus ff. de minor.*

Non obstat quartum, quod enim dicitur, qđ ecclesia non sit vbi fideles non sunt, debet intelligi vbi non sunt fideles, neque fuerunt, cæterum si quandoque fuerunt, sufficit semel extitisse, ad hoc, vt remaneat ecclesia, quamuis sacris viduata, vt dictum est *in 4. 5. & 6. ratione.*

Remanet ergo constitutũ, Episcopos, qui ordinãtur pro ecclesijs in partibus Infideliũ esse verè, & propriè Episcopos, quam veritatem ante nos agnouerunt *Iacobat. de Concilio lib. 2. art. 2. sub rubr. de vocan. ad Concil. vers. sed ex prædicta ooncluſione pagina mihi 85. Hieronym. Uuillelm. de Episcopo titulari par. 2. Alciat. in l. liber homo nu. 6. & 7. ff. de verbor. signif. Ioan. Quintin. in cap. de mult. num. 49. de præben. Ioan. Piccar. inter consilia Menochij 52. Paul. Ghirland. in decis. catholic. fid. uerb. Episcopus Greg. Tholosan. syntagm. lib. 15. cap. 12. num. 44. Simanca de cathol. Inst. tit. 25 num. 12. Gerson. in tract. de statu ecclesiæ par 1. considerat. 8. Aluar. de concil. par. 2. §. 4. Dionis. Lopez de patriarch. cap. 19. à num. 10. vsque ad 33. Suarez de religios. lib. 3. cap. 17. num. 5. Nauar. in comm. 3. de regular. nu. 46. Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 27. Lotter. de rebenef. lib. 1. q. 9 num. 67.*

18 Ex qua deducitur primò, prouisionem ecclesiarum in partibus infidelium iure esse reseruatam Summo Põtifici, qui de eis disponit in Consistorio, sicuti de alijs ecclesijs habentibus clerum, & populum Christianum, *clem. in plerisque de elect.*

19 Deducitur secundò, talem Episcopum posse exercere omnia Pontificalia, nempè ordines conferre, sollemniter celebrare, & prædicare, aliaq; facere, quæ spectant ad ordinationem, *d. cap. 1. de ord. ab*

Digitized by Google

Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, ibique Hostien. Ioan. And. & Abb. dummodo prædicta faciant de licentia Ordinarij, vt cauetur *in Sacr. Trid. Concil. sess. 14. cap. 2.*

20 Tertiò deducitur, tali Episcopo deberi locũ inter cæteros Epos tã in Cappellis, qnã in Conciſtorijs publicis, & ſemipublicis, aliisque ſeſſionibus, iuxta ordinem ſuæ promotionis, *Ioan. Piccar. inter conſilia Menochij conſ. 52. num. 89.* ad inſtar comitis expulſi à comitatu, qui poſt expulſionem ſedere debet in loco, qui inter comites ſibi anteà debebatur, *Bald. & Card. Alexã. in cap. 1. quis dicatur Dux, Iacob. de Sancto Georg. de feudis verbo Comes, Caſſan. de gloria mundi par. . conſider. 49.* & ita paſſim vbiq; ſeruatur.

21 Quartò deducitur, talem Epiſcopum, ſi ſit regularis, nõ eſſe ſubiectum iuriſdictioni Ordinarij, neq; Superiori ſui ordinis, ſed eſſe immediatè ſubiectum Summo Pontifici, *Suarez de relig. tom. 3. tit. de religioſ. mutan. lib. 3. cap. 17. num. 5.* poſt *D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 8. ad tertium.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus titularis an ſit vocandus, & nu. 4. cum ſeq.*

2 *Negotia in Concilio tranſiguntur reſpectu dignitatis epiſcopalis.*

4 *Epiſcopi in Concilijs Suffraganturtanquam membra eccleſiæ vniuerſalis.*

Epiſcopos Eccleſiarum in partibus Infidelium, alioſque titulares eſſe vocandos in Concilio generali, in eoque habere vocem deciſiuam aduerſus Marcum Antonium de Dominis, luculenter probatur.

CAP. VI.

EPiſcopos eccleſiarum exiſtẽtium in partibus Infidelium, alioſque titulares non eſſe vocandos, nec vocem habere in Concilio generali, ex catholicis cenſuerunt *Melchior Cano de locis Theolog. lib. 3. cap. 2. verſ. non enim, Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. verſ. nota,* ea tantum ratione ducti, quòd negotium in generali Concilio totum tranſigitur iuriſdictione, qua Epiſcopi titulares carent, *cap. 1. de ordine ab Epiſcopo, qũi renunciauit epiſcop. cap. poſt translationem de renunciat. cap. inter corporalia de translat. epiſcopi.*

Cęterum *Marcus Antonius*

de

de Dominis lib. 2. de repub. c. 7. n. 26. & 27. vlterius more ſuo procedens, prudentiæque ſuæ pluſquam oportet innixus, Epiſcopos titulares nedum à Cõcilijs generalibus abijcit, ſed addit, opera horum Epiſcoporum, Cõciliorũ generalium definitiones labefactari, infraſcriptis argumentis inſtructus.

Primò, quia, vt ſupra dictũ eſt, *carent iuriſdictione, quæ in ſuffragio in Concilio generali ferendo eſt neceſſaria,* ex mox allegatis.

Secundò, quia in Concilio generali maximè operatur Spiritus ſanctus, cuius aſſiſtentiam Chriſtus veris tantum Epiſcopis promiſit, at titulares Epiſcopi non ſunt verè Epiſcopi, ergo.

Tertiò, in Cõcilio *generali poſt decreta, & conſtitutiones, addũtur excommunicationes, quæ ferri nequeunt, niſi contra ſubditos, quibus Epiſcopi titulares carent.*

Quartò, Epiſcopus electus, & confirmatus, ſi non ſit conſecratus, carit ſuffragio in Cõcilio generali, c. inter corporalia de excel. Prælat. *ergo pari ratione carere debet, quando eſt conſecratus ſine iuriſdictione.*

Quintò, Epiſcopi conuocantur in Concilio, non quia ordinati ſũt vtcumqũe Epiſcopi, ſed quia docti, & periti, at innumerabiles Romæ fiunt Epiſcopi curiales, homines auaritiæ, & ambitionis mancipia; in ſacris autem litteris nihil exercitati, ad ſummum legulei, in ſacris rebus prorſus peregrini, An igitur in controuerſijs fidei decidendis talium ſuffragia numeranda?

Hæc ſunt *Marci Antonij* argumenta, in quibus plurimũ ſibi complacuiſſe videtur, ſed quantum eius opinio illum fefellerit, apparebit poſtquam contrariæ ſententiæ auctores, & rationes referemus.

Ergo omnes titulares Epiſcopos, ſiue ſint Epiſcopi eccleſiarum in parribus Infidelium, ſiue eccleſiarum, quibus renunciarunt, dummodo dignitati epiſcopali non ceſſerint, in Concilio eſſe vocandos, in eoque vocem habere
1 deciſiuam, probant *Iacobat. de concil. lib. 2. art. 2. num. 58. & 62. cum ſeq. Hierony. Vuillielm. in tract. de epiſcopo titulari par. 2. verſ. & primum quia, Didac. Alaba de concil. par. 1. cap. 6. verſ. quod autem, Franciſc. de Badill in chirographia concil. tit. Concilijs, qui intereſſe debent in princip. Dionyſ. Lopez in tract. de Patriarch. cap. 14 nu. 52.* Hæc ſententia probatur.

2 Primò ex antiquo more eccleſiæ, quæ inter eos, qui vocem deciſiuã habent in Concilijs generalibus, poſt Cardi-

nales

Digitized by Google

nales ſtatuit quatuor Patriarchas, vt in *Ceremonial. Rom. lib. 5. cap. 2. tit. de his, qui habẽt vocem deliberatiuam*. Conſtat autem quatuor Patriarchas eſſe omnes titulares eccleſiarum exiſtentium in partibus Infidelium.

Secundò, qui ſunt propriè, & verè Epiſcopi, habent ſuffragium in Concilijs generalibus, vt *idem Marcus Antonius* fatetur; at Epiſcopi vtcumq; titulares, ſunt verè, & propriè Epiſcopi, vt in *præcedenti capite* probatum eſt, ergo.

Tertiò, Eccleſiæ quamuis ab Infidelibus occupatæ, remanent adhuc verè cathedrales; vt probatum eſt ſupra *cap. 4. num. 1.* ergo opus eſt, vt qui à Summo Põtifice in eis præficiuntur Epiſcopi, Concilio, interſint, vt per eos eccleſiæ illæ repræſententur.

3 Quartò, negotium in Concilio non tranſigitur reſpectu iuriſdictionis epiſcopalis, ſed dignitatis; at Epiſcopi titulares habent veram dignitatem epiſcopalem, vt *eodem præcedenti capite* probãuimus, ergo.

Maior probatur tripliciter. Primò, quia ſi negotium in Cõcilio ageretur reſpectu iuriſdictionis, ſequeretur, quòd Epiſcopus duarũ Diœceſum vnitarum, vel habens latiorẽ Diœceſim, haberet maius ſuffragium; at cõſequens eſt falſum, vt pluribus probant *Iacobat. lib. 2. art. 2. pag. 86. ſub litt. A. verſ. ſed quid ſi aliquis, Ioan. Sicard. conſ. 52. num. 88. inter conſilia Menoch. lib. 1.* ergo.

Probatur ſecundò, quia ſi negotium in Concilio ageretur reſpectu iuriſdictionis, ſequeretur, quod decreta ligarent eas tantũ eccleſias, quarum Prælati interſunt Concilio; at hoc eſt falſum, quia decreta cõciliaria ligant omnes, *cap. fin. 16. diſt.* ergo.

Probatur tertiò, quia ſi negotium ageretur in Concilio reſpectu iuriſdictionis, ſequeretur, quod nullum Conciliũ eſſet legitimũ, in nullo enim cõuenerunt omnes Epiſcopi orbis, *cap. 1. 15. diſt.*

4 Quintò, titulares Epiſcopos habere ſuffragiũ deciſiuũ in Concilio generali, hac ratione conuincitur. Epiſcopi in Concilio generali non ſuffragantur tãquã Epi talis, vel talis eccleſiæ, ſed tãquã Prælati eccleſiæ vniuerſalis, ſuffecti in locum Apoſtolorum, *cap. in nouo cum ſeq. 21. diſt. cap. fin. 68. diſt.* at vti tales habent iuriſdictionem per totũ terrarum orbem, quia miſſi ſunt ad omnes gentes, & ſignanter ad omnes, quæ perierant, *Matt. cap. 10.* ergo non poteſt dici, quod Epiſcopus titularis ſuffragetur

Digitized by Google

fragetur in Concilio ſine iuriſdictione, quamuis careat exercitio in eccleſia particulari.

His ſtantibus, ſua ſponte ruunt primum, ſecundum, & tertium argumenta *Marci Antonij*,

Quartũ argumẽtũ vſq; adeo eius opinionem non aſtruit, quod eã validiſſimè deſtruit; ſiquidem ſi Epiſcopus ante conſecrationem non admittitur ad ſuffragandum in Cõcilio, ergo ſuffragium non competit ratione iuriſdictionis; ſed dignitatis epiſcopalis, quia ſi competeret ratione iuriſdictionis, poſſet ſuffragari ante conſecrationem, cum ante eam habeat iuriſdictionem, *cap. inter corporalia de translat. Prælat.*

In vltimo argumeto *Marcus Antonius* tam multa dira, & aſpera congeſſit, vt deliſare magis quam argumentari, aut loqui videatur. Contendit Epiſcopos titulares non eſſe admittendos ad ſuffragandum in Concilio generali, quod dum argumentorũ vi nobis ſuadere debeat, ſtylum acuit in omnes Epiſcopos, qui Romæ promouentur, eoſque conuicijs, & maledictis notare conatur. Tunc *Marce Antoni* (vt ſermonem ita te vertã) qui in præfatione Reipublicæ, quam ſcripſiſti, Rhetoricã, Logicam, & Philoſophiam, dum Ieſuitam ageres, longo tempore profeſſum eſſe iactaris, adeò te nunc malum Dialecticum probas, vt dum cum vno pugnas alium petas, & probra pro argumẽtis temerè effundas? Dignus planè argumentator, qui à Porphirio ad rationem voceris, & ad riſum ſpectantium ſuſpendaris ad ſcuticam, vapulandus pro ineptis argumentis, quibus ſcatet diſputatio iſta tua.

Præterea, ſi Epiſcopi, qui Romæ fiunt (vt tu ais) ſacrarum ſunt rerum imperiti; & extra Romanũ Conciſtorium nullibi Epiſcopi catholicè creantur, vnde prodiere Epiſcopi illi, quibus tu libros de tua republica nuncupas, quoſque catholicos, & ſapientiſsimos appellas? Rurſum ſi ita inhabiles ad ſuffragandum in Cõciliis sũt Epiſcopi, qui Romæ promouentur, profectò cum illi tãtum Epiſcopi hactenus in Concilijs generalibus ſuffragia tulerint, nullum certè erit Concilium ſecundum te legitimè coactum; nec Concilium amplius cõuocari poterit; nec tu, qui Romæ Spalatẽſem eccleſiam aucupaſti, vlli Cõcilio poteris intereſſe. Romanæ curiæ detrahere dum

dum improbè ſtudes Epiſcopos omnes, & te ipſum in primis à Concilijs excludis; Cõciliaque omnia deſtruis, præterita, & futura, nuſquam in vno gradu conſiſtit improbitas, ſed cũ ſemel incipit labi, ruit in præceps. ſed iam cætera deliria tua proſequamur.

Addis, Epiſcopos Romæ fieri, ad ſummum leguleios, & ob id ſuffragium in cauſis fidei ferendum non idoneos.

Suſcipe tantiſper *Marci Antoni* ſani hominis perſonã, donec dementiam tuam recognoſcas. Quos tu per contumeliam leguleios, cæteri Iurisprudentes; iura vero, religioſo vocabulo Sacerdotes appellant, *in l. 1. ff. de iuſt. & iur.* non quia ſacra miniſtrent, ſed quia iuſtitiam dum colũt, ac licitum ab illicito diſtinguunt, veram non ſimulatam Philoſophiam profitentur, *d. l. 1. ibique gloſ. & Doctores.* Horum opera ambigua facta cauſarum, publicis, ac priuatis in rebus explicãtur, laplaq; erigũtur, nec minus prouidẽt humano generi, quã qui prælijs, ac vulneribus patriam, parenteſque ſeruant, *l. aduocati C. de aduocat. diuerſorum iudiciorum.* Qua de cauſa eorũ munus laudabile eſſe, hominibuſq; apprimè neceſſariũ, ac dignum, vt qui in eo verſantur, Principum premia mereantur, *deſernitur d. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.*

In eo verò quod ais, leguleios, nempè Iuriprudẽtes ad ſuffragium in fidei cauſis ferendum idoneos non eſſe, propterea, quod rerum ſacrarum ſunt penitus ignari; tripliciter delirare videris. Primò, quia Romę nedum Iureconſulti, ſed etiam Theologię profeſſores ad epiſcopalem dignitatem euehuntur, idque præuio examine coram Summo Pontifice; pluribus exiſtẽtibus Cardinalibus, & Prælatis, quos rerum ſacrarum eſſe ignaros, præter te nemo hactenus afferuit. Præterea quadraginta ſunt Romanæ eccleſiæ dogmata, quæ à Sectariis tui ſimillimis oppugnantur, quæque ſicut ex veteris eccleſiæ traditione, ſacriſque canonibus, ita imperialibus ſanctionibus, à mille, & amplius annis ſtabiliuntur. Hæc ſi ignoras integrum tibi eſt diſcere *apud eruditiſſimum Io. Paulum Vuindecech lib. 1. de Theologia Iuriſconſultorum.* Diſces *apud eamdem lib. 2.* præcipuos calus, in quibus iura impetialia cum ſacris canonibus conueniunt, ad frẽnandos tuorum Iurecõſultorum apud ſectas degẽtium claclamors,

Digitized by Google

mores, qui Luthero auctore ad canones relegandos non minus impiè, q̃ temerè scripserunt doctrinam catholicã tantum canonibus Pontificũ niti, ijsque præsertim, quibus ecclesiasticorum immunitas, & priuilegia fulciuntur; Pontificesque per suos canones totum fere orbem sibi subegisse.

Hæc quidem, aliaq; multa à Iureconsultis, qui de catholica veritate rectè sentiunt, qui eas quotidiè præ manibus habẽt, satius quam à te, tuisq; similibus in generali Cõcilio afferri, & complanari possunt. Nouum insuper tibi esse non debuerat in generalibus Cõcilijs præter fidei causas, agi de morum reformatione, exemptione, priuilegiis, immunitatibus, aliisq; permultis, in quibus Iurisconsultorũ opera potior est, quã Theologorum.

Demum Episcopis Romæ promotis obijcis ambitionẽ, & auaritiam, sed quia vnde hoc colligas, nõ explicas; merito inter cætera mendacia tua risu, & sibilis dignissima reiici posset. Vt tamen in his etiam tibi satisfaciam, quo ad ambitionem attinet; passio est illa animi, quæ te in præceps deiecit, & à qua mala omnia defluunt ad generis humani perniciem, hanc animi infirmitatem, vt suspicor Romanæ Curiæ Episcopis obijcis, causam vt tuã aliquo velamine tegere posses. Religiosus eras Societatis Iesu, quæ per viginti, & amplius annos pia mater tibi fuerat, eiusdem desertor vrgente ambitione factus, Purpuratorum palatia ventilare cępisti, simulataque per hypocrisim religione; cum Episcopatum assequi alia ratione difficile tibi esse cognosceres, Archiepiscopum Spalatensem senio confectum seduxisti, vt retenta sibi congrua pensione te apud fœlic. record. Clementem Octauum, pro ecclesia illa regenda commendaret: hisque artibus ecclesiam illam, tota mirante Curia, quæ tuos mores nouerat, aucupasti. Hæc ita cũ sint, satis tibi fuisset si quos ambitione laborãtes videras, excusare; non.n. (te excepto) facilè in Curia Romana alium mihi ostendes, cuius parem ambitionem culpare possis:

De auaritia tua quid dicam? Archiepiscopatu aucupato, hoc tibi primum fuit, atque præcipuum, pensionẽ, (cuius causa Archiepiscopalẽ dignitatem fueras assequutus, & cuius reseruationem sub obligatione camerali consense-

Digitized by Google

ras,) ſoluere recuſaſti, citatione pulſatus, litem inſtituiſti; in qua cum paucis poſt diebus ſuccubuiſſes, in rabiem actus Romanæ Curiæ Iudices, cauſarũ patronos, procuratores, actuarios, omniſque generis cauſidicos maledictis, & probris lacerare cepiſti. Ad ſtudia reuerſos, vt conceptum virum euomeres, rempublicã tibi confixiſti, in qua diuina, humanaque ſimul euertere conatus, perenni animæ tuæ diſpendio, vitam, & exiſtimationem prodegiſti.

Oſtende nunc tu in toto terrarum orbe ſimilem ambitionis, & auaritiæ mãcipiũ, ingrati animi exemplar, & religionis contemptorem. Hæc pro congruo tibi reſpondiſſe ſufficiat. Cæterum tantum abfuit, vt Epiſcopi Romæ promoti cõtumeliis tuis conturbarẽtur, vt ſæpe illis riſum linguæ tuæ petulantia moueris.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopos titulares an expediat creare.*
2 *Cauſæ ob quas creantur Epiſcopi titulares, & nu. 3. & 4.*

Sit ne expediens Epiſcopos titulares creari.

CAP. VII.

1 EX multitudine Epiſcoporum titularium nõnulla incõmoda oriri docemur *ex S. C. Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. de reformat.* qua de cauſa sãctæ mem. Pius huius nominis V. per eius peculiare decretum in ſecreto Conciſtorio ſtatuit, Epiſcopos titulares in poſterum non eſſe creandos, niſi pro Eccleſijs Cardinalium, quæ Suffraganeos habere ſolent, idque certo, ac perpetuo ſtipendio ſaltim ducentorũ ducatorum auri de Camera ſuper fructibus illius Eccleſiæ ab eodem titulari Epiſcopo propria auctoritate percipiendorum, & quod excepta illa Diocæſi, cui eſt datus Suffraganeus nullibi poſsit exercere pontificalia, niſi de licentia Sedis Apoſtolicæ. ſequentes verò Romani Pontifices quamuis parcè ex cauſis tamen ſibi benè viſis viros vitæ probitate, alijsque virtutibus præſtãtes, ac facultatibus eccleſiaſticis, vel patrimonialibus pollẽtes, ad hanc dignitatem iuſta exigente cauſa euehere conſueuerunt. Inter

Digitized by Google

2 Inter iuſtas autem cauſas prima cõſiderari ſolet, vt ſint ſemper aliqui, in quorum perſona eccleſiarum ab Hoſtibus occupatarum memoriã contemplari poſsimus, nè eas habendo pro derelictis eorũ violentiæ acquieſcere videamur, *vt in 6. Synodo Conſtantinopolitana* cautum eſt *can. 37.*

3 Secunda, vt ſint, qui Summo Pontifici in actis Pontificalibus aſſiſtant; nam cum Epiſcopi eccleſiarum habentium clerum, & populũ Chriſtianum, apud ſuas eccleſias reſidere teneantur, *cap: 1. ſeſſ. 6. de reform. in Concil. Trident.* contingere poſſet, aſſiſtentes in Cappella deſiderari.

4 Tertia, ſi agatur de Nuntio apud Principes deligendo, apud quos non niſi inſigniti ordine Epiſcopali accedere conſueuerũt, & propter Principis maieſtatem, & propter Epiſcoporum, quibus præeſt honorem, atque decentiam.

Vidi etiam de anno 1613. à fœl. record. Paulo huius nominis V. Prælatum meritis vndecunque fulgentem ad Archiepiſcopatum titularem promotum, ad ſedandas controuerſias inter ipſum, & aliũ eiuſdem nominis Prælatum, ſuper officio Decanatus Rotæ.

Poſſunt & aliæ conſiderari cauſæ, quæ Summi Pontificis arbitrio remittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus titularis an poſsit prouideri de Epiſcopatu populum habente, & nu. 2. & 3.*

Epiſcopus Eccleſiæ in partibus Infidelium, an poſſit prouideri de alio Epiſcopatu.

CAP. VIII.

1 VIderi poteſt non poſſe prouideri de alio epiſcopatu, quia eccleſia, ab Hoſtibus occupata, remanet adhuc cathedralis, quamuis ſacris viduata miſterijs, *gloſ. in cap. paſtoralis verb. reuertatur 7. quæſt. 1. & in clem. in pleriſque verb. Chriſtiano de elect. & ibi Card. num. 51. Vital. nu. 17. & 18.* Ideo cum Epiſcopus talis eccleſiæ ſit verè Epiſcopus, vt ſupra *cap. 5.* probatũ eſt, inde ſequi videtur ne poſſit de alia eccleſia prouideri, quia eſſet Epiſcopus duarum eccleſiarum, *cap. qui plures, cap. vnum, & cap. relatio 21. q. 1.*

2 In contrarium eſt *tex. in cap. Paſtoralis 7. q. 1.* vbi D. Gregorius

Digitized by Google

gorius, Episcopum Lissitanæ Ciuitatis ab hostibus captiuatæ præficit Episcopum in Ecclesia Schyllatina, cuius text. auctoritate hanc opinionem probant *Host. in cap. ad supplicationem nu. 5. de renunc.* & ibi *Abb. num. 9. vers. similiter quærit, Card. in clem. in plerisque sub n. 5. vers. itē Episcopus de elect.*

3 Non obstat contrariū, quia vbi Episcopus ecclesiæ in partibus Infidelium promouetur ad aliam ecclesiā, prouisio tacitam habet conditionem, vt si quando contingat primam ecclesiam ab Infidelibus liberari, & in pristinum statū reuerti, prouisus teneatur primam ecclesiam resumere, *d. cap. pastoralis 7. quæst. 1.* & sic secunda ecclesia cēsetur quodammodo commendata, *cap. qui plures 21. q. 1.*

Ad has difficultates tollēdas, consueuit Summus Pontifex, prouisum à vinculo quo tenebatur erga primam ecclesiam in partibus Infideliū absoluere, qua absolutione stante, non potest dici Episcopus duarum ecclesiarū, quia inducitur vacatio primæ.

SVMMARIVM.

5 *Per prouisionem ad Episcopatum titularem vacant beneficia obtenta, sed datur retentio, nu. 2. & 3.*

Per adeptionem Episcopatus titularis, an vacent beneficia obtenta.

CAP. IX.

1 PEr adeptionem Episcopatus plebem habētis, vacant beneficia obtenta, statim consecrationē sequuta, *cap. cum in cunctis 8. §. cum verò de elect.* Quinimò de stylo Curiæ nisi per Summum Pontificem detur retētio, beneficia conferuntur statim post adeptam possessionem siue sit, siue non sit consecratus, *Ioan. Andr. in clem. 1. in glo. in verb. collatio, vers. item aduertendum vt lite pend. Rom. cons. 335. num. 4. vers. licet,* & iterum *cons. 345. nu. 17. vers. in Romana verò Curia, Abb. in d. cap. cum in cunctis nu. 3. vers. quamquam Curia, & ibi Dec. num. 7. vers. curia tamen, Panuin. in tract. de offic. & potest. capituli Sede vacante, prælud. vlt. vers. nemo per lapsum, Gigas de pens. quæst. 56. num. 3. Mandos. in reg. 26. quæst. 4. Hoieda de incompatibil. par. 1. cap. 4. num. 14. & 15.*

2 Cæterùm per adeptionem episcopatus titularis, quamuis stricto iure inducatur vacatio

Digitized by Google

catio obtentorum, quia episcopatus titularis est verè episcopatus, vt dictum est supra *cap.* 5. tamen, quia Hostium iniuria caret eius fructibus, datur retentio, vt iuxta Pontificalis dignitatis exigentiã, valeat sustentari, *Achill. decis.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *de elect. Nauar. cons.* 21. *littera F. de prabend. Mand. in reg.* 26. *q.* 4. *Paris. de resignat. lib.* 3. *q.* 6. *nu.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de Episcopo, an habeat locum in Episcopo titulari, & nu.* 2. 3. *&* 4.
3 *Constitutio loquens de residentia non habet locum in Episcopo titulari.*
6 *Episcopus titularis non facit spolium.*
7 *Episcopus tilularis cui acquirat.*

Dispositio loquens de Episcopo, an habeat locum in Episcopo titulari.

CAP. X.

1 CVm Episcopus titularis sit verè, & propriè Episcopus, vt traditũ est *supra cap.* 5. inde cõsequẽter resultat: vt dispositio loquens de Episcopo, habeat locum etiam in Episcopo titulari, *Bal. in auth. licentiam C. de sacrosanct eccles. Simanca de cath. Inst. tit.* 25. *nu.* 12. Quod maximè procedit quando in dispositione cõsideratur splẽdor dignitatis, tunc enim non minus habet locum in Episcopo titulari, quàm in quocunque alio Episcopo. Hinc dispositio *S. Trid. Concilij sess.* 24. *cap.* 5. *de reform.* quod causæ Episcoporum criminales cognoscantur à solo Summo Pontifice habet locum etiam in Episcopo titulari, *Simanca loco cit.*

2 Hoc idem est dicendum in materia concernente ordinem, quia etiam in his nulla est differentia inter Episcopum titularem, & alios, *cap.* 1. *de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, cap. post translationem de renunciation. cum ibi trad.*

3 Prædicta limitantur primò, nè procedant vbi militaret diuersa ratio in Episcopo titulari, quàm in alijs, tunc enim, quia ratio est anima legis, ab eaque regulatur sicut species regulatur à genere, *cap. solitæ de maior. & obed. cap. præcipimus* 12. *quæst.* 1. meritò vbi ipsa ratio cessat, dicitur cessare legis dispositio, *glos. in l. mancipia, C. de*

Digitized by Google

de ſeru. fugit. Roman. ſing. 495. *Statutum puniens, Aymon conſ.* 231. *nu.* 2.

Ex his infertur Primò, q̃ vbi diſpoſitio legis concernit exercitium iuriſdictionis, quo Epiſcopus titularis caret, *cap. inter corporalia de translat. Prælat.* diſpoſitio loquens de Epiſcopo, non habebit locum in Epiſcopo titulari, & ob id titularis Epiſcopus nequit concedere indulgentias, quia illæ non poſſunt concedi niſi ſubditis, *cap.* 4. *de pœnit. & remiſſ. cap.* 19. *quæſt.* 2. *Abb. in c. fin. verſ. indulgentias de auth. et vſu pall.*

4 Et ſimiliter non poteſt cõferre ordines neque ſacros, neque minores, vel primam tonſuram abſque proprij Prælati conſenſu, aut litteris dimiſſorialibus, etiam prætextu familiaritatis, & continuæ cõmenſalitatis ſuæ, vt eſt diſpoſitum *in Sacra Tridenc. Synodo ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de reform.*

5 Infertur ſecundò, quòd cõſtitutio præcipiens, vt omnes Epiſcopi accedant ad ſuas reſidentias, non ligat Epiſcopos titulares, qui facto hoſtium ad eas prohibentur accedere, *cap. porrò* 16. *quæſt.* 3. *clem.* 1. *de for. compet.*

6 Infertur tertiò, quod licet bona quęſita poſt epiſcopatũ, in dubio præſumantur, quęſita de bonis epiſcopatus, *auth. licentia C. de ſacroſan. eccleſ.* hoc tamen non procedit in Epiſcopo titulari, cuius eccleſia non habet fructus, vt ibi ſcribit *Bald. num.* 3. *verſ. ſed pone*, & ſequitur *Cotta in memoral. verb. comes.*

7 Dubitari ſolet, cui acquirat Epiſcopus titularis? & quidem *Suarez loco cit. verſ. hinc etiam obiter*, loquens in Epiſcopo titulari regulari, cõcludit, quòd ſi non poteſt quærere religioni, a qua per epiſcopatum fuit ſeparatus, minus quæret eccleſiæ ſuæ, quia non poſſunt illi bona cum effectu applicari, ideoque poſſe de illis diſponere dependenter à Sũmo Pontifice. Hac de re non poteſt aliquid concludenter aſſeuerari, ſtantibus Conſtitutionibus ſpoliorum, quæ diuerſimodè ſe habent, inſpecta diuerſitate locorum, vide infacti contiugentia, *deciſ.* 401. *coram Sanctæ memoriæ Gregorio XV.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſus effectus Epiſcopus titularis, an remaneat exemptus ab obſeruantia ordinis, & num.* 3.

2 *Matrimonium contrahens, ſi ſponſa illi eripiatur, remanet maritus.*

Epiſ-

Digitized by Google

Episcopus Titularis Religiosus, an remaneat exemptus ab obseruantia, & obedientia Regulari.

CAP. XI.

1 SI loquimur de *Episcopo*, cuius ecclesia est ab Infidelibus de recenti occupata, esse exemptum ab obedientia, & obseruantia regulari, quamuis ad ecclesiã ire nequeat, scribit *Nauar. in comment. 3. de regul. num. 46.* quem sequitur *Sanchez ad præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 16.*

Ratio est, quia per promotionem ad episcopatum, qui populum Christianum habebat, iam fuit semel legitimè exemptus, quę quidem exemptio non reuocatur per occupationem ecclesiæ, & expultionem *Episcopi*, qui potest suam auctoritatem exercere contra occupatores, eorumq; consiliarios, & fautores, ac inter suos subditos in alterius Dioceſi, seruata forma *Clem. 1. de for. compet.*

2 Similiter, qui rectè contraxit matrimonium, si deinde sponsa illi rapiatur, vel alia ratione matrimonialia munera exercere impediatur, non ideo, minus est maritus, quàm erat.

3 De Episcopis verò promotis ad ecclesias populo Christiano carentibus, maior est difficultas, siquidem eos non eximi ab obedientia superiorum, existimant *Host. in capit. quod Dei timorem num. 9. de statu Monach.* quem sequitur *Ioan. Andr. ibidem nu. 15. Card. nu. 5. in 2. quæst.*

4 Nituntur primò (quia Episcopus non eximitur ab obedientia, & obseruantia regulari ratione dignitatis, sed propter bonum animarum, cui intendere debet, quæ ratio cum cesset in tali Episcopo, qui populum non habet, meritò cessare debet exemptio, *cap. cum cessante de appell. cum vulgar.*

7 Secundò, quia si talis Episcopus eximeretur, peccaret mortaliter, acceptando huiusmodi episcopatum, qui inducit exemptionem ab obseruãtia, & obedientia regulari, ad quod absque causa legitima tenetur ex voto, dignitas autẽ aut ordo sine administratione non est legitima causa acceptandi.

Contrariam opinionem probant *Suarez de relig. tom. 1. tit. de relig. mutan. lib. 3. cap. 17. num. 5. Azor. moral. inst. tom. 1. lib. 12.*

Digitized by Google

lib.12.cap.10.queſt 7.in fin.Sanchez ad præcepta Decalog. tom.2. lib.6.cap.6.num.27. & hæc eſt veriſſima, tum ex rationibus adductis ſupra cap.5.pro opinione, quod iſti ſint verè, & propriè Epiſcopi, tum etiam, quia dignitas epiſcopalis qualitercunque conſequatur, eximit Epiſcopum à quacunque poteſtate, *auth.ſed epiſcopalis C. de epiſc.& cler.* indecens.n.eſt, vt is, quẽ Põtifex Maximus ſibi in fratrẽ elegit, alterius ſubeat poteſtatem, §.*filiusfamilias, vbi ſcribunt omnes, inſtit. quibus ex cauſis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, ſi ante erat religioſus, an teneatur redire ad clauſtrum,& nu.2.*

3 *Abſolutio ſemper reſtringitur ad effectum ad quem datur.*

4 *Regularis, effectus Epiſcopus tenetur ad obſeruantiam eorum, quæ non dedecent, nec impediunt munus Epiſcopale.*

5 *Religioſus ſi præficiatur Monaſterio alterius ordinis, dimittens præfecturum tenetur redire ad primum monaſteriũ.*

6 *Caſtitatis voto ligatus, ſi contrahat matrimonium, eo ſoluto, tenetur caſtitatem ſeruare.*

7 *Religioſus promotus ad epiſcopatum non liberatur à voto religionis.*

8 *Epiſcopatus liberat à poteſtate eius, cui ante epiſcopatum ſubiacebat.*

9 *Epiſcopus regularis non poteſt ad ſuum clauſtrum redire, niſi de licentia Summi Pontificis.*

10 *Epiſcopum eſſe ſub obedientia inferioris Prælati eſt indecens.*

11 *Epiſcopus vouens ingredi religionem, non poteſt illud exequi niſi de licentia Summi Pontificis. Cui an teneatur hoc votum explicare, vide nu.12.*

13 *Renunciatio loci, & dignitatis Epiſcopalis quomodo admitti ſolent à Summo Pontifice.*

Epiſcopus Regularis, qui renunciauit Epiſcopatui, an teneatur ad clauſtrum redire, & regulam ſuæ religionis ſeruare.

CAP. XII.

1 TRes ſunt conſiderandi caſus. Primus, quando Epiſcopus ante epiſcopatum erat regularis, & ceſſit loco, & dignitati; & tũc dubio procul tenetur redire ad clauſtrum, & viuere ſub obedientia, & obſeruantia regulari, *cap.temporis §. fin. & cap. hoc nequaquam 7. quæſt: 1.*

etenim

Digitized by Google

etenim cum remaneat dignitate episcopali omnino nudatus, cessant omnia priuilegia ratione dignitatis cõcessa, *cap. post translationem de renunciatio. cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, glos. in cap. constitutio, quæ de dignit. collat. 6. Sylvest. in verb. religio 4. in fin.* & consequenter censetur restitutus pristino suo statui, in quo erat antequam esset effectus Episcopus, *l. cum loca ff. de religios. & sumpt. funer.*

2 Hoc idem erit dicendum, si antequã fuisset *Episcopus* emisisset votũ religionis, quia militat eadẽ dispositio, *vulg. l. adigere §. quãuis ff. de iurepatr.* hoc procedere censeo, etiam si tempore, quo suscepit episcopatum fuisset absolutus à voto, quia prædicta ablolutio (nisi appareat de contrario) 3 videtur facta ad effectum cõsequẽdi episcopatum, & propterea non operatur ad alios effectus, vt plenè dixi *in tract. de iure personarum lib. 4. cap. 9. num. 5. cum sequentib.*

Secundus est casus, quãdo Episcopus regularis renunciauit tantũ loco, retenta dignitate, & tunc quod teneatur redire ad claustrum, ibique sub regula, & obedientia viuere, existimant *Abulen. in 4. senten. cap. 30. n. 109. Maiolus 3. de irregularit. cap. 6. num. 7. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 1. pag. 1036. coll. 1. Azor. moral. instit. tom. 1. lib. 2. cap. 7. in fin: Pacian. de probation. lib. 2. cap. 34. num. 113.*

4 Ducuntur primò, quia religiosus tenetur ad obseruantiam eorum, quæ nec dedecent, nec munus episcopale impediunt, at obseruantia regularis ex obedientia erga superiorem suæ religionis (vt ipsi dicunt) non dedecet, ergo

5 Secundò mouentur à simili, quia videmus, quòd si quisquam religiosus præficiatur monasterio alterius ordinis, & postea eam præfecturam dimittat, compellitur redire ad primum monasterium.

6 Item videmus, quòd ligatus voto castitatis trãsiens ad nuptias, tenetur soluto matrimonio castitatem seruare, & ab alijs nuptijs se abstinere, & quatenus emiserit votum religionis tenetur eam ingredi, quia cessat impedimentum exequendi.

7 Terriò, quia religiosus dum promouetur ad episcopatum, non absoluitur à voto religionis, sed per accidens non tenetur obedire Prælatis suæ religionis, *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2. in corpore*, ergo hoc accidente cessante, tenetur redire, *cap. cum cessante de appell.*

Digitized by Google

Contrarium existimant *Feder. de Senis cons. 38. num. 2. & cons. 19. num. 3. & seq. Imol. in clem. 1. nu. 50. de elect. Vitalin. in clem. 1. num. 83. & 84. de regular. Nauar. cons. 15. tit. de regular. art. lib. 3. & cons. 6. num. 11. cum sequen tit. de donat. lib. 2. Henriquez lib. 10. de Sacramētis cap. 32. num. 4. Rodriq. quæst. regul. 52. art. 26. tom. 3. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 34. nu. 113. Emmanuel in summ. verb. Episcopus nu. ij. Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 29.* & hæc est verior, & in praxi recepta.

8 Primò, quia dignitas episcopalis statim atq; attingitur, liberat à potestate eius, cui ante episcopatū subiacebat, *Auth. sed episcopalis C. de episcopis & cler. §. filiusfamilias, & vtrobique scribunt omnes, Instit. quibus mod. ius patr. potest. soluitur.* At dignitas episcopalis per renunciationem loci tantùm, non cessat, *cap. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, cap. post translationem de renunciat.* ergo.

9 Secundò, quia talis reditus non potest fieri nisi accedente consensu Summi Pontificis, *d. cap. temporis §. fin. ibi apostolica concessione 7. quæst. 1.* & clarius legitur *in Constitutione Pauli IV.* quæ incipit *in sacra Beati Petri, & est 21. in ordine Nouissimi Bullarij*, ergò absurdum est dicere, quod teneatur, cum neque volens hoc facere possit, antequam Sedis Apostolicæ sequatur assensus.

10 Ad contraria respondetur, & quo ad primum negatur nō dedecere episcopalem dignitatem esse sub obedientia inferioris Prælati, satis enim est indecens, quod is, quem propter status perfectionem Pōtifex sibi in fratrem elegit, *cap. quamuis de crimine falsi*, & populus sibi elegit in Patrem, alterius subeat obedientiam, *d. §. filiusfamilias Instit. quibus mod. iuspatr. potestatis soluitur*, inspecie sic respondet *Nauar. cons. 6. nu. 13. tit. de donat.*

Ad secundumsnon est par ratio Religiosi, & Episcopi, Præpositus enim nō eximitur ratione maioris qualitatis, quæ adijciatur personæ, prout contingit in Episcopo, atque ideo non benè deducitur argumentum à persona ad personam, in qua militat diuersa ratio, *l. Papinianus ff. de minor.*

Non obstat simile de vouente castitatem, qui si vxorē ducat, remanet obligatus ad exequutionem voti, si contingat matrimonium solui, quia respondetur, quòd soluto matrimonio, non remanet qualitas impressa personæ, quæ

Digitized by Google

quæ ipsum eximat ab obligatione, quod non est in Episcopo, qui renunciatione non obstante remanet Episcopus, *d.cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui renuncia. Episcopatui, cum alijs allegatis.*

Ad tertium patet solutio ex prædictis.

Tertius est casus, quando ante episcopatum Episcopus erat Presbyter, vel Clericus secularis, & tunc siquidem cedat tãtum loco, dubio procul non tenetur accedere ad
11 clausstrum, ex allegatis, quæ procedunt etiam si dum esset Episcopus fecisset votum de ingrediendo in religionem, quia tale votum non arctat, nisi Pontifex Summus assentiatur, *Palud. in 4. senten. distin. 38. quæst. 4. art. 2. num. 30. D. Anton. par. 3. tit. 11. cap. 2. §. 6. Azor. tom. 1. moral. instit. lib. xi. cap. 16. quæst. 2. Sanchez ad præcepta Decal. lib. 4. cap. 25. num. 36. Bartholom. de Veccijs in praxi nouit. disp. 2. dub. 2. num. 7. cum seq.* vbi etiam ex aliorũ sententia explicat an sit ne-
12 cessaria explicatio voti, quãdo petitur assensus à Summo Pontifice.

13 Cęterum, renunciatio loci, & dignitatis non consueuit admitti per Summum Pontificem, nisi volentibus reuerti ad religionem, in qua professi erant, prout fuit admissa D. Thomę Eustachio olim Episcopo Larinen. qui reuersus est ad Congregationem Clericorum sæcularium, à S. Philippo Nerio institutam, in qua educatus fuerat: vel ad effectum ingrediendi religionem, prout concessa fuit bon. mem. Carolo ex Principibus Lotaringiæ olim Episcopo Virdunensi, qui fuit ingressus 1
Societatem Iesu. In tali licentia absoluitur Episcopus ab vsu, & exercitio dignitatis Episcopalis, nec non etiam ab obligatione habitum Episcopalem deferendi, hoc tamen adiecto, vt paruulam crucem auream in signum Episcopalis dignitatis deferre teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus regularis non potest ad suam religionem redire, nisi de licentia Summi Pontificis.*

2 *Papa quomodo concedat licentiã Episcopo regulari, redeundi ad propriam religionem.*

3 *Episcopus regularis rediens ad suam religionem, an, & quomodo subijciatur suæ regulæ, & nu. 4.*

5 *Episcopus qui semel renunciauit loco, & dignitati, an iterum possit ad Episcopalem dignitatem aspirare.*

Digitized by Google

Religioſus, qui renunciauit Epiſcopatui, ſi redeat ad Clauſtrum ſuæ religionis, an teneatur ad obſeruantiam regulę, & obedientiæ.

CAP: XIII.

1 SVpponẽdum eſt primò, quod Epiſcopus non poteſt ad Clauſtra ſuæ religionis, niſi ex Apoſtolica conceſſione redire, *cap. temporis 7. quæſt. 1. cap. niſi cum pridẽ in fin. de renunc. cap. licet §. talis, & §. ſi vero de regular. & ibi Butr. num. 2. Abb. in cap. quod Dei timorem nu. xi. de ſtat. Monach.* eſtq; expreſſum *in Conſtitutione Pauli IV.* quę incipit *in ſacra Beati Petri*, quæ eſt 21. in ordine nouiſſimi Bullarij.

2 Supponendum ſecundò, quod Sedes Apoſtolica non consueuit hanc licentiam cõcedere, niſi facta renunciatione loci, & dignitatis, ne contingeret epiſcopalem dignitatem Prælatis inferioribus ſubijci, *cap. hoc nequaquam 7. q. 1.*

3 His ſuppoſitis infertur, quod vbi Epiſcopus renunciato loco, & dignitate, reuertitur ad clauſtrum, tenetur ad obſeruantiam regulæ, & obedientiæ, quia ceſſante dignitate, ceſſant eius priuilegia, vt dictum eſt in *capit. præcedenti num. ij.*

4 Hoc autem intelligi debet, dummodo, vel in facultate ſibi à Sede Apoſtolica conceſſa, ſit ſpecialiter expreſſũ, quod ſubijciatur regulæ, & obedientiæ, vel quod Epiſcopus nouo voto ſe obliget ad obſeruantiam regulæ, & obedientiæ, aliàs ſemper remanebit exẽptio inducta per adeptionem Epiſcopatus, vt probat, & rectè *Sanchez dict. lib. 6. cap. 6. ſub nu. 31.*

5 An autem Epiſcopus, qui ſemel renunciauit dignitati Epiſcopali, & contulit ſe ad clauſtrum, poſsit de nouo ad Epiſcopalẽ dignitatem aſpirare, vide *text. in cap. poſt tranſlationem de renunciat.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

LVCV-

Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM. LIBER TERTIVS.

De Eremitis.

SVMMARIVM.

1 *Eremitæ qui dicantur, & nu. 3. & 4.*
2 *Eremitarum authores qui fuerunt.*
5 *Eremitarum ſtatus eſt Deo gratiſſimus.*

Eremitæ qui dicantur

CAP. I.

1 ERemitas latinè dicimus degẽtes in contemplatione & perfectione. horũ alios Anachoretas, ſcilicet diſcedentes, & vitam remotã habentes, in hoſpitio, alios Hæſychaſtas, ſcilicet quieſcentes appellamus, tanquam à communione ad meliora exceptos, *Auth. de Monach. §. cogitandum. can. qui verè 16. q. 1.* Eorum proprium eſt latere, & ab omni hominum cõſpectu abeſſe. Vnde Eremus ſolitudo, Eremita verò ſolitarius appellatur, *Hoſtiẽ. in ſum. de hæret. Archid. in cap. hæreticus 24. q. 3.*

Qua ratione cùm Monachus idem ſit quod ſolus, inde fit, vt quandoque Eremita, & Monachus æquiparẽtur, *gloſ. in l. 2. verb. non poſſunt ff. de in ius vocand.*

Quamuis regulariter iura loquentia de Monachis non comprehendãt Eremitas, *cap. vnico in fine. de exceſſib. Prælat. lib. 6. & ibi Gemin. n. 5.*

Duces habent Eliam, & Io. Baptiſtam, quorum vtrumq; in deſerti ſolitudine vitam duxiſſe docemur *Luca cap. 1. & 2.* imitariq; vidẽtur Chriſtum, cum aſcendit in montẽ ſolus orare, *Matth. 14. Lucæ 6:*

Horum gloriæ cum inuideãt Nouatores, eo deuenerunt iniquitatis, vt verbum Dei corrumpere, & Ioannem vitæ otioſæ, & delitioſæ infamare quærant, quorum infa-

niam

niá à Petro Caniſio viro eruditiſſimo,& pio planè retusá, *lib.1. de corruptela verbi Dei cap.2.3.& 4.* nos vti ſibilis,& riſu dignam,præterimus. Poſt Eliam, & Ioan.Baptiſtam huius vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius fuit, hos ſequuti ſunt Accepſema, quem in ſolitudine Cyri Vrbis in conclaui per annos ſexaginta latuiſſe,ſcribit *Theodoret.lib. 4.cap.28.* Pior etiam in eremo ſcytica Egypti,poſt annos 50. vix aſpici ſe a ſorore , idq; parumper paſſus eſt,*Sozomen.lib. 6.cap.29.*

Didimus cum nonaginta annos vixiſſet, nulli hominũ ad mortem vſque ſe coniunxit, *Socrat. hiſtor. eccleſ. lib.4. cap.23.*

Simeon dictus de columna, ferream catenam viginti cubitorum comparauit , cuius caput cuidam petræ maximè appendit aliud dextro pedi adaptauit, vt nec ſi vellet extra hos limites exire poſſet, *Theodoret.in eius vita.*

2 Antonius ſumebat panem, ſalem,& parum aquæ per tectum immiſſum,bis in anno, nec ab eo, qui immittebat, nec ab alio vnquam viſus; eratque omnis ad ipſum aditus lapidibus obſtructus; eamq; viuendi rationem per totos viginti annos tenuit, vt *D.Athanaſ. in eius vita* ſcribit, hinc *in Synodo Conſtantinopolitana* 6. Cum quidam,qui Eremitæ nomen ſibi vſurpabant,vagarẽtur per Ciuitates, inter viros , & mulieres , iuſſi ſunt vel habitum ſumere Monachorũm, vel ab Vrbe ſecedere. *canon* 62. cum quo concordat *text.in dict.cap.quidam* 16.*q.* 1. licet autem Eremitarum nomen propriè competat his, qui vitam ſolitariam 3 pœnitentiæ cauſa ducunt, ſeorſum ab alijs, nihilominus illorũ exemplo olim eodem nomine nuncupari cæperũt, Serabitæ; eo quod bini, vel terni habitantes in ſolitudine diſcurrebant,hinc inde in ſpiritu libertatis, aſſerentes ſe ſe Chriſtum imitari, quando circuibat per ciuitates, & caſtella,*cap.quidam*, 16.q.1:

4 Religioſi etiam habitantes in cœnobijs conſtitutis in locis deſertis, quæ ſua viuendi ratione poſtulant ſeparationẽ ab hominum communione, appellari cœperunt Eremitæ, *in cap.cum monaſterium* 13, *de elect.& in cap. penult. de verb. ſignif.lib.6.*

Tales olim fuerunt Religioſi S.Baſilij,& S.Auguſtini, qui propterea ad hæc vſque tempora Eremitani nuncupantur, & tales ſunt etiam hodie Carthuſiani, & Monaſterium

Digitized by Google

sterium S.Benedicti in Monte Serrato, in Prouincia Cataloniæ, *Suar. de religione tom. 4. titu. de var. religios. lib. 1. cap. 2. num. 9.* alios refert *Eruditissimus D. Reg. Tapia in Authen. ingressi verb. Monasteria c. 25.*

5 Horum statum sanctum esse, Deoque gratum pluribus aduersus huius temporis hæreticos, probat *Bellarm. de Monac. lib. 2. cap. 39.* eorumque vitam esse perfectiorem alijs pronunciauit *Iustin. in auth. de Monach. §. cogitandum*, esseque rem claram tam ex se, quam ex vsu, & approbatione Ecclesiastica, scribit *Suarez loco citat. num. 4.* Quare non immeritò Sãctos Eremitas in ecclesiasticis deprecationibus, quas litanias appellamus, Ecclesia inuocat, & deprecatur, *Felin. in cap. 2. sub num. 6. de for. compet.*

SVMMARIVM.

1 *Eremitica vita quando dicatur debitè assumpta.*

Vita Eremitica quando debitè dicatur assumi.

CAP. II.

1 VIta Eremitica debitè dicitur assumpta, quando assumitur postquam diù in Monasterio sub regulari obseruantia vixerunt, ita probat *tex. in auth. de Monach. §. cogitandum*, & firmat *D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 8. Turrecrem. in d. cap. qui verè nu. 2. 16. q. 1.*

Refert *Isid. lib. 2. de offic. cap. 15. sub tit. de tertio genere Monach.* antiquum morem fuisse, vt cupientes vitam eremiticã assumere, per viginti saltim annos prius probarentur in cœnobiis, & postea non nisi per electionem obedientiæ ad solitariam vitam transirent. *6. Synod. Constantinopolitana in canon. nullam*, saltim quatuor anni requiruntur, simul cum Episcopi approbatione.

Vbi autem ad vitam Eremiticam fit transitus immediatè, nempè eam inchoando, statim à principio conuersionis, tunc nisi per diuinã gratiam suppleatur, prout contigit in Sanctis Paulo, & Antonio rem esse periculi plenissimam, scribunt *Diu. Thom. & Turrecrem. loc. cit. D. Anton. in 3. par. titu. 16. cap. 1. §. 4. Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 16. nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Eremitarum status an sit religiosus, distingue plures casus, Ere-*

Digitized by Google

2 *Eremitarum habitum induens ſua ſponte ſignum dat leuitatis.*

3 *Habitum eccleſiaſticum nemo ſua temeritate debet induere.*

4 *Eremita accipiens habitum ſua ſponte poteſt moneri, vt illum dimittat.*

5 *Epiſcopus poteſt punire eos, qui habitu eccleſiaſtico abutuntur.*

6 *Eremitæ Romæ in hoſpitio accipiuntur.*

7 *Eremita quando gaudet priuilegijs eccleſiaſticis.*

An ſtatus Eremitarum ſit religioſus.

CAP. III.

1 QVamuis ſtatus Eremitarum ſit ſanctiſsimus, dubitari tamen ſolet, an poſſit dici ſtatus religioſus? res quidem difficilis, etiam ſi dubitatio ad veteres illos Sãctos Patres referatur, & in qua *Suarez* alterius magis ſententiam audire, quam propriam cupit proferre, *de relig. tom. 4. lib. 1. cap. 2. num.* .

Nos Doctorum noſtrorum dicta reſumentes, tres caſus credimus eſſe conſiderandos. Primus, vbi quis tranſit ad vitam eremiticam, poſt ſuſceptum clericatũ, vel poſtquã fuit profeſſus | aliquam religionem, & in tali caſu citra controuerſiam recipitur, eſſe propriè, & verè ſtatum religioſum, quia per huiuſmodi tranſitum non mutatur anteeedens religionis, aut ordinis ſtatus, ſed adijcitur accidentaliter qualitas Eremitica, *cap. vnico §. per hoc tamen de exceſsib. Prælat. Aufrer. de poteſt. ſecul. cap. 2. nu. 37. Couar. pract. quæſt. cap. 34. num. 4. Tholoſan. ſyntagm. iur. lib. 15 cap. 14. nu. 10. Suarez d. cap. 2. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 33. Rodriquez regular. quæſt. tom. 2. quæſt. 63. art. 20. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 1. nu. 105. Parlador. quotid. differ. 9. §. 1. num. 4.*

Secundus eſt, vbi vita Eremitica aſſumitur immediatè, nempè quia à ſtatu ſæculari fit tranſitus ad Eremum, aſſumpto habitu, loco, & modo viuẽdi, de licentia Sedis Apoſtolicæ, vel ſaltim Epiſcopi, cui ſe obligauit ad Sanctum viuendi modũ: & tunc quãuis talis ſtatus non faciat illũ verè religioſum, propterea quod nõ profitetur aliquã ex religionibus approbatis, *cap. fin. de relig. domib. & cap. vnico eod. tit. lib. 6.* nihilominus talis eremita dicitur perſona eccleſiaſtica, quia hoc operatur

ſuſce-

Digitized by Google

ſuſceptio habitus, & obligatio penes Epiſcopum, ita probat *tex. in cap. 11 & cap. mulieres, & cap. viduitatis, 27. quæſt. 1. gloſ. in cap. qui verè verb. vero, & ibi Archid. 16. quæſt. 1. Abb. in cap. ex parte nu. 10. de conuerſion. coniugat. Cardin. in clemen. 2. de præben. Turrecrem. in d. cap. qui verò, quæſt. 2. Abb. in cap ex parte num. 10. de conuerſ. coniug. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 79. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 33 Iulius Cæſar Imbrian. in tract. de iudice Regni in præfat. num. 8. Carol. de Graß. de effect. cleric. effect. 1. num. 106.* & in facti contingentia ita reſpondit *Sacra Congregatio Epiſcoporum 17. Ianuarij 1594.* reſcribens Epiſcopo Fundano. Hoc idem erit dicendum, vbi ſecularis ſua ſponte ſe ceſſit in Eremum, aſſumpto habitu ex propria voluntate, ſed propter vitæ probitatẽ eſt agnitus ab Epiſcopo, vel in viſitatione generali, vel quia illum aſcripſit ſeruitio alicuius Eccleſiæ ruralis; nam conſenſus Epiſcopi in hac materia poteſt ſequi, *cap. cura paſtoralis, vbi gloſ. de iur. patr. gloſ. in cap. fin. verb. conſenſum 16. quæſt. 1.* & vbi ſequitur æquiparatur conſenſui antecedenti, *l. Paulus ff. rem ratam haberi.* & huc facit, quia non legimus Paulũ, & Antonium Eremitarum Magiſtros, fuiſſe antecedenter ab Epiſcopo probatos.

Tertius eſt caſus, quando vita eremitica eſt aſſumpta per laicum ſua ſponte, ſine aliqua recognitione Epiſcopi expreſſa, vel tacita; & tunc, quòd adhuc ſit fori eccleſiaſtici, cenſuit *gloſ. in d. can qui verè 16. quæſt. 1. & in cap. nulla ratione 93. diſt. & in l. 2. verſ. non poſſunt ff. de in ius vocand. Innoc in cap. cum Monaſterium 3. de elect. ibique Anan. num. 2. Abb. num. 2. Butr. conſ. 19. num. 19. Calder. conſ. 7. num. 1. verſ. pro hac parte de iudic. Angel. in auth. apud quos oporteat dicere cauſam Monach. & in d. l. 2. ff. de in ius vocand.* & iterum *conſ. 121. ante num. 2. verſ. quinimmo etiam Eremitæ Collectar in cap. ex parte de conuerſione coniug. D. Antonin. in ſumm. par. 3. tit. 16. cap. 1. §. 4. Boer. in tract. de vita, & ſtatu eremit. num. 13. & 14. Couar. pract. quæſt. cap. 34. ſub num. 4. verſ. ſecundò intelligitur,* & hanc cõmunem dicunt *Borrell. ad Bellug. in ſpeculo Princip. titu. xi §. videndum num. 18. Camill. de Curt. in diuerſ. iur. feud. par. 2. cap. 2. num. 93. Vaſqu. Illuſt. quæſt. lib. 1. cap. 105. num. 53. Mart. de iuriſd. caſu 113. num. 1. par. 4. centur. 2. Rota deciſ. 2. nu. 2. de ſenten. excom. in antiquior.* refert alios *Carol. de Graſſ. de*

Digitized by Google

effect.cler.effect.1.num.102. cum ſequen.

Contrarium, nempè, quod talis Eremita ſit de foro ſeculari, tenuit *Ioan. de Lignano*, quem refert *Zabarell. in clem. per litteras num.9. de præben. & in cap. cum monaſterium num. 3. de elect Anchar. in reg. eaque num. 20. de regul. iur. lib. 6. Abb. in cap. 2. num. x. de foro compet. Iacob. de S. Georg. in l. 2. num. 12. ff. de in ius vocand. Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. deciſ. 8. nu. 2. & de poteſtate ſeculari in Eccleſ. reg. 2. num. 37. Bellug. in d. §. videndum num. 9. Bouadill. in polit. lib. 2. cap. 19. num. 199. Canall. in tract. de cognit. per viam violentiæ par. 2. quæſt. 33. Rodriquez regular. quæſt. tom. 2. quæſt. 63. art. 20. Iul. Cæſar Imbrian. in tract. de Iudice Regni in præfat. num. 8. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in prohem. num. 256. cũ ſeq.* Primò, quia cum talis Eremita poſſit habitum, & modum viuendi accipere ab Epiſcopo, & de eius licẽtia Eremum petere, equidẽ hoc faciens ex propria voluntate,

2 ſignum eſt euidens, quod ipſe non ducitur ſpiritu obedientiæ, vel pœnitentiæ, ſed vt viuat in ſtatu libertatis, & æquinoco, qui eſt de iure improbatus, *cap. vt clerici de Regular.* quo fit, vt cum præter propriã voluntatem nulla alia poſſit dari cauſa, ſequitur, quod non poteſt dici exemptus à poteſtate laicali, *argum. cap. ne innitaris extra de conſtitutionib.*

3 Præterea intereſt valdè eccleſiæ, ne quis habitum Ecclesiasticum ſua ſponte, ac propria temeritate induere poſſit, ad vitanda ſcandala, quæ de facilè indè poſſunt oriri, *capit. fin. de religioſ. domib. cap. 1. & d. titu. lib. 6. cap. vt clerici de regular.* Hinc *D. Hieronym. epiſt. 22. de cuſtodia virgin. in fin.* pluribus improbat quorumdam hominum inſtitutum, quos Egyptiaca lingua Remobot. appellabãt, propterea quod ſuo arbitrio, & ſine alicuius obedientia vãgabantur, licet aliqua opera bona facerent.

4 Limitatur hæc concluſio, ne procedat ad effectum, vt talis Eremita poſſet moneri, & cogi ad dimittendum habitum; nam hoc poteſt fieri per Epiſcopum, vt probat *tex. in cap. quidam 16. q. 1.* & tradũt in ſpecie *Gemin. in cap. fin. & ibi Franch. de Bigam. lib. 6. Abb. in cap. ſuarum in princ. de priuileg. & in cap. nullus ante finem de fero compet.* & quatenus reculet habitum dimittere, poteſt in eum perſonaliter animaduertere, vt in facti contingentia reſpondit *Sacr. Congregatio*

Digitized by Google

gregatio Episcoporum 22. Ianuarij 1588 rescribens Episcopo Cathanẽsi, & sic etiam fuisse practicatum Panormi, scribit *Carol. de Grass. de effect. cler. in prohem. nu. 256. & 257.*

5 Ratio est, tum quia potest Episcopus animaduertere in eos, qui habitu ecclesiastico abutuntur, *l. Mimę C. de sacrosanct. eccles. auth. de Sanctissimis Episcopis, §. fin.*

Tum etiam, quia donec ipse non habeat approbationem ab Episcopo, est in statu æquiuoco, in quo ab Episcopo tolerari non debet, *cap. nemo potest 16. quæst. 1. cap. 3. de regular.*

6 Romæ ex speciali edicto Eminentiss. Domini Cardinalis Vicarij, iubentur omnes Eremitæ, qui reperiuntur in Vrbe, eiusq; districtu se conferre ad habitãdum in hospitali, pro eis specialiter erecto apud Portam Angelicam nũcupatam, ibique, & non alibi viuere, & pernoctare; nec permittuntur per Vrbem incedere, nisi habita fide, quod degant in dicto hospitali, vel de licentia eiusdem Eminentiss. Cardinalis, seu eius Vices gerentis.

7 Ex his infertur, quod Eremitæ vagi, qui nec diffinitum, aut firmum vitæ modum, neque habent aliam specialem obligationem ecclesiasticam, siue ex voto, siue ex pacto, aut alia speciali subiectione ad Episcopum, vel aliam personam ecclesiasticã non gaudent priuilegio canonis, vt benè probat *Suarez de censur. disp. 22. sect. 1. num. 21. & 22. Duard. ad Bull. Cœnæ lib. 2. can. 15. q 6. num. 4. vers. alij verò Eremitæ.* & pari ratione non sunt immunes à collectis, *Guttierez de gabell. q. 95. nu. 8. & 9.* & vbi sunt alicui seruitio ecclesiastico obligati, tãdiù gaudent, quãdiù seruitiũ, & obligatio durat, quod si recesint, immunitas cessat, *l. sẽper in ciuitate §. negarę ff. de iure immun.* & in specie *Boer. dict. tract. de vita, & statu Eremit. nu. 13. vers. & hoc quandiù.*

SVMMARIVM.

1 *Eremita nullam religionem professus, si voueat vitam eremiticam, obligatur tantum ad permanendum in cælibatu.*
2 *Eremita potest effici Monachus.*
3 *Eremita dicitur ciuis loci quem habitat.*
4 *Eremita tenetur obedire tantum Episcopo.*
5 *Eremita non tenetur ad paupertatem. Amplia, & limita nu. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Eremita habet testamenti factionem actiuè, & passiuè.*

Digitized by Google

Eremita an teneatur voto religionis, vel caſtitatis, aut paupertatis, an dicatur ciuis loci, in quo habitat, & an habeat teſtamenti factionem.

CAP. IV.

1 ERemita nullam religionem profeſſus, licet ſit ab Epiſcopo approbatus, & coram eo votum emiſerit de vita eremitica perpetuò ſeruãda nõ dicitur vouiſſe aliquã religionem, ſed ex tali voto, naſcitur tantũ obligatio permanendi in cœlibatu, & abſtinendi à matrimonio, vt pluribus probat *Sanchez ad præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 16. num. 10.* Vndè deducitur primò, quod ab Eremo poteſt
2 trãſire ad ſui libitum ad Monachiſmum, *gloſ. in cap. quia verè 16. q. 1. & in cap. ſi clericatus verbo contubernium, eadem cauſa, & quæſt. Felin. in cap. 2. ſub num. 6. de foro compet. & ibi bon. memor. Hieronymus Ricciullus Epiſcopus Bellicaſtrenſis frater meus, cuius repetitiones manuſcriptæ, penes nos aſſeruntur.*

3 Deducitur ſecundò, ſi Eremita poſt votum emiſſum fornicetur, nõ dicitur violaſſe votum caſtitatis, ſed peccat contra votum ſimplex. *Sanch. loc. cit. & in tract. de matrim. lib. 2. diſp. 18. nu. 5.*

Deducitur tertiò, quod Eremita dicitur ciuis loci, quem habitat, *Bal. in l. in adoptionem C. de adoptionib.* ſequitur *Boer. in tract de vita, & ſtatu Erem. num. 14. Bertachin. in tract. de epiſcopo q. 68. num. 110. per text. in l. 1. ff. ad municipal. de incol.*

4 Deducitur quartò, quod Eremita nullam religionem profeſſus, non tenetur obedientiam præſtare niſi Epiſcopo, quia ipſe non eſt alligatus alicui religioni, *D. Tho. in 4. ſent. diſt. 22. & 27. q. 186. art. 5. ad tertium.*

5 Deducitur quintò, quod Eremita non tenetur ad ſeruandam paupertatem *gloſ. in cap. qui verè 16. quæſt. 1. & ibi Turrecrem, num. 8. in fin. Angel. in l. 2. ff. de in ius vocand. Boer. in tract. de vita & ſtatu Erem. num. 16. Tholoſan. ſyntagm. iur. lib. 5. cap. 14. num. 10.* ideo poſſunt condere teſtamentum, *Alber. in auth. ingreſſi num. 32. C. de ſacroſan. eccleſ. ibique Signorol. num. 35. Doctiſſimus D. Regens Tapia in verbo ideoque nec de his cap. 1. nu. 22. Abb. in rubr. de teſtam. num. 6. Præpoſ. in cap. nulli dubium 12. q. 5. num 21. D. Anton. in 3. par. titu. x. cap. 3. §. 13. Angel. in verbo teſtamentum num. 1. Io. de Friburuo in ſum.*

con-

confess. lib. 2. tit. de testam. quæst. 102. Ang. in d. l. 2. ff. de in ius vocand. Sylvest. in verbo testamentum 1. q. 3. Tabiena in verbo testamentum q. 1. Navar. in comment. 2. num. 44. de regul. Mandos. de signat. gratiæ verbo licētia testandi, vers. eremitæ, Molin: de iust. & iur. disp. 141. col. 1.

7 Quod procedit primò, etiã in Eremitis vitæ austeritate, & sanctitate pollẽtibus; siquidem legimus Paulũ Eremitarum auctorem, & Magistrũ, colobium Anastasio Episcopo Alexandrino, & Antonio tunicam ex palmis cõtextam reliquisse, *cap. perlatum §. contra 19. quæst. 3.* & scribunt *Turrecrem. & Præpos. in d. cap. nulli dubium, ille nu. 21. hic nu. 22.*

Procedit secundò etiam in illis, qui clausi sunt intra parietes quos vulgus apud Hispanos Emperedados appellat, *Sanchez ad præcepta Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. nu. 41.*

8 Procedit tertiò ẽt inspecto iure municipali Regnorũ Hispaniæ, vt aduersus Horosium *in l. patre furioso nu. 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* scribit *Sanchez loco cit.*

9 Limitatur hæc quarta deductio. Primò ne procedat in eremitis, qui ad Eremum se contulerunt post professa tria vota religionis, tũc enim personæ qualitas non mutatur ex allegatis *supra cap. 3. in primo casu*, & cõsequenter rẽmanet intestabilis, prout erat anteà, *Abb. in rubr. de testam. num. 6.* cum aliis in *principio huius capitis* allegatis, quibus addẽdi sunt *Gregor. Lopez in l. regia 17. par. 6. tit. 1. verb. Eremitanzo, Sanchez d. cap. 7. nu. 41.*

10 Limitatur secundò in Eremita licet nullam religionem professo, qui auctoritate Episcopi obtulit se, & omnia bona sua alicui ecclesiæ, tunc enim quamuis respectu personæ remaneat testabilis, nihilominus eorum dispositio non potest inferre damnum ecclesiæ; cui per anteriorem donationem fuit ius quæsitũ, siue oblatio fuerit facta ecclesiæ regulari, siue seculari, *D. Reg. Tapia, Navar. in manual. & alij*, quos refert, & sequitur *Sanchez d. cap. 7. à nu. 42. vsq; ad finem*, ad quem lectorem remitto.

11 Et sicuti Eremitæ testari possunt, ita sunt capaces successionis tàm ex testamento, quàm ab intestato, dummodo non sint professi aliquam religionem bonorum incapacem, *Bald. & Angel. in l. generaliter C. de sacrosanct. eccles. & in auth. ingressi C. eod. tit. Nicol. de Vbald. in tract. de success. ab intest. cleric. quæst. 2. num. 6. cum sequen.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Eremita an poſsit cõtrahere matrimonium, & an deſuper requiratur diſpenſatio apoſtolica vide vſque ad num. 5.*

An Eremita poſſit contrahere matrimonium.

CAP. V.

1 DE Eremitis, qui antequam ad eremum ſe conferrent, religionẽ aliquam erãt profeſſi, vel qui in Cõgregatione viuentes religionem profitentur, vt ſunt Camaldulenſes, & ſimiles res nullam continet controuerſiam, quia iſti ſunt verè religioſi regulares, *cap. vnico in fi. de exceſſib. Prælat. lib. 6. cap. priuilegium de verb. ſignificat. cap. Monachum 20. q. 4. Felin. cap. 2. num. 6. de foro competen.* qui propterea nequeunt contrahere matrimonium.

Loquimur ergo de Eremitis, qui à vita laicali, vel ſaltim à minoribus ordinibus de licentia Epiſcopi expreſſa, vel tacita ad Eremum ſe cõtulerunt, in quibus veritas ex infraſcriptis concluſionibus liquebit:

Prima ſit concluſio. Status eremiticus de per ſe inducit obligationem permanendi in cœlibatu, & abſtinendi à matrimonio, ſaltim ex voto ſimplici emiſſo coram Epiſcopo, *Sanchez ad præcepta decalog. lib. 4. cap. 16. num. 10. & in tract. de matrim. lib. 2. diſp. 18. nu. 5.*

2 Secũda cõcluſio. Talis eremita ſi experiatur ſtatũ eremiticũ ſibi ſalubrem non eſſe, poteſt diſpenſationem petere à Sede Apoſtolica, quæ de facili concedi debet, *Sanchez d. cap. 16. nu. 10. in fin.*

3 Tertia concluſio. Eremita contrahens matrimoniũ abſq; diſpenſatione non tenet, quia ſtatus eremiticus ſoluit matrimonium ratum, non conſumatum, ita deſumitur ex *cap. ecce 27. q. 4.*

4 Contrarium, nempè, quod licet contrahi non debeat, tñ contractũ, teneat, probat *gloſ. in cap. ex parte 14. verb. Propoſitum verſ. de vita eremitica de conuerſ. coniug. Felin. in cap. 2. num. 6. de for. competen. Soto de iuſt. & iur. queſt. 5. artic. 3. ante argumentorum ſolutionem*, alios refert *Enriquez de matrimon. lib. xi. c. 8. n. 7.* quã opinionem pluribus probauit *bon. me. D. Frater meus Hieronymus Ricciullus Epiſcopus Bellicaſtrẽſis in repet. cap. 2. de for. compet.* quæ ſimul cum alijs eius manuſcri-

Digitized by Google

nuſcriptis, ſuo ingenio dignis ſuper vtroque iure, reſeruantur per Antonium noſtrum ex fratre germano nepotem.

Ratio eſt, quia hodie Eremitæ vel nulla emittũt vota, vel ſi emittunt, illa ad ſummũ ſunt vota ſimplicia, quæ matrimonium ratum non irritãt, *Sanchez de matrimon. quæſt. 8. num. 5.*

A fide dignis in Vrbe accepi, boni nominis Eremitã vulgari lingua nuncupatum *Fate ben per voi*, Sãctæ mem. Pio V. benè viſum, poſt plures vitę eremiticæ annos vxorem duxiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Eremita an poſsit ad prælaturã aſſumi.*
2 *Celeſtinus V. ex eremo fuit ad Pontificatum euectus.*

Eremita an poſſit ad Prælaturam aſſumi.

CAP. VI.

1 SI quærimus de Eremita certam regulã profitente, dummodo cæteræ qualitates ſibi ſuffragetur, poteſt aſſumi ad Prælaturam ſui Ordinis, vt probat *text. in cap. cum cauſam, & cap. cum in Magiſtrum de elect.* item, & ad Prælaturam ſecularem, vt in *cap. cum monaſterium eodem tit. Turrecrem. in dict. cap. qui verè*
2 *ſub num. 7. 16. quæſt. 1.* & poſſe eligi Summum Pontificem, exemplo Celeſtini V. docemur.

Si vero quærimus de Eremita non habente certum habitum, & profeſſionem, & tunc ſi aliæ ſibi ſuffragentur qualitates, non impeditur promoueri ad Prælaturam ſecularem, *Turrecrem. in dict. cap. qui verè ſub num. 9.* non autem ad Prælaturam regularem, nam cũ Abbas debeat eſſe Monachus, *dict. cap. cum cauſa*, oportet, quod eligendus ſit expreſsè profeſſus eius regulæ, cui inſeruit Monaſterium vbi proficitur, *cap. nullus de elect. lib. 6. Turrecrem. loc. cit. Boer. in tract. de vita, & ſtat. eremit. num. 13. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Eremita degens in Congregatione poteſt relinquere primum locũ, & alium aſſumere.*
2 *Secus dicendum eſt in Eremita, qui ſolus degit.*

Eremita

Digitized by Google

Eremita an possit relinquere locum, & alium assumere.

CAP: VII.

1 SI loquimur de Eremita in Congregatione Religiosorum degente, potest relinquere primum locũ, & alium assumere de licentia sui superioris, non obstante, quod Monachi nequeant antiqua loca, sine Papæ licentia mutare, *cap. vnico. §. fin. de excessib. Prælat.*

2 Si verò loquimur de Eremita, qui solus degit, potest ad sui libitum locum relinquere, quia regulariter status eremiticus non obligat ad permanendum in eo, vt dictum est *supra cap. 4. & 5.*

FINIS LIBRI TERTII.



Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM.

LIBER QVARTVS.

De Confraternitatibus Laicorum:

SVMMARIVM.

2 *Romulus in Phratrias populum diuiſit.*
2 *Numa Pompilius ſingulis artibus collegium inſtituit.*
3 *Collegia, quæ ad pietatem pertinent etiam Apoſtolorum tempore fuere.*
4 *Confraternitatis diffinitio, & num. 5.*
6 *Collegium reale, perſonale, & naturale quomodo differunt.*
7 *Collegium perſonale ſuſtinet vicem perſonę.*
8 *Iuramentum, & excommunicatio non tranſit de perſona in perſonam.*
9 *Iuramentum, & excommunicatio confratrum obligat tantùm eos, qui iurarunt, vel fuerunt excommunicati.*
10 *Confraternitatis ingreſſus, & egreſſus conſiſtit in voluntate.*

Confraternitas vnde dicta, & quomodo poſſit diffiniri.

CAP. I.

1 MAgna quidem religio per ſe eſt, præſtátior verò ſi pluriũ obſeruatione vinculo ſocietatis excolatur. Hac de cauſa Romulus populum in curias, & Phratrias diuiſit, *Alicarnaſſ. lib. 1.* & Numa Pompilius, vt
2 artes foueret, redigens ſingulas artes in vnum ſingulis artibus collegium inſtituit, & ſacra vnicuique generi propria, *Plutarch. in Numa Pompilio*. Hinc fratres & ſacrorum ſacramẽtales, & qui in eodem ſepulchro ſepeliuntur, ſodales appellantur, de quibus in *l. 3. ff. de colleg illici*:. hinc etiã probatur religionis cauſa conuẽtus, *l. 1. §. cum religionis, & in l.*

Digitized by Google

20. *C. de pagan. & ſacrific. eorũ.* Tempore Apoſtolorum aſſuiſſe collegia, quæ ad Chriſtianam pietatem pertinebãt, liquet *Actuum cap.* 6. ac ſuccedentibus temporibus, cum huic pietatis exercitio Imperatorũ in Chriſtianos ſeuientes edicta obſiſterent, nil iucundius Chriſtianæ pietatis cultoribus accidere potuit, quam cum Maximianus Auguſtus illis religionis cauſa ſimul conueniendi conceſsit facultatem, *Petr. Crinit. de honeſta diſciplin. lib. 7. cap. 5.*

Ex his patet verè ſcripſiſſe *Budeum in pandect. titu. de offic. quæſt.* dum ait, Confraternitates, quas vulgò Phratrias appellamus, dici conuentus, qui propria ſibi, peculiariaq; ſacra communiter habent. Nec cõtemnendi, qui exiſtimant Phratrias eſſe dictas, quod qui in ea conueniunt, charitate quaſi fraterna ſe fouent, *Archid. in cap. ſi quis deſpicit 41. diſt.*

4 Poteſt autem ſic diffiniri, Confraternitas eſt collegium perſonale, voluntarium, religionis cauſa congregatum, ita deſumitur ex *l. 1. §. ſed religionis ff. de colleg. illicit. & ex Bal. in l. ſi quis ad declinandam. §. fin. num. 19. C. de epiſc. & cler.*

Dicimus primò eſſe *collegium*, vt hoc verbum, generis vice fungatur, dantur enim collegia diuerſarum ſpecierũ, de quibus in *dict. l. 1. & fin. ff. de colleg. illicitis, & in l. 1. cũiuſque vniuerſ. nom. & cap. dilecta de exceſſib. Prælat.*

Subiungitur *perſonale*, propterea quod datur collegium naturale, ſeu reale, & collegiũ perſonale. Naturale, ſeu Reale collegium facere dicitur Ciuitas, Villa, Capitulum Canonicorum: Perſonale faciunt duæ, vel tres perſonæ inuicem ad certum effectum conuenientes.

Differunt ad inuicem iſtà, quia collegium reale, requirit de neceſsitate locum, & perſonas ſimul, adeò vt perſonæ dicantur inſertæ loco, & locus perſonis, *Bald. in l. ſi quis ad declarandam §. fin. ſub num. 19. C. de epiſcop. & clericis, Imol. in cap. officij num. 21. de teſtamentis Petr. Vbal. de Canonica Epiſcopali num. 9. & 22.* Collegium verò Perſonale conficitur tãtum ex perſonis, nec habet aliquam connexitatem cum loco, ſed poteſt conſiderari ſeorſum ab eo, & conuenire vbi eis magis libuerit, *Abb. conſ. 31. ſub num. 10. verſ. ſed his non obſtantibus lib. 1. Cuccin. dec. 472. nu. 2.* qua ratione collegium perſonale ſuſtinet vicẽ perſonæ; *l. mortuo ff. de fidei obſer. Bal. loc. cit. Imola in cap. officij num.*

Digitized by Google

num. 21. de testamētis, Abb. cons. 31. sub nu. 1. vers. his non obstantibus lib. 1. Soccin. cons. 82. num. 34. lib. 4. Gabr. cons. 162. num. 2. lib. 1. & consequenter sicut vinculum iuramenti, & ex-
8 cōmunicationis nō transit de persona in personā, *Bal in l. si grege legato n. 1. in fin. & nu. 2. ff de legat. 1.* ita iuramentū præstitum à confraternitate, vel
9 excommunicatio lata contra eam, afficit tantum eos, qui iurarunt, vel qui fuerunt excommunicati, nō autem successores, *Bald. loc. cit.* quem sequitur *ibi Castren. num. 2. cum sequen. Innoc. in cap. veritatis de iureiurando, Rot. decis. 102. nu. 8. par. 1. diuers.*

10 Additur *Voluntarium*, quia sicuti nemo cogitur inuitus confraternitatem ingredi, *Innoc. in cap. dilecta num. 4. de excessib. Prælat.* ita quilibet sua propria voluntate potest congregationem deserere; dummodo de bonis nihil retineat, *l. 1. in fine ff. de colleg. illicit. Iacobus Rebuff. in l. nemo col. vltim. C. de spectacul. lib. 10 Rebuff. ad leges Galliæ tit. de fratrijs num. xi. Gutierez canon. quæstio. lib. 1. cap. 35. nu. 21.*

Demum dicitur *religionis causa congregatum*, vt differat ab alijs collegijs, quæ artium gratia cōgregantur, de quibus in *d. l. 1. ff. de colleg. illicit.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas quando possit erigi propria auctoritate, vel requiratur auctoritas ordinarij, vel apostolica.*
2 *Religionis causa possunt seditiones facilè nasci.*
3 *Alcibiades ab Athenienſibus damnatus, quod sacra collegia priuatim tractaret.*
4 *Clemens VIII. formam erigendi, & aggregandi confraternitatis præscripsit.*

Confraternitas, cuius auctoritate possit erigi, & quomodo.

CAP. II.

1 COnfraternitas absque vsu Sacrorum, & sine indumēntis, seu saccis, etiā si erigatur religionis causa potest erigi sola voluntate eorum, qui simul in ea conueniunt *d. l. 1. §. sed religionis l. fin. vbi Barto. num. 6. ff. eodem titu. Oldrad. cons. 65. nu. 5. Bald. cons. 407. num. 8. vers. tangitur, & cons. 465. num. 4. lib. 1. & cons. 162. nu. 4. lib. 5. & in Auth. hoc ius porrectum num. 12. C. de sacrosan. eccles. Abb. in cap. dile-*

Digitized by Google

Eta, sub num. 5. vers. vel si faciant causa pietatis de excessibus Prælatorum, & ibi Butr. nu. 6. & iterum Abb. cons. 55. num. 4. lib. 1. Castrens. cons. 5. num. 1. & cons. 12. nu. 3. lib. 2. Imol. in cap. officij num. 20. de testam. Rolād. cons. 17. ante num. 32. lib. 3. Berous cons. 21 num 17. lib. 2. Magon. decis. Lucensi. 19. Cæterum cum vsu sacrorum, vel saccis, aut alio speciali indumento, non potest erigi, nisi auctoritate Apostolica, vel ordinaria, *cap. patentibus de priuileg. Socci. cons. 1. num. 2. lib. 3. Felin. in cap. sicut nu. 29. de senten. & re iud. Iason in l. sciendum num. 17. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 368. nu. 5.* Etenim cum religionis causa possint turbæ, & seditiones facilè nasci, *l. 1. §. sed religionis ff. de colleg. illicitis*, decet nè quid in sacris fiat, quod Episcopum lateat, cum ipse in tota Diœcesi speculator existat, *l. nulli §. quid si in vico C. de episc. & cler. cap. fin. in fine de const, cap. cum episcopum de offic. ordinarij lib. 6.*

3 Hinc apud Athenienses damnarūt Alcibiadem, quod Sacra collegia priuatim tractaret. Extenditur hæc conclusio, vt procedat, etiam si erigatur in ecclesijs Patrū S. Dominici, vel Societatis Iesu, nā adhuc requiritur auctoritas Ordinarij; *Boer. decis. 115.* & in facti contingentia ita respondit *Sacra Congregatio Episcoporum 6. Decēbris 1616.* rescribens Episcopo Chiensi.

4 Quoniam autem complures Romani Pontifices, diuersis Regularium ordinibus, sæcularibusque congregationibus priuilegium erigendi, & aggregandi cōcesserāt, indeq; prauæ irrepserant consuetudines, ideo fel. record. Clemēs VIII. formam erigendi, & aggregandi præscripsit peculiari eius *Constitutione, quæ incipit quæcunque à Sede Apostolica, & est 115. in ordine nouissimi Bullarij*, ad quam lectorē reiicio.

His addas, quod facultas concessa Patribus Dominicanis pro Societate Sanctissimi Rosarij, locum sibi vendicat tantum in Societatibus erectis in eorum Ecclesijs, non autem extra eas, vt ex facto respondit *Sacra Congregatio Episcoporum 13. Maij 1603.* rescribens Episcopo Spoletano.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas vbi potest erigi, aut congregari.*

2 *Confraternitas non est annexa loco.*

3 *Confraternitas recepta in alterius ecclesia, potest inde recedere, & eijci.*

Con-

Digitized by Google

Confraternitas vbi erigi possit, vel congregari.

CAP. III.

1 POsse congregari vbi eis magis libet, etiam absque Episcopi licentia, ex facto respondit *Sacra Congregatio Episcoporum* 14. *Augusti* 1584. etenim cum confraternitas non sit collegium reale, sed personale, vt in *antecedenti cap. dictum est*, inde consequenter resultat, vt non sit annexa loco, sed consideretur separatè de per se, *Innoc. in cap. dilecta num.* 5. *de excess. prælat. Abb. cons.* 31. *sub num.* 1. *vers. sed his non obstantibus, Pet. de Ubald. in tract. de canonica Episcopali num.* 9. *&* 22. *Rot. coram Coccino decis.* 472. *num.* 2. *Lotter. in tract. de re benef. lib.* 2. *quæst. x. ante num.* 46. *&* 52. *Bobadilla de repub. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 141.

3 Potest ergo si sit in alterius Ecclesia recepta, inde ad eius libitum recedere, & eijci, *Rota loc. cit. num.* 7.

4 Vetitum de iure est, nè possit cõgregari in Ecclesijs Monialium, *Rot. loc. cit. nu.* 3. *&* 4. & antę eam, *Sacra Congregatio Episcoporum respondens Vicario Barensi* 6. *Aprilis* 1595.

5 Et ratio est, quia Monialibus est interdicta cõuersatio, *cap. prouenit* 18. *q.* 2. Hinc apud priscos Romanos, dum non posset Senatus nisi in augurato loco haberi, Templũ Vestalium Virginũ non fuit consecratum, nè illuc Senatus accederet, *Seruius in* 7. *Aeneadũ* ibi, *horrendum siluis, ac religione parentum*.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas quando præsumatur, vel probetur erecta auctoritate ordinaria.*
2 *Auctoritas ordinarij est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur.*
3 *Auctoritas ordinarij, quibus modis probatur.*
4 *Persona talis præsumitur, qualis est habitus quem gerit.*
5 *Io. Franciscus de Ponte cons.* 18. *nu.* 7. *reprobatur.*

Confraternitas quando præsumatur, vel probetur erecta auctoritate ordinaria.

CAP. IV.

1 CVm confraternitas citra vlum sacramentorum, possit sibi locum assu-

Digitized by Google

aſſumere religionis gratia, ſi ne auctoritate ordinarij, *l.* 1. §. *ſed religionis ff. de colleg. illicit.* inde reſultat, vt auctoritas ordinarij ſit ſolemnitas extrin-
2 ſeca, *Roman. ſing.* 325. *num.* 1. quæ non præſumitur, niſi probetur, *l. ſciendum*, vbi Doct. *ff. de verbor. oblig. cap. ſolemnitates* 16. *& cap. Eccleſiæ, vel altaria de conſecrat. diſt.* 1. *cap.* 2. *de baptiſ. cap. vlla de conſecrat. diſt.* 4. *cap.* 1. *de præsb. nō baptiz. Archid. in cap. nemo, de conſecrat. diſt.* 1. *Calder. conſ.* 4. *de religioſ. domib. Feder. de Sen. conſ.* 130. *ſub num.* 2. *verſ. & in dubio, Rom. d. ſing.* 325. *Tuſenenſis nu.* 1. *Corn. conſ.* 57. *nu.* 8. *lib.* 3. *Alex. conſ.* 120. *ſub num.* 3. *lib.* 1. *Aponte conſ.* 18. *nu.* 5. *lib.* 1. vbi quod aſſerenti confraternitatem eſſe erectā auctoritate ordinaria, incumbit onus probandi.

3 Hæc autem probatio fieri poteſt, vel explicitè, vel præſumptiuè: explicitè ſi oſtendatur ipſa auctoritas ordinarij, ſiue in limine erectionis, ſiue poſt, quia auctoritas ſequi poteſt ex poſt facto, *Doct. in cap. cum vos, de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capit. Bar. in l. ſi quis mihi bona* §. *iuſſum ff. de acquir. hæred. Fuſch. de viſit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *ad med. Gratian. diſcept.* 481. *num.* 16. Item ſi fiat per ſcripturas, aut teſtes idoneos, & indubitatos. præſumptiuè pobatur per ſigna denotantia locum eſſe eccleſiaſticū, ſeu religioſum, *Arch. in d. cap. nemo, el primo, de conſecrat. diſt.* 1. *Rom. loc. citat.* & iterum *conſ.* 477. *nu.* 13. *Felin. in cap. de quarta col.* 4. *verſ. tertia declaratio, de præſcript. Bellenen. de charit. ſub num.* 1. *queſt.* 38. *num.* 17. cum aliis mox allegandis.

4 Sicuti enim talis præſumitur perſona qualis eſt habitus, quem gerit, *l. item apud labeonem* §. *ſi quis virginem ff. de iniur.* ita talis præſumitur locus, qualis oſtenditur ex figura, *l. ſtigmata C. de fabricen. lib.* xi. *l. ſed ſi accepto C. de iure fiſci*, quorum iuriū auctoritate ſuffulti ſic in propoſito ſcribunt *Feder. de Senis d. conſ.* 130. *num.* 2. *Corn. conſ.* 206. *num.* 2. *& 3. lib.* 4. *Tiraquel. de pia cauſa in præfatione, Natta conſ.* 62. *in fine, Magon. deciſ.* 19. *num.* 16. *verſ. & cum non appareat.* Signa autem ex quibus colligi poteſt locum eſſe eccleſiaſticū, ſunt infraſcripta.

Primum, ſi appareat fuiſſe in forma eccleſiæ, vel publici Oratorij conſtructum, quia hæc ſine Epiſcopi licentia fabricari non poſſunt, *d. Auth. vt nullus.*

Secundum, ſi habeat campanile, & campanam, quę publicè pulſatur, *cap. patentibus de*

priui-

Digitized by Google

priuileg. & ibi glos. & Doct. & signanter Abb. num. 1. & 2. glos. in cap. quia contingit, de religios. dom. Bal. in l. si quis ad declinandam q. 2. C. de epis. & cler. Calder. cons. 4. de relig. dom. Archid. in d. cap. nemo de consecr. dist. 1. Card. cons. xi num. 6. vers. item caueant, Rom. cons. 477. nu. 13. Butr. cons. 19. col. 3. vers. ad quintum, Abb. in cap. sopitæ, sub n. 5. vers. 2. casus de censibus, Felin. in cap. de quarta, nu. 12. de præscr. Beninten. decis. 13.

Tertium si habeat cęmeterium, aut sepulturam, vel Episcopus in eo exerceat iura Episcopalia, *Archid. Feder. de Senis, Rom. & alij locis cit. Iason in l. si certis annis, num. x. C. de pact. Dec. cons. 174. num. 5. Paris. cons. 34. num. 15. lib. 4. cum alijs per Magon. decis. Lucensi 19. nu. 16. Rota decis. 221. num. 1. par. 1. diuers.* Ex eo etiam quod locus habeat dotem, præsumitur erectus auctoritate Episcopi, *Calder. cons. 4. Bellamer. in cap. super hoc num. 21. de re iud. Rota in decis. 508. num. 4. par. 1. diuers.*

Hoc idem erit dicendum, si constet lõgo tempore fuisse in loco publicè celebratum, quia cum prædicta omnia fieri nequeant citra auctoritatem Episcopi, vtique vbi reperiuntur, præsumuntur facta de licentia eius, *iuxta tradita in l. sciendum ff. de verb. oblig.*

Item si reperiatur visitata per Episcopũ, *Gratian. discept. 481. num. 16. post Fuschum de visit. lib. 2. cap. 14. sub num. 5. Soccin. cons. 270. col. 2. vers. confirmatur lib. 2. & in cons. 1. num. 2. lib. 3. Felin. in cap. sicut num. 29. vers. simile est de sent. & re iud. Iaf. in l. sedendum nu. 17. ff. de verbor. obligat. & in l. si certis annis num. x. C. de pact. Ruin. cons. 108. nu. 1. lib. 5. Affl. decis. 368. nu. 5.*

5 Ex his patet nõ benè fuisse loquutum *Ioan. Franciscum de Ponte cons. 18. nu. 7.* dũ ait prædicta nõ habere locũ, vbi apparet, locũ fuisse fundatum à laicis, quasi quod vbi fũdatio est laicorũ, sẽper locus dicatur laicalis, ẽt si in Ecclesiam erigatur, hoc n. dato sequeretur, quod laici postquam domum construxerint, possent eam propria auctoritate in Ecclesiam consecrare, quod esset falsum, patet ex *cap. pastoralis de donat. cap. sugestum §. significamus de iure patr. cap. cum nos, de his, quæ fiunt à maiori parte capituli,* & ex alijs deductis *supra cap. 1. num.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas potest facere statuta, in cõcernentibus eius institutum.*

Potest

Digitized by Google

2 *Potest imponere sibi collectas, & quomodo.*
3 *Potest habere arcam communem, & sindicum, & nu. 4.*
5 *Potest congregari absque Episcopi licentia.*
6 *Potest recipere fratres ex maiori parte suffragiorum.*
7 *Potest eligere officiales confirmandos ab Episcopo. Limita vt num. 8.*
9 *Prorogatio officialiũ facta à Confraternitate sine consensu Episcopi, est nulla.*
10 *Potest eleemosynas quærere.*

Confraternitas quæ facere potest.

CAP. V.

1 PRimum, potest facere statuta in concernentibus eius institutum, non autem super aliis, *l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* & ibi notatur *l. fin. ff. de colleg. illicit. & ibi Bar. nu. 20. Fran. March. decis. 165.* Quæ statuta vt afficiant debent ab Ordinario probari, ex dispositione *Constitutionis Clementis VIII. quæ est 115. in ordine nouissimi Bullarij.*

2 Secundò, habet ius sibi imponendi collectas, *Ioseph. Lud. decis. 43.* Inter cætera autem illud fere semper imponi solet, vt quilibet receptus in cõfraternitatem teneatur quid singulis annis, aut semel soluere, pro confraternitatis sustẽtatione, nempè pro missis, aut ornamentis Ecclesiæ, vt scribit, & rectè *Guttierez canonic. quæst. lib. 1. cap. 35. sub nu. 5.* qui oculatè admonet, vt statutum concipiatur ità, vt opus charitatis includat, nõ autem ipsam receptionem, prout esset si diceretur, nè quis recipiatur nisi soluat decem.

3 Tertiò, potest ad exemplũ vniuersitatis habere res communes, arcam communem, & actorem, siue Sindicũ, per quem tamquam in Republica, quod communiter agi, fieriue oporteat, agatur, & fiat, *l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. Bart. in dict. l. fin. sub num. 20. Franc. Marc. decis. 779.*

4 Quartò potest sibi Rectorem, & Sindicum instituere, *Franc. March. decis. 165.* quamuis adesse collegij Rector nõ requiratur, iuxta ea, quæ dicentur *infra cap. 7.*

5 Potest etiam congregari ad libitum, & deliberare absque Episcopi licentia, vt in facti contingentia respondit *Sacra Congreg. Episcoporum 14. Augusti 1584.* rescribens Vicario Putignani.

6 Item & confratres recipere accedente maiore parte suffragiorum, illi enim considerantur

Digitized by Google

rantur ſinguli, vt omnes non autem ſinguli vt ſinguli, quo caſu factum à maiori parte, cenſetur factum ab omnibus, *l. quod maior ff. ad municip. l. planè ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Gratian. deciſ. 183. num. 1. cum ſeq.* plenè *Vinc. de Franch. deciſ. 2. per tot.*

8 Electio officialium, ad eandem cõfraternitatem ſpectat; confirmatio verò ad Epiſcopum, ſeu eius generalem Vicarium, niſi verſemur in Confraternitatibus ſub immediata Regum protectione, vt ex facto reſpondit *eadem Congregatio xi. Auguſti* 1616. reſcribens Epiſcopo Bouinẽſi. Qua ratione, electio officialiũ prorogata ſine licentia ordinarij.

9 eſt nulla, vt in *Prouincial. Mediolanen. 7.*

10 Poteſt etiam eleemoſynas quærere ſecundum eorum inſtitutum, vt *eadem Sacr. Congregatio* reſpondit 25. *Maij* 1601. reſcribens Epiſcopo Viterbienſi.

SVMMARIVM.

1 *Veſtis fraternalis quomodo ſit danda confratri, & vbi ſeruanda, & nu. 2.*

3 *Arma ſub veſte fraternali gerere omnino prohibitum.*

4 *Sacramentum in Oratorio confratrum retineri non debet, vide num. 5. & 6.*

Alia quæ Confraternitati non ſunt conceſſa, vide à num. 7. vſque ad finem.

Quæ ſunt vetita Confraternitatibus laicorum,

CAP. VI.

1 PRimò veſtis fraternalis confratri dari nequit, niſi præſente aliquo Sacerdote, qui illi munus benedictionis impendat, vt in *Concilio Prouinciali Mediolanen.* diſponitur, & rectè.

2 Secundò, veſtes fraternales in ſchola, ſeu Confraternitate aſſeruari debent, non autem domi, ne forte contingat cum dedecore cõfraternitatis cauti ad perſonam velandam, delictaque impunè patranda, vt in *eodem Concilio* diſponitur.

3 Tertiò, eadem ex cauſa arma ſub veſte fraternali gerere prohibentur.

Quartò, noctu proceſſiones fieri nequeant ſine licentia Epiſcopi, qui regulas præſcribat, ob quas & pietati locus detur, & turbæ ſub religionis prætextu vitentur.

4 Quintò, in Oratorijs confraternitatum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum aſ-

Digitized by Google

seruari minime potest, illud namque laicis credendum nō est, *cap. peruenit de consecrat. dist.* 2. quod etiam ex facto respōdit *Sacra Congregatio Episcoporum* 21. *Martij* 1594. rescribēs Episcopo Patauino,

5 Quod si contingat aliqua, ex iusta causa cōcedi, tenetur Cōfraternitas sibi Presbyterū ab Ordinario approbatū desumere, per quem sacrū corpus tractari, & custodiri valeat, *cap sanè de celebr. missarum cap. 1. de custod. euchar.*

6 Et pari ratione cum in oratione quadraginta horarū exponi debeat Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum, meritò in Oratorijs cōfraternitatum fieri nequeant incōsulto Episcopo, ad quem pertinet scire ad quem effectum laici illo vtantur, *d. cap. 1. dē custod. euchar. d. cap. sanè de celebrat. missarum*, quod etiā placuit *Sacræ Congregationi Episcoporum* 20. *Augusti* 1601. rescribenti Episcopo Leodiensi.

7 Processio etiam Sanctiss. Sacramenti, eadem ratione est Cōfraternitatibus interdicta, vt in *Concilio Prouinciali Mediolanēsi* 7. disponitur. Feria V. & Sabbato sancto in

8 Oratorijs confraternitatū celebrari non potest, & à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in albis inclusiuè, & in Natiuitate Dñi, Ascensione, Pētecostes, Assumptione Beatiss. Virginis, & omniū Sanctorum, neque Confratribus, neq; aliis Eucharistia ministrari potest, vt in *eod. Prouinciali Concilio* 7. statutum est.

9 Sextò, in Oratoriis confraternitatū benedictiones candelarum, ramorum, ouorum, & frugum fieri nequeunt, nec possunt ad inuicem thurificari, vt in *Concilio Prouinciali* 4. statuitur,

10 Septimò, vbi ab Ordinario non est eis concessum ius sepulturæ, nequeant in proprijs ecclesijs, vel oratorijs sepeliri. Quinimo Parochus intra cuius fines sita est Ecclesia confraternitatis, dēt adesse functionibus, quæ fiunt in dicta Ecclesia, debetque cantare Missas, vt *Sacra Congregatio* respondit Episcopo Leodiensi *sub dicto die* 20. *Augusti* 1601.

Item, & anniuersaria, quæ 7. & 30. die fiunt, vbi non est ius sepulturæ, debent fieri in Parochiali.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas ex quot personis const. tuatur.*
Qualis debeat esse, vide à nu. 2. *& seq.*

6 *Serui Christiani an possint esse confratres.*

Serui

Digitized by Google

7 *Serui possunt matrimonium contrahere.*

Quot personæ requirantur ad constituendam confraternitatem, & qui possunt esse de confraternitate, an fœminæ, an Monachi, an minores, an serui,

CAP: VII.

1 SVnt qui constituunt differentiam inter Collegium, & Confraternitatem, seu Congregationem, vt ad Collegium constituendum requirantur saltem tres personæ, *l. Neratius ff. de verb. signific. Doct. communiter in cap. 1. de elect. & in cap. dilecta de excessibus Prælatorum, Ripa responsorum lib. 2. cap. 10. num. 4. de rescript.*

Confraternitas verò, seu Congregatio constituatur ex duobus, *glos. 1. vbi Abb. num. 5. de elect. Bar. in l. 4. num. 3. ff. de vi bonorum rapt. Loseus in trac. de iur. vniuers. par. 1. cap. 2. num. 60.*

Quoniam autem collegiũ, congregatio, & confraternitas conuertuntur, *l. fin. in fine ff. de colleg. illic.* ideo frequẽtius obtinuit, vt confraternitas secũdum ius canonicum constituatur ex duobus, de iure verò ciuili ex tribus, *Abb. in d. cap. 1. de elect. num. 5* quamuis postquam est constituta, & si omnes deficiant, conseruetur in vno, *glos. Abb. & reliqui in dict. cap. 1.* & iterum *glos. in l. 7. §. in decurionibus, verb. nomen Vniuersitatis ff. quod cuiusque vniuersit. nom. Ias. in l. si grege num. 7. 12. & 13. ff. de legat. 1.*

2 Prædicta procedũt primò siue sint masculi, siue fœminæ; nã quãtum attinet ad Dei cultum, nõ est masculus, neq; fœmina, neq; liber, neq; seruus omnes. n. in Christo eandem mercedẽ percipere debent, §. *Hinc autẽ, auth. de Monach.* & ob id omnes possunt esse de cõfraternitate, si opus, cuius causa confraternitas instituitur, sexui, vel statui non repugnet, *Bar. in d. l. fin. nu. 16. ff. de colleg. illicit.*

3 Procedunt secundò, siue sint maiores, siue minores, dummodo habeant naturalẽ vsum, & Christianam doctrinam non ignorent, nec sint homines facinorosi, turpis vitæ, aut infamiæ labe notati, *Prouinciale Mediolanen. 5.*

4 Procedunt tertiò, vt non solum possint esse de vna confraternitate, sed plurium, quando institutum vnius non repugnat alteri, *Bar. in d. l. fin. ff. de colleg. illicit.*

Digitized by Google

5 Procedunt quartò, sive sint laici, sive clerici, aut religiosi regulares; nam & isti possunt esse de confraternitate de licentia sui superioris, *Bar. in d. l. fin. nu.* 17.

6 Possint ne serui Christiani, Cõfraternitatem ingredi? nõ immeritò dubitari contingit, & quidem Dominorum accedente consensu, comperti iuris est, posse; quia sicuti volente Domino possunt esse de collegio, *l.* 3. *ff. de colleg. illicit.* ita possunt esse de congregatione, *Bar. in l. fin. num.* 17. *ff. eod. tit.* Cæterum Domino reluctante seruum non posse ingredi confraternitatem, cẽsuit *Barto. loco cit.* suffultus auctoritate *text. in d. l.* 3 *ff. eodem*, cui suffragari videtur, quod seruus Domino reluctãte ordinari non potest, *cap.* 2. *de seruis non ordin.* neque in minoribus, vt ibidem scribit *glos. verb. ad Sacros per tex. in cap.* 2. *& cap. quicunque, & cap. si quis obligatus* 54. *dist.* Item si absq; licentia superioris, Monachus non potest ingredi Confraternitatem, multo minus poterit ingredi seruus, qui est deterioris conditionis.

7 Quibus non obstantibus, contrarium puto verius; nam iuxta verbum Apostoli, in Christo Iesu, in conuersantibus pietatem, non est differẽtia inter liberum, & seruum, *cap.* 1. *de coniug. seruorum*, & ob id sicuti seruo non prohibetur contractus matrimonij, neque alia Ecclesiæ sacramẽta, *d. cap.* 1. pari ratione liberũ debet esse eis ingredi congregationem religionis causa, cuius institutum eos nõ prohibet, quominus consueta seruitia possint Dominis exhibere, nam eadem militat ratio *l. adigere* §. *quamuis, ff. de iur. patr. l. illud ff. ad l. aquil.*

Nec refert, si dicatur, maiorem rationem esse in contractu matrimonij, quam sit in ingressu Cõfraternitatis; nã matrimonium seruo conceditur, eo quia est Sacramentum institutum ad vitanda peccata incontinentiæ, & quia est de iure naturali, & diuino, cuius participes sunt serui, sicuti liberi, *D. Thom. in* 4. *sent. dist.* 36. nam & si prædicta vera sint, nihilominus cum supposito, quod institutum congregationis, seu confraternitatis non impediat Domini seruitia, ingressus in congregationẽ resoluitur ad maiorem facilitatem orandi, vel exercendi opera charitatis, à quo Dominus illum prohibere non potest, quia quod ipsi Domino non nocet, & seruo prodest, est concedendũ *d. 2. vbi Doct. ff. sol. matr.*

Non

Non obstant in cõtrarium adducta, quia *tex. in d.l. 3. ff. de colleg. illicit.* non loquitur de collegio instituto causa religionis, *tex. uerò in cap. 2. de seru. non ordin.* cum aliis allegatis, habent diuersam rationem, quia ministerio seruili, clericalis ordo infamatur, *cap. 1. de seruis non ordin. cap. unico de oblig. ad ratiocin.* quæ infamia nõ consideratur in Confraternitate, in qua non inspicitur dignitas, sed exercitium spirituale.

Minus obstat exemplum de Monacho, nam obediẽtia quam Monachus debet Superiori est arctior ea, quam seruus debet Dño; siquidẽ Monachus subiicitur Superiori quoad obseruãtiam regulę, quæ frequenter repugnat instituto confraternitatis; Seruus verò subijcitur Domino tantum quo ad obsequia personalia, non autem quo ad spiritualia, *d. cap. 2. de coniug. seru.* Ideò cum nos versemur in casu, in quo supponimus, qđ institutum congregationis nõ repugnet seruitiis debitis Domino; mentiò, &c.

SVMMARIVM.

1 *Rector an sit de necessitate confraternitatis.*

2 *Rector an debeat esse clericus, vel laicus.*

3 *Rectores cõfraternitatis potestas qualis.*

4 *Rector laicus an possit animaduertere in confratrem clericum.*

5 *Rector respectu bonorum confraternitatis, quam habeat auctoritatem.*

An ad esse confraternitatis requiratur Rector, & de eius potestate.

CAP. VIII.

1 NOn requiri; scriptum reliquit *Innoc. in cap. cum non ignores verb. uniuersitatis de præben. Bar. in l. fin. nu. 12. ff. de colleg illicit. & in l. nulli ff. quod cuiusque uniuers. nom. Abb. in cap. 1. nu. 6. vers. Petro uidetur, de elect.* etenim non existente Rectore magis dignus præsidet loco Rectoris. *Bal. in rubr. C. pro socio, & in l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque uniuers. nom. Rip. lib. 3. respons. cap. x.* possunt nihilominus, & solent sibi constituere Rectorẽ, *l. fin. C. de iur. & d. omn. iudic. l. item magistri ff. de pactis l. collegia §. fin.* ibi, *curatores horum corporum, ff. de colleg. illicit. Bar. in d. l. fin. num. 12.*

Potest

2 Poteſt autem Rector eſſe tam clericus, quã laicus, quãuis confraternitas conſiſtat ex vtriſque, *Bar. in d. l. fin. nu. 13. verſ. quædam ſunt.*

3 Eius poteſtas reſpectu perſonarum coertione caret, non enim habet poteſtatem trahendi Confratres inuitos, neque illos puniendi, ſed habet magis præeminentiã fraternalem, ſimilem illi quam habet frater maior in domo, quæ ad ſummum ſe extendit, vt ex cauſa poſſit Cõfratrem expellere, *Bar. loc. cit.* vbi propterea dicit, quod hoc modo
4 Rector laicus poteſt animaduertere in confratrem clericum, quia non punit illum vigore iuriſdictionis, ſed magis amore fraterno.

5 Reſpectu verò bonorum, Rector nomine confraternitatis habet liberam adminiſtrationem, adeo vt ſuper eis nequeat impediri etiã à Gubernatoribus Ciuitatis, prout per integram eõſultationem probat *Decius conſ. 72. Pariſ. conſ. 34. nu. 31. lib. 4.*

SVMMARIVM.

1 *In duabus cõfraternitatibus quis an eſſe poſſit.*

An quis poſſit eſſe de duabus Confraternitatibus.

CAP. IX.

1 REgulariter ſicuti quis non poteſt licitè niſi vnum collegium habere, *l. 1. §. non licet ff. de colleg. illicit.* ita non poteſt eſſe in duabus confraternitatibus, nã illæ ad inſtar collegiorum regulantur, *l. 3. §. fin. ff. de colleg. illicit.*

Hoc fallit vbi exercitium vnius cõfraternitatis non impedit exercitium alterius, tũc enim idem poteſt eſſe de duabus, & pluribus congregationibus, *arg. tex. in l. aſſumptio §. filius, verſ. viris prudentibus ff. ad municipal* cuius auctoritate hoc ſcribit *Bart. in l. fin. nu. 18. ff. de colleg. illicit.* & hoc iure vtimur in confraternitatibus, in quibus exercentur opera charitatis, quæ eo laudabilior eſt, quò plures in partes diſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Leges confraternitatis, vt certæ tantum perſonæ admittantur, non valent.*

Cauſæ

Digitized by Google

2 *Causæ ex quibus datur legitima contradictio in recipiendo confratre.*

3 *Rixosus, uel turbulentus, non debet in confraternitatem recipi.*

4 *Appellatio datur à contradictione, quod quis non recipiatur in confraternitate.*

5 *Confrater egredi volens à confraternitate non potest impediri. Limita vt nu 6.*

7 *Confrater an possit secum asportare res quas contulit.*

An quis possit ingredi, vel egredi de collegio sine contradictione.

CAP. X.

1 QVantum attinet ad ingressum, regulariter leges, & pacta, vt in Confraternitatibus admittantur certæ personæ tantum, iunt improbatæ, quia sapiunt quodammodo monopolium, *Bart. in l. 3. num. 19. ff. de colleg. illicit. Bal. in l. vnic. col. 3. & ibi Salicet. col. 1. C. de constit. pecun. Ioan. Andr. in prohem. decret. verb. Rectoribus, Siluan. cons. 1. num. 75. latè Salon. de Pace cons. 47.*

2 Datur nihilominus legitima contradictio, quia confraternitas non est cogenda omnes indifferenter admittere, *Bar. in d.l. 3. nu. 19. ff. de colleg. illicit.*

3 Inter legitimas autem cõtradictionis causas est, si quis petit recipi in Confratrem sit homo turbulentus, aut rixosus, *Bart. in d.l. 3. nu. 19. ff. de colleg. illicit. Afflict. in constit. Regni quisquis, Salon. de Pace d. cons. 47. nu. 3.*

4 Cæterum, quoniã hæc exceptio inurit iniuriam, meritò ab ea datur recursus ad Iudicem Ecclesiasticum, ad quẽ spectat cognoscere, an exceptio iure, vel iniuria opponatur, *Lambert. de iure patr. par. 1. lib. 1. q. 1. art. x. Guttierez canon. quæst. cap. 35. nu. 24.*

5 Quantum verò attinet ad egressum; Cõfrater egredi volens, nõ potest impediri, propterea quod collegiũ est voluntarium, dummodo nihil de bonis collegij retineat, *l. 1. in fin. ff. de colleg. illicit. cum alijs*, de quibus *in cap. 1. in fine.*

6

7 Cæterum siue missus, siue suapte voluntate Cõfrater recedat, poterit secum habere res, quas ipse contulit, etiam si illa contulisset in communi, dummodo sit deputata ad vsum proprium, vt puta vestem fraternalem, *Barto. in d.l. fin. num. 22. vers. eodem modo dico.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Locus quando dicatur sacer, religiosus, aut pius, & num. 2. & 3.*

4 *Confraternitas quando dicatur locus pius vsque ad nu. 12.*

13 *Doctores asserentes confraternitates non esse loca pia, quomodo debeant intelligi.*

14 *Confraternitas quando gaudeat beneficio restitutionis in integrum.*

15 *Bona confraternitatis an possint alienari absque beneplacito Apostolico.*

16 *Bona confraternitatis, quo tempore præscribantur.*

17 *Trebellianica an detrahatur de relictis confraternitatibus, & quid de falcidia, & nu. 18.*

19 *Legatum ad pias causas, an possit erogari confraternitati.*

20 *Emphyteusis transiens in confraternitatem, potest confraternitas cogi per dominum directum ad vendendum intra annum.*

21 *Confraternitas an sit capax decimarum.*

22 *Confraternitas an possit recipere oblationes imaginis existentis in eorum Ecclesia, vel oratorio.*

Confraternitas laicorum an dicatur locus pius, & gaudeat priuilegijs locorum piorum.

CAP. XI.

1 PRæmitti primum oportet, tria dari vocabula, quæ inter se affinitatẽ habere videtur; nempè locus sacer, locus religiosus, & locus pius. locus sacer dicitur Ecclesia, tum quia principaliter erigitur, vt ibi Sacra fiant, tum etiam, quia fit *E*piscopi consecratione accedente, *cap. nemo de consecrat. dist. 1. cap. 1. & toto tit. de consecrat. Ecclesiæ, vel altar. Abb. in cap. fin. col. 1. vers. sed qualiter de censibus, Dec. cons. 148. nu. 1.*

2 Locus religiosus dr̃ is, qui Epi auctoritate construitur orandi causa, vel faciẽdi actus pœnitẽtiæ. Differt locus religiosus à loco sacro, quia ille cõstituitur principaliter ad Sacra faciẽdũ, hic vero ad orandum, & propterea ille consecratur, & dos cõstituitur pro seruitio, hic non consecratur, neque dotem habet, *Abb. & Dec. loc. citat.*

2 Locus pius dicitur is, qui vel erigitur auctoritate ordinaria

Digitized by Google

naria, quæ sola sufficit ad hũc effectum, *cap. ad hæc, vbi Doctores de religiosis domibus, & multis tradit Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 605. vers. idẽ existimat, Guttierez canon. quæst. cap. 35. n. 24. lib. 1. Verall. decis. 328. n. 2. & 3. lib. 1.* vel si in eo exercetur aliquod opus piũ, *Specul. tit. de instrum. editione §. nunc aliqua Io. And. in cap. Ioãnes n. 6. de testam. Castrens. cons. 167. n. 4. lib. . Anch. cons. 29 sub nu. 2. Rom. cõs. 477. n. 21. Capra cons. 115. n. 14. Dec. cons. 72. sub num. 2. vers. tertio principaliter, Curt. iun. consil. 20. sub num. 1. Mastrill. qui alios refert decis. 110. nu. 16.*

4 His ita præmissis, dũ quærimus, an Cõfraternitas laicorum dicatur locus pius? infrascriptæ conclusiones constituendæ sunt. Prima, vbi confraternitas consistit in simplici collegio personarum citra approbationem ordinarij, & tunc non potest dici locus pius, sed sustinet vicem personæ, *l. mortuo in fin ff. de fideiuss. l. 1. ff. de colleg. illicit. Bald. in l. illua num. 2. C de episc. & cler. & in l. si quis ad declinandam §. fin. sub num. 19. & in Authen. hoc ius porrectum num. 12. C. eod. & cons. 162. sub num. 4. lib. 5. Card. cons. xi. & 13. Imol. in cap. officij num. 21. de testam. Soccin. cons. 82. nu. 34. lib. 4. Corn. cons. 119. num. 27. lib. 2. & cons. 191 num. 5. & cons. 297. num. 4. & cons. 507. in fin. lib. 4. Pariſ. cons. 50. num. 25. lib. 1. & cons. 34. num. 21. lib. 4. Capra cons. 20. num. 14. & cons. 54. à num. x. Bursat. cons. 55. num. 14. lib. 1. Gabr. cons. 162. num. 2. lib. 1. Rot. decis. 574. num. 6. par. 1. diuers. & decis. 193. num. 7. par. 2. in recen. & coram Cuccino decis. 472. num. 1. Magon. decis. Lucensi 19. num. 15. Apont. cons. 18. lib 1.*

5 Hæc conclusio extenditur primò, vt procedat etiam si confratres vitãt sub quadam regula, seu ecclesiastico ritu; & habeant oratorium priuatum, & altare vbi orãt ad propriam deuotionem, nã adhuc non potest dici locus pius, sed remanet collegium personale. Assimilantur enim ista loca oratorijs existentibus in domibus Magnatum, in quibus licet aliquando de ordinarij licentia celebretur, tamẽ non dicuntur loca pia, sed domus priuatorum, *Bal. Imol. & alij loc. cit.* quibus addẽdus est *Abb. in cap. inter dilectos num. 6. de donat. & in cap. officij nu. 7. vers. si verò hospitalia, de testamentis.*

6 Extenditur secũdò, vt procedat etiam si locus, in quo Confraternitas conuenit denominetur ab aliquo Sancto,

Digitized by Google

quia sola denominatio non facit, vt locus sit pius, *cap. inter dilectos, vbi Abb. nu. 2. de donat. Couar. pract. quæstio. cap. 36. sub num. 8. Rot. decis. 574. nu. 6. par. 1. diuers.*

Hæc ratio non concludit, nam siuè patronatus sit Ecclesiasticũ, siue laicale semper subijcitur ordinario, atq; ideo non est bona consequẽtia, subijcitur Ordinario, ergo est Ecclesiasticum. Antecedens probatur, quia ius patronatus qualecumque sit semper est annexum spirituali, *cap. 3. de iudic. cap. de iurepatron.* nec differt in alio iuspatronatus Ecclesiasticum à laicali, quod illud cadit sub reseruationibus, hoc verò in reseruatione non includitur, vt supra dictum est, & in hoc dubio procul dicitur Ecclesiasticum *Gambar. d. lib. 3. num. 415.* non obstante, quod patronatus exerceatur per Confratres, quia illorum persona consideratur tamquam nudus Minister Ecclesiæ, vt probat *tex. in cap. 3. verb. Rectoris, & verb. si verò persona Ecclesiæ de Eccl. edifican.* & pluribus probat *Dominus Lotter. in tract de re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 3.*

10 Limitantur secundò, vbi cõfratres quamuis laici distinguntur aliquo signo religionis, tunc enim iudicabitur Ecclesiasticum *Felin. in tract. quando litera Apostolica col. 7. Rocch. de iurepatr. uers. ius quæst. 3. Gambar. de offic. legati lib. 3. num. 413.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas an cogi possit ad accedendum ad processiones, & num. 2.*
3 *Confraternitas an cogi possit ad contribuendum seminario.*

Confraternitas laicorum, an cogi possit ad accedendum ad Processiones, vel ad contribuendum Seminario.

CAP. XIV.

AD processiones cogi nõ posse, sed inuitari, scribunt *Gratian. dec. Marchiæ 232. num. 6. Franc. Leon. in thesauro fori Eccles. par. 1. cap. 8. n. 18. Riccius in praxi resolut.*

Digitized by Google

ſolut. 308. *num.* 5. *Campanil. in diuerſ. Iuris Canon. rubr.* 12. *in cap.* 13. *num.* 118. *Vgolin. de Epiſcopo cap.* 11. *num.* 6. *Zerol. in praxi verb. proceſſiones, Barboſa de Epiſcopo alleg.* 78. *nu.* 24. *Marcell. Vulpe in praxi for. Eccleſiaſtici cap.* 11. *n.* 9.

Contrarium pluribus probare nititur *Marius Anton. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 103. *à nu.* 1. *cum ſeq.* ſupposita prima opinione, quę eſt communis, & ſecundnm quam reſpondit *Sacra Cong. Cõcilij* 6. *Maij* 1597. *reſcribens Epiſcopo Scalenſi*, cuius tenorem referunt *Zerola. & Quaranta in Summa Bullarij verb. precedentia.* Limitatur, nè procedat, vbi vigeret conſuetudo cogendi, eſſet enim ſeruanda, nàm cum illa ſola tribuat Iuriſditionẽ *gloſ. in cap.* 2. *de except. lib.* 6. *cum alijs per Gaill. obſerv.* 57. *nu.* 14. *lib.* 1. vtique multo magis poteſt prorogare iurisditionem habenti, *Felin. in cap. ſignificauerunt num.* 3. *de iudic. Nacta conſ.* 98. *num.* 12. *& in ſpecie idem Antonin. d. cap.* 103. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 1. vbi ſubdit, conſuetudinem in hac ſpecie probari per multiplicitatem edictorum abſque contradictione, vt pluribus probat idem *Antonin. loc. cit. num.* 13. *&* 17.

2 Vnde reſultat, quod cum hodie ex communi Epiſcoporum conſuetudine Cõfraternitates ſoleant vocari simul cum regularibus exemptis, per publica edicta ad intereſſendum proceſſionibus, ſub pænis, mæritò hodie vt plurimum dici poteſt, quod ſtante conſuetudine predicta poſſunt laicorum confraternitates ad intereſſendum compelli.

3 An autem huiuſmodi cõpulsio fieri poſſit ſub pænis pecuniarijs, vel per cenſuras? conſulendi ſunt *Riccius d. reſolut.* 308. *Antonin. d. cap.* 103. *Gratian. deciſ.* 232.

Vbi Confraternitates ad proceſsiones vel funus accedunt, nequeunt deferre Crucem à clericis geſtari ſolitã, ſed imaginem Crucifixsi, vel Sãcti ſub cuius nuncupatione militant, vt in 7. *Conc. Prouinciali Mediolanen.*

Cæterum, ad contribuendum Seminario, Cõfraternitas regulariter cogi non poteſt, propterea quod redditus eſſe ſolent ex eleemoſynis, & collectis confratrum, quod si habeat bona Ecclesiaſtica, vel beneficiũ, cogi poteſt reſpectu bonorum, vel beneficiorum, sic enim intelligi debere decretum *Sacri Concilij ſeſſ.* 22. *cap.* 18. ſæpè cenſuit *Sacra Congregatio*, & ſcribit *Barboſa in tract. de Epiſcopo allegat.* 77. *num.* 10. SUM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas an possit ab Episcopo visitari, quid si sit exempta, nu. 2. quid si sit in Ecclesijs regularium num. 3. quid stante consuetudine immemorabili num. 4. quid si sit laica num. 5. quid si sit erecta erecta auctoritate Apostolica sub immediata Regum protectione num. 7. & 11.*

8 *Immediata Regum protectio quando dicatur, & quando operetur, n. 9. 10. & 12.*

13 *De immediata Regis protetione si dubitetur, cognitio ad quem spectet.*

14 *Confraternitas cuius visitatio tributa est alteri, quando potest visitari per Episcopum, & quid si sit tributa Prelato regulari num. 13. & 19.*

28 *Confraternitas in cuius limine est datus visitator specialis quando possit visitari per Episcopum.*

An, & quando confraternitas possit ab Episcopo visitari.

CAP. XV.

COnfraternitatum, aliæ sunt erecte auctoritate ordinaria, siuè Apostolica, aliæ extra vllã auctoritatẽ aliæ exemptæ, aliæ sub immedrata Regũ protectione.

Quantum actinet ad erectas auctoritate ordinaria, vel
1 apostolica, regula constituẽda est, esse visitandas ab Episcopo, *Clem. quia contingit de religios. domibus.* cuius dispositio est innouata per *Sacrum Trid. Conc. sess. 22. cap. 8. de reformat.*

2 Quod procedit Primò, siuè Confraternitas sit exempta, siue non, in his enim nulla alia est differẽtia, nisi quod nõ exẽptę visitantur auctoritate ordinaria, exẽptę verò tãquam à Sedis Apostolicæ delegato *d. clem. quia contingit, Sac. Trid. Conc. d. cap. 8.*

3 Procedit secundò siuè sitæ sint in proprijs Ecclesijs, siuè in Ecclesijs regularium exẽptorum, vt censuit *Sacra Congregatio super negotijs Episcoporum, & regularium 6. Decembris 1616. rescribens Episcopo Chiensi,* quæ loquitur de Confraternitatibus erectis in Ecclesijs Patrum Prædicatorũ, & Iesuitarum, & idem censuisse *Sac. Congregationem Concilij testantur Genuen. in praxi Archiepiscopali Neapolitana c. 21. in princip. Gratian. discept. 481. num. 25. Barbosa de Episcopo alleg. 75. num. 13. & 28.* Hoc tamen duplicem recipit declarationem, Prima est ne procedat in exemptis quæ in proprijs Ecclesijs, habẽt iura Episcopalia, in illis enim, quia

su-

superior est loco Episcopi, sufficit quod visitatio fiat per eum, & Episcopus amplius se ingerere non potest. Secunda est, vt visitatio procedat quo ad administrationem, nō autem quātum ad cappellas, vel altaria Confraternitatis sita in Ecclesia exempta, prout post alios scribit *Barbosa d. allegat. 75. num. 13*, vbi refert ita fuisse decisum per *Sacram Congregationē Concilij de anno 1622. rescribētem Episcopo Imolense*.

4 Procedit tertiò non obstāte quacunque consuetudine, etiam immemorabili, priuilegio, aut statuto, vt expressè præcipitur *in eodē Decreto Concilij, cap. 8. in finalibus verbis*.

5 Quantum verò attinet ad eas, quæ non sunt erectæ auctoritate apostolica, vel ordinaria, licet regulariter causæ istarum Confraternitatū pertineat ad Iudicem laicum, propterea quod non possunt dici loca religiosa, sed sunt collegia, quæ sustinent vicem personę ex latè traditis supra *cap. 7. in prima conclusione*, nihilominus hoc nō procedit primo respectu visitationis. *Ceuall. commun. opin. tom. 4. quæst. 897. num. 984.* vbi quod ita vidit practicari in omnibus Cōfraternitatibus laicorum, exceptis illis, quæ sunt sub immediata Regum protectione, vel in quibus ex dispositione fundatoris visitatio Episcopi, est interdicta, vbi tales Confraternitates exercent opera pietatis, tūc enim quia cōsideratur magis opus, quam personæ, dicuntur collegia pia, *Castrens. cons. 167. ad finem lib. 2. Abb. in cap. de xenodochijs num. 3. de religios. dom. cum alijs per Tiraq. de pia causa in præfat. vers. item relictum hospitalibus cum alijs à me congestis eod. cap. 7. in prima conclusione vers. declaratur secundo, et vers. vnde consequenter*, cuius operis ratione possunt ab Episcopo visitari, *Barbosa de Episcopo alleg. 75. num. 21. & 28. & 50. Garz. de benef. par. 5. c. 1. num. 613.* vbi alij allegantur.

6 Secundò non procedit ad effectum requirendi, an fiat illud propter quod locus ipse est erectus, & an ibi exerceantur ea, quæ sunt relicta à testatoribus, *Federic. de Senis cons. 114. col. 2. Abbas in cap. inter dilectos in fine de donat. & in cap. Sopitæ in fin. & cap final. de censib. Soccin. in tract. de visit. in 6. libello quæst. 11. Felin. in cap. de quārta, num. 6. de præscript.*

7 Cæterum, quātum attinet ad Confraternitates, quæ sub immediata Regum protectione sunt, non posse per Episcopum visitari sine illorum

Digitized by Google

rum licentia, expresè cauetur eodem decreto *Concilij sess. 22. cap. 8.* æquum enim visum est *Sacro Concilio*, vt quemadmodum Reges alijs excellentia præcellunt, ita debent peculiari prærogatiua gaudere, *cap. fin. de officio delegati lib. 6. cap. ne aliqui, de priuileg. eodem lib.* Quod procedit etiam in locis vnitis illis, quæ sunt de regia protectione, *Nouar. in praxi elect. fori, Riccius in praxi par. 4. ref. 162.* Hæc autem licentia debet esse specialis, etiàm in Episcopo, qui nominatur à Rege, *Valasch. dec. 105. nu 62.*

8 Cæterum cum hæc materia quotidiana sit, sciendum est, Primò, quod immediata Regis protectio dicitur quãdo locus non est alterius iurisdictioni subiectus, *Gabr. d. conf. 195. nu. 6.*

9 Sciendum secundò, quod regia protectio non includit aliquam iurisdictionem sed ius quodam tutelare, quod non tollit iurisdictionem Iudici ordinario, neque quo ad locum, neque quo ad personas, *cap. recepimus de priuileg. cap. ex par. el 2. eod. tit. Gemin. conf. 81. sub num. 2. vers. nam recommendatus, Nacta conf. 606. num. 1. Gaill. obseru. 54. num. 3. lib. 2. Gabr. conf. 195. num. 1. & 2. lib. 2. cum alijs per Cenedum canon. quæst. cap. 11.* nisi concurrant alia, quæ arguant subiectionem, *Seraphi. decis. 1025. nu. 3.*

10 Sciendum tertiò, quod ad hoc, vt regia protectio operetur, oportet quod imploretur in limine erectionis, alioquin non suffragatur, *Caualcan. de brachio regio quæst. 9. nu. 3. Burculen. conf. 3. & 99. Menoch. conf. 721. Rota apud Seraphin. decis. 1025. nu. . .*

11 Sciendum quartò est, quod dispositio *Sacri Concilij sess. 22 cap. 8.* dum vult, quod Confraternitates, & alia loca existentia sub immediatá Regũ protectione nequeãt per Episcopum visitari, nisi de Regis licentia, non compræhendit loca existẽtiá in locis, in quibus Rex est Dux, Comes, aut Marchio, &c. vt ex mente *Sacræ Congregationis Concilij* pluribus probat *Gabr. conf. 195. num. 9. lib. 2.*

12 Sciendum quintò, quod loca exempta, vel sub immediata Regis protectione quãuis nequeunt visitari quo ad concernentia administrationem bonorum, nihilominus semper possunt visitari quoad concernentia decentiam, & ornamentum cultus diuini, *cap. 2. in fin. de custod. Euchar. Pereria in tract. de manu regia cap. 17. num. 12. par. 2. Riccius*

Digitized by Google

in praxi par. 4. reſol. 164.

13 Sciendum ſextò, quod vbi opponitur exceptio immediatæ regiæ protectionis, ſi de illa dubitari cõtingat, cognitio pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Armendar. in addit. ad recopill. Regni Nauarræ, lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 71. Leon. in theſaur. for. Eccleſiaſtici par. 2. cap. 14. num. 23. Barboſa de Epiſcopo alleg. 75. num. 20. Maria de iuriſdit. par. 2. cap. 18 num. 8. Caſta conſ. 4. nu. 3. Riccius in praxi par. 4. reſolut. 160. Cæuall. in opin. commun. contra commun. queſt. 897. num. 985. tom. 4.* ſubdentes quod donec conſtiterit de immediata Regis protectione, poteſt Epiſcopus procedere ad viſitationem.

14 Dubitari ſolet, an Epiſcopus vigore huius decreti, poſſit viſitare Confraternitatem, cuius viſitatio tributa eſt alij, & dici fortaſſe poteſt Epiſcopum viſitare non poſſe, propterea quod ſpecialis viſitator facit deſſare generalem, *Iacob. Aren. in l. quod in rerum §. ſi quis poteſt. ff. de legat. 1.*

15 Quo non obſtante, nõnulli ſunt inſpiciendi caſus. Primus vbi viſitatio eſt tributa Prælato regulari, & tunc non poteſt viſitari per Epiſcopum, quia iuriſdictio cenſetur data Prælato regulari priuatiuè, q alios, *Abb. in cap. Paſtoralis nu. 6. verſ. ſed in regularibus aliud puto, & ibi Felin. num. 4. de offic. ord. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 8. nu. 3.* vbi quod ità procedit doctrina *Iacobi de Arena*:

16 Secundus eſt caſus, vbi viſitatio tributa eſt laico, vel Prælato ſæculari inferiori, non tamen in limine fundationis, & tunc debet Epiſcopus ſolus viſitare, propterea quod ſtatim atq; fuit erecta Confraternitas ſine viſitatore ſpeciali, viſitatio pertinet ad Epiſcopum *d. clem. quia contingit de religioſ. domib.*

17 Tertius eſt caſus, vbi in limine fundationis eſt datus Viſitator ſpecialis excluſo Epiſcopo, veluti quia dictum fuit, quod Epiſcopus viſitare non poſſit, & tunc quia concilium non tollit ſimiles fundationes, Epiſcopus nequit viſitare, niſi in caſu in quo ſpecialis Viſitator negligat viſitare, iuxtà diſpoſitionem *tuæ nobis de teſtam. Gratian. d. diſcept. 481. num. 25. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 98.* vbi quod ità in facti cõtingentia reſcripſit, *Felic. record. Pauli V. per eius literas in forma breuis ſub datum 7. Aprilis 1606. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 8. num. 1.*

18 Quartus eſt caſus, vbi in fun-

Digitized by Google

fundatione commissa est visitatio alicui nulla facta mentione Episcopi, & tunc Episcopus non impeditur simul visitare, quia ius visitandi censetur datũ cumulatiuè, *Garz. loc.cit.nu.99. & 100. Rota loc. cit. sub num. 1. & ibi addentes num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia inter confraternitates quibus debeatur.*

De præcedentia inter Confraternitates laicorum.

CAP. XVI.

1 AD tollendas lites, quæ inter Confraternitates laicorum, super præcedentia vigebant, *fel. rec. Gregorij xiij.* eas ad se aduocauit, & extinxit, ac statuit, vt in processionibus præcedere deberet, quæ est in possessione præcedendi, & vbi de huiusmodi possessione non cõstat, præcedant, quæ priùs laccis vlæ sunt, vt in eius *constitut. 84.* quæ incipit *exposcit, secundum impressionem nouissimi Bullarij.* Cum autem cessante possessione constitutio principaliter consideret vsum laccorum, sequitur, quòd si Confratres qui antè laccis vsi sunt, velint accedere ad processiones sine laccis, eis non debetur præcedentia, siquidem præcedentiam obtinere qui cupit, habitum conuenientem gestare tenetur, *cap. 1. vbi Butr. n. 7. de authorit, & vsu palii, Prepositus in cap. concilia 7. §. Episcopos 17. dist. num 3. alios refert Theod. de Rubeis inter discept. Gratian. 298. num. 65. tom. 2.*

Quoniam autem, post dictam Gregorij constitutionẽ, aliæ circà eamdem præcedẽtiam ortæ fuerunt controuersię, ideo 26. *Augusti* 1593. *Sacra Congregatio Episcoporum* ad eas succidendas censuit, vt quod circa præcedentiam Romæ seruatur, vbique locorum seruetur, cũque *die* 30. *eiusdem Cardinalis Alexandrinus sententiam Sacræ Congregationis retulisset felic: recor. Clementi VIII.* attestatus est eam illi placuisse, & iuxtà eam in casibus occurrentibus rescribi debere, & si oportunum fore videbitur, generalem constitutionem fieri mandasse, vt testantur *Campanil. in diuers. Iuris canonici rubr: 12. cap. 13. nu. 123. Quaranta in summa Bullarij, verb. precedentia vers. & quoniam, Barbosa de Episcopo allegat. 78. num. 24.*

Digitized by Google

Lites autem, quæ ſuper præcedentia oriri ſolent inter Confraternitates laicorũ, debent cognoſci ab Epiſcopo; actus enim præcedendi in proceſsionibus eſt actus ſpiritualis, *cap. 2. de pact. lib. 6.* qui conſequenter ſpectat ad Epiſcopum, *Nauar. conſ. 3. de ſor. comp. Bart. l. fin. n. 15. ff. de Colleg. illic. Gratian. deciſ. 203. num. 5.* & hanc quoque opinionem comprobat, *Ann. ſig. 90.* vbi miratur huiuſmodi cauſam fuiſſe tractatam in Regio Conſilio, & ſequuntur *Capiblanch. de autorit. Baron. prag. 8. par. 3. num. 59. Donatus Anton. de Marinis quotid. reſolut. cap. 114 ſub n. 9.*

Et à decreto Epiſcopi ſuper materia præcedentiæ inter Confraternitates nulla datur appellatio, neque reclamatio, ſeu proteſtatio, cũ hæc omnia ſint prohibita *ex d. conſt. Gregorij XIII.* ad controuerſias ſedandas, vt animaduertit, & rectè *Gratian. loc. cit. n. 1.*

Quà ratione in hac materia valent pacta, & tranſactiones abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito *d. cap. 2. de pact. lib. 6. Rota coram Seraphin. deciſ.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas quibus modis ſoluatur n. 2. & 3.*

Confraternitates quomodo diſſoluantur.

CAP. XVII.

1 PLurifariam contingit Cõfraternitatem diſſolui. Primò ex voluntate eorum, qui Confraternitatem inierunt, ſi omnes ad id conſentiant, *l. 3. ff. de colleg. illic. cap. inter dilectos de donat. Bar. in l. fin. num. 21. ff. eod. titulo, Abb. conſ. 31. num. 2. lib 2.*

2 Quod debet intelligi, ſi Confraternitas conſiſtat in ſimplici collegio perſonarum, ſecus ſi conſtruxerint eccleſiam: aut oratorium ad celebrandum publicè, quia eum ſint Deo dicata, *cap. de xenodochijs*, conſequenter nõ poſſunt amplius reuocari, *cap. quæ ſemel 19. quæſt. 3. cap. ſemel Deo de reg. iur. lib. 6. cap. ad hæc, vbi gloſ. in verbis mundanis de religioſ. domib.*

3 Secundò, ſi omnes de confraternitate fuerint defuncti, *l. ſicut municipium §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nomine l. eius in fin. ff. ad municipalem, Bar. in d. l. fin. ſub num. 21.*

Dixi

Digitized by Google

Dixi, si omnes fuerint defuncti, quia si vnus supersit, per illum conseruatur Confraternitas, potestque Sindicum constituere *glos. in d.l.sicut municipium verb. nomen vniuersitatis*.

4 Tertiò ex præcepto Superioris, quod fieri solet ob delictum Confraternitatis, si religionis prætestu admittat illicitum *l.1. & 3. in princ. ff. de colleg. illic. l. 2. ff. de extraord. crim. l. qui sub prætestu, C. de sacros. Eccles. Bar. loc. cit. num. 22.* Deuictis Achæis, Mummius Consul Romanus, collegia singularum nationum Achaiæ, & Phocentiũ, & Boetorũ, & vbique per Græciam existẽtiam deleuit, *Liuius lib. 35.* sed vbi Romano Imperio acquieuerunt, collegia fuerunt restituta, vt *Strabo memorię* prodidit.

SUMMARIVM.

1 *Bona confraternitatis destructa quibus debeantur num. 2. & 3. 4. & 5.*

Quid agendum de bonis confraternitatis destructę.

CAP. XVIII.

1 REgulariter Confraternitate destructa, bona diuiduntur inter Confratres, *l. 3. in princ. ff. de colleg. illicit. Bar. in l. fin. nu. 22. vers. si verò ista vniuersitas ff. eodem tit.* vbi declarat iuxtà quem modum debeat fieri diuisio.

2 Quod procedit multo magis in rebus communibus, sed ad proprium vsum deputatis, cuiusmodi sũt vestes fraternales, nam quilibet suam recipiet, *Bar. in d.l. fin. sub nu. 22. vers. eodem modo.*

3 Limita primò, in ijs rebus, quæ confraternitas habebat, vt distribueret in alios, veluti vt nutriat pueros, alat infirmos, & similia, in his confratres sunt nudi ministri, apud quos nullum debet commodum remanere, *l. si quis Titio, ff. de legatis 3. Bar. loc. cit. vers. quædam sunt collegia, quæ habent aliquid non per se.*

4 Limita secundò, vt procedat vbi confraternitas consistit in simplici collegio personarum, secus si habeat Ecclesiam, vel aliter consti-

Digitized by Google

ſtituat locum pium, tũc quia bona dicuntur Eccleſiaſtica, vt latè dictum eſt ſupra, remanent in diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ, quia iudicantur perinde, ac ſi eſſent bona vacantia eccleſiaſtica, de quibus ſolus Summus Pontifex diſponere poteſt, *clem. quia contingit, vbi Doct. paſſim de religioſ. domib. gloſ. in lege ſicut municipium, verb. nomen Vniuerſitatis verſ. item quid ſi nullus, ff. quod cuiuſq; Vniuerſitatis nomin. Bar. in d. leg. fin. num. 22. verſ. reſpondeo ff. de colleg. illic. Abb. conſ. 15. num 3. lib. 2. Roman. conſ. 177. ſub num. 2. verſ. quo ad tertium, Marſil. ſing. 194 nu. 2. Couarr. variar. reſol. lib. 3. cap. 6. ſub nu. 3. verſ. ſic iuris conſultus, Berous conſ. 49. nu. 1. lib. 2. latè Ferrett. conſ. 247. n. 1.*

5 Quod procedit etiam, ſi Confraternitas ceſſerit bona ſua communitati, quia poſtquam bona ſunt effecta Eccleſiaſtica, ſolus Papa de illis diſponere poteſt, *Bar. in tract. minor. lib. 2. ſub nu. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Indulgentijs an, & quando gaudent confraternitates, & nu. 2. & 3.*

Indulgentijs, & gratijs ſpiritualibus, quibus gaudent confraternitates.

CAP. XIX.

1 CConfraternitates ſanctiſſimi Sacramenti vbiq; terrarum creatæ, vel erigendæ abſque noua conceſſione, communicatione, vel aggregatione participes ſunt quorumcumque priuilegiorum, conceſſionũ, indulgẽtiarum, & gratiarum Archiconfraternitati Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam de Vrbe conceſſorum, & concedendorum, ſtatim ac earundem erectio, apoſtolica, vel ordinaria auctoritate facta fuerit, ita fuit reſolutum in *Congregatione Indulgentiarum 15. Februarij 1608.*

2 Indulgentiæ conceſſæ Patribus Ordinis Sancti Dominici pro ſocietate ſanctiſſimi Roſarij locum habent tantũ in ſocietatibus erectis in eccleſijs eiuſdem Ordinis, non autem extra eas, ita reſpondit *Sacra Congregatio Epiſcoporum 13. Maij 1603. Epiſcopo Spoletano.* 1

3 Confratres nequeunt abſolui vigore priuilegiorum eis conceſſorum, niſi quatenus ſint in vſu, & non aduerſantur *Concilio Tridentino* neque

Digitized by Google

que constitutionibus Pontificijs, atque ideo nequeunt absolui à casibus comprehẽsis, in bulla cenæ, nec alias Papa reseruatis, vel ordinario loci; neque ab excõmunicatione lata ab homine, neq; possunt dispensari super aliqua irregularitate, vt expressè disponitur in *Constitutione fel. record. Clementis VIII. in ordine nouissimi bullarij*, vbi lectori cætera inspicere licet.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ, & priuilegia an pereant distructa confraternitate, & quid si restauretur num. 2. & vide num. 3. 4. & 5. Confraternitas destructa non dicitur amplius confraternitas.*

Confraternitate destructa an pereant indulgentię, & priuilegia sibi concessa.

CAP. XX.

1 VBi confraternitas consistit in simplici Collegio personarum si dissoluatur ex voluntate Cõfratrum, vel auctoritate Superioris, priuilegia non remanẽt, quia non potest dici amplius confrarernitas *l. 3. ff. de colleg. illic.* facit *text. in cap. placuit, de consecrat. dist. 1. l. 31. ff. quib. mod. vsufruct. amict.* Bal. *tit. de pace const. verb. Imperialis. nu. 8.*

Quinimmo si contingat Confraternitatem restaurari, priuilegia, & indulgentię nõ reuiuiscunt, *Gaill. obseruat. 61. num. 4. lib. 2.* Limita vbi non dissoluitur, sed dispergitur veluti, quia metu pestis, seu
2 belli omnes Confratres recedunt à Ciuitate, tunc enim priuilegia, & indulgentiæ cõsetuatur in loco, in quo Confraternitas degebat, *glos. in l. illud § fin. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nom. Bar. in l. fin. nu. 23. ver. quandoque collegium non destruitur ff. de colleg. illicit.*

3 Vbi verò Cõfraternitas consistit in Ecclesia, seu hospitali, aut loco pio, nonnulli sunt considerandi casus. Primus quando destruitur auctoritate Superioris propter delictum, seu defectum Cõgregationis, & tunc pereunt omnia priuilegia sibi cõcessa, *l. si vsusfructus ff. quib. mod. vsusfr. amittatur, cap. & hoc diximus, vbi glos. 16. q. 7. glos. in cap. Abbate sanè verb. donec, de verbor. signif. & in cap. priuilegium, de reg. iur. lib. 6.* Videtur enim in hoc casu pati maximam capitis diminutionem, per quam ipsius iura in

to-

Digitized by Google

totum comminuuntur *l. cognitionum in fin. ff. de var. & extraordinarijs cognit.* Bar. *in l. fin. nu. 23. ff. de colleg. illicit. & iterum in l. inter ſtipulantem* §. *ſacram nu. 11. ff. de verb. oblig. & ibi Ian. nu. 30.*

4 Secundus eſt caſus, quando deſtruitur ab hoſtibus, & tunc priuilegia priſtina remanent, *cap. Paſtoralis 7. q. 1. cap. qui ſemel 19. quæſt. 3. gloſ. in d. cap. priuilegium, de reg. iur. lib. 6.* & ceſſante hoſtium uiolentia reſumuntur *l. cum loca ff. de relig. & ſumpt. fin.*

4 Tertius eſt caſus, quando non diſtruitur, ſed transfertur ad alium locum, uel unitur alteri, & tunc pariter priuilegia remanent, *cap. & temporis, cum ſeq. 16. q. 1. gloſ. in d. cap. priuilegium.*

5 Quartus eſt caſus, quando Confraternitati eſt annexum beneficium, tunc enim qualitercunq; deſtruatur confraternitas, remanet beneficiũ, ſicuti remanent iura realia, Bart. *in d. l. inter ſtipulantem* §. *ſacram n. 11. & ibi Ias. n. 30. ff. de verb. oblig.*

FINIS LIBRI QVARTI.



Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM.

LIBER QVINTVS.

De Prædicatore.

SVMMARIVM.

1 *Ritus prædicandi antiquissimus.*
2 *Summi Pontifices prędicationis officium exercuerunt post Apostolos.*
3 *Christus Dominus prædicare dignatus est.*
4 *Prędicare est opus Dei.*
5 *Quanta sollicitudine audiendum sit verbum Dei.*
6 *Anima eget cibo spirituali.*
Quanta sit necessaria prędicatio Verbi Dei num. 7. & 8.
9 *Prædicatio exceri non potest nisi ab illis quibus incūbit onus prædicandi.*
10 *Prædicatio sanctè tractanda est.*
Episcopus negligens ministrare populo prædicationem verbi Dei, subiacet diuinæ vltioni, & grauiter dicitur delinquere num. 11. & 12.
Populus etiam inuitus potest cogi ad recipiendum prædicatorem, & ei consuetam eleemosinam prestare num. 13. & 14. sed non sub pœna excommunicationis nu. 15.
16 *Iudei habitantes in terris Christianorum compelluntur semel in hebdomada interesse prædicationibus.*
17 *Prædicatores mittuntur ab Ecclesia ad partes infidelium.*

De antiquitate, dignitate, & necessitate prędicationis.

CAP. I.

1 PRędicandi ritus non recens, sed vetustissimus est, nam quod Christus per semetipsum vltimis tribus annis gessit *Lucę* 3. abiens in cælum demandauit Apostolis. *Ite in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, Matthei* 2 *cap.* 10. Post Apostolos summos Romanos Pontifices Leonem, Gregorium Innocentium, alioſque complures prædicationis officium exercuisse eorum homiliæ sic

Digitized by Google

manifeſtè declarant, vt mirandum propterea ſit, quod *Sozom. lib. 7. cap. 19. & Nicephor. lib. 12. c. 34.* contrarium prodiderint. Denique *Synodo Trullana cap. 19. Maguntina, cap. 25. Lateranen. ſub Innoc. 3. de quo in cap. inter cætera de offic. ordinar. Baſilien. ſeſſ. 5.* & deniquè *in Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. c. 4.* de prædicatione ab Epiſcopis habēda eſt iugiter actū. Hoc etiā ex eo maximè colligi patet, quod idemmet
3 Chriſtus ad prædicandum ſe miſſum teſtatur, *non ſum miſſus baptizare, ſed prædicare, D. Hieronym. in epiſt. ad Galat. cap. 6. Paulus etiam ad Rom. c. 1. prędicationē magnificiens* (inquit) *prædicare in Ec-*
4 *cleſia, opus Dei eſt, & D. Auguſt. lib. 50. homil. 26.* nobis relatus *in cap. interrogo. 1. quæſt. 1.* in hæc verba loquitur, *Interrogo vos fratres, vel ſorores dicite mihi quid vobis plus eſſe*
5 *videtur Verbum Dei, an corpus Chriſti? & ideò quanta ſollicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat, tanta ſollicitudine obſeruemus, nè verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud cogitamus, aliud loquimur, de corde veſtro pereat: quia non minus actus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàmille, qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua permiſerit.*

Neceſsitas liquet tum ex parte Miniſtri, tum ex parte populi; ex parte Miniſtri quia tenetur per ſe, vel per alium prædicare verbū Dei, *d. cap. inter cætera de off. ord. Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4.* ex parte populi, quia cum homo conſiſtat ex anima, & corpore, *cap. in quadam de celebr. miſſar.* equidem ſicuti corpus materiali, ità
6 anima eget cibo ſpirituali, *cap. inter cætera de offic. ord. ibiq; Abb. ante num. 1. D. Thom. 2. 2. quæſt. 188. art. 4. in reſolut.*

Hanc neceſsitatem agnoſcentes Apoſtoli ſatiùs du-
7 xerunt vacare prædicationi verbi Dei, quàm miniſtrare mentis *Actuum cap. 6.* Hinc *Sacr. Trid. Concilium ſeſſ. 5. cap. 2.* dicit, prædicationem verbi Dei non eſſe minus neceſſariam lectione, *& in extrauaganti quoque 1. §. Verum*
8 dicitur, propoſitionem verbi Dei poſt baptiſmum eſſe inter cætera magis ad ſalutem neceſſariam.

Ex dignitate prædicationis infertur primò eam exerceri non poſſe, niſi ab his, quibus onus prædicandi, vel iucumbit ex officio, vel ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ,

aut

Digitized by Google

aut ex commissione catholicorum Episcoporum intrà Diœceses suas, *d. cap. inter cætera, de off. ord. clem. 2. de sepult.* & latiùs dicetur infra.

10 Infertur secundò, prædicationem esse sanctè tractandã, habet enim quamdam repugnãtiã cum peccato mortali, quo efficitur quodammodo inhabilis ad prædicandum, iuxtà illud *psal. 49. Peccatori autem dixit Deus, quarè tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? D. Thom. 2. 2. q. 187. ar. 1. in resolut.* An autem peccet mortaliter dicetur alibi.

Ex necessitate deducitur primò, quod Episcopus negligens subministrare popu-
11 lo prædicationem verbi Dei, per se, vel per alium, diuinæ subiacet vltioni, *d. cap. inter cætera in fin. de offic. ord.* Quæ verba mortale peccatum importare, post *Host.* scribunt *Card. in d. cap. inter cętera, not. 10. Bellam. verb. neglexerint* Si enim Pater denegans alimenta filijs, dicitur grauiter
12 delinquere, *l. vel necare ff. de alimentis præstand.* eo fortius delinquit Prælatus denegans pabulum spirituale, quod est potius, *Diuus Thom. 2. 2. q. 188, art, 4.*

Deducitur secundò, quod populus etiam inuitus potest
13 cogi ad recipiendum prædicatorem, eique consuetam eleemosinam præstare, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 4.* Huc confert *Lucæ cap. 4. Exi citò in plateas, & vicos Ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos induc in domum meam* legimus Sanctum Cæsareum
14 non semel ostia ecclesiæ occludi fecisse, ad cogendum quosdam, qui verbum Dei audire detractabant, *Baron. tom. 4. anno 506. pag. 573.*

Quamuis autem populus cogi possit ad recipiendum prædicatorem, & singulares personæ ad audiendum verbum Dei, tamen quantum ad singulares attinet, hoc debet intelligi, vt fiat efficaci sermone, non tamen sub pæ-
15 na excommunicationis, vt ex facto respondet S. Congregatio Episcoporum *die 15. Maij 1583.* rescribens Episcopo Larinensi, & Vicario Apostolico Firentini.

Hac ratione Sedes Apostolica in terris Christianorum, in quibus extant Sinagogæ, Iudeos compellit prædicationibus interesse semel in edommada, *ex constitutione fel. rec. Gregorij XIII. quę incipit sancta Mater ecclesia, & est 92. in ordine nouissimi Bullarij.*

17 Ad partes etiam infidelium

Digitized by Google

Prædicatores mittit, *cap. quam ſit laudabile de Iudeis, Gregor. ex conſt. 26. §. 8.* vt plenius *infrà* dicetur.

SVMMARIVM

Facultas prędicandi eſt annexa Curæ animarum & ducitur ab ipſa iuriſdictione num. 1. 2. & 3.

4 *Actus prędicandi ſupponit iuriſdictionem.*

Predicandi officium poteſt demãdari perſonę quę nullam habet iuriſdictionem, dumodo ſit idonea num. 4. & 5.

6 *Et an poſsit demandari quibuſcumque perſonis.*

Subdiaconus an poſsit predicare, & aßumi ad parocchialem n. 7. & 8.

9 *Predicare, & leggere Euangelium in Eccleſia ſunt diuerſa.*

10 *Religioſi Societatis Ieſu, etiam in ſacris non promoti poſſunt prædicare*

Prædicatio poteſt delegari ſimpli Clerico primæ tonſurę nu. 11. & 12.

Officium prædicandi an ſit ordinis, ſeu iuriſdictionis.

CAP. II.

IN prædicatione duo continentur; facultas prædicandi, & actus prædicationis. Facultas eſt annexa curæ
1 animarum *cap. inter catera de off. ord. Clem. 2. de ſepult. cap. Epiſcopus nullum 88. diſt. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4.* adeo vt eo ipſo, quo quis adipiſcitur curam, ſortitur etiam facultatem præ-
2 dicandi, *cap. quod Dei timorem in fin. deſtat. Monach.* plenè *Surd. conſ. 254. n. .lib. 2.* Hac ratione facultas prędicandi ducitur ab ipſa iuriſdictione, vt
3 ex iuribus allegatis ſcribunt, & probant omnia iura hactenus allegata, *gloſ. in cap. adĭjcimus 16. q. 1. & in cap. 2. verbo prædicandi 62. d. Doctor. in c. 2. de iudic.* & ibi ſignanter *Abb. n. 14. Dec. n. 148. Nauar. conſ. 7. de off. deleg.* & eſt communis omnium catholicorum. Actus prędicandi iure proprio, ſemper ſupponit iuriſdictionem,
4 *d. cap. inter catera* cum alijs allegatis. poteſt tamen demandari perſonæ nullam iuriſdi-
5 ctionem habenti, dummodò ſit perſona ad prædicandum idonea *d. cap. inter cętera.* Difficultas ergò eſt an poſsit officium prædicandi demandari
6 quibuſcunque perſonis, & quidem *Caiet. 2. 2. quæſt. 187. art. 1. cap. 1. diſt. 25. cap. 2. d. 92.* exiſtimat non poſſe demandari niſi diacono.

Contrà Caietanum inſurgunt acriter *Sot. in 4 ſent. diſt. 1. q. 1. art. 6. Cordub. in quæſtionar. lib. 1. q. 50. Suarez de Relig.*

t. 4.

Digitized by Google

t.4.lib.6.c.1.n.12. est ratio, qua mouentur, quia nullibi legitur, quod nequeat prædicare, nisi Diaconus, quin immò quod magis constitutum appareat posse predicare, etiam
7 subdiaconum, nàm cum possit assumi ad Parochialem *cap. præterea de ætat, & qual.* eo ipso quo adipiscitur Pa-
8 rochialem non solum potest, sed tenetur prædicare, *cap. quod Dei timorem, de stat. Monach.* Præterea in ordinatione Diaconi, non fit mentio aliqua de prædicatione, sed de lectione euangelij in ecclesia, *cap.1.§.ad Diacon. 25.dist.* & legitur in *Pontificali sub rubr.de ordin. Diac.* in illis verbis *Accipe potestatem legendi euangelia in ecclesia sancta Dei.*

9 Porrò legere euangelium in ecclesia, & prædicare sunt diuersa, quia illud est merè ordinis, *cap.1. dist. 25. cap. 2. dist. 92.* Hoc simplicis ministerij, *cap.fin.§.fin.de off deleg.*

Additur, quod fæl.record. *Gregor.XIII.* concesit Religiosis Societatis Iesu etiam in sacris non promotis, vt prædicare possint, *Stephan.*
10 *Durant. de ritib. lib. 2. cap. 25. num.8.* quod quidem priuilegium complectitur omnes in prima tonsura constitutos, vt benè probat *Suarez d. cap. 1.à num.11.cum seq.* quod quidè non concessisset, si constitutum esset ab ecclesia, nè officium prædicationis mandaretur, nisi Diacono.

Non obstant iura in contrarium allegata, quia loquuntur de lectione, non autem de prædicatione euangelij. Ex hac conclusione deducitur, prædicationem posse de-
11 legari simplici Clerico primæ tonsuræ, si alijs qualitatibus iuuetur. *Nauar.d. cons. 7. de off.deleg. Armendar.de leg. Nauarræ lib.4.tit.3.cel.3.de prædic. num.36. Reudin.recept.sent. tit. 17.num.24. Sair.in florib.tit. de off. Suarez loc.cit. Posseu. de off. Curat. cap. 3. num. 14. in fin. Vgolin. de potest. Episc. cap. 42. §.2.num.1.*

12 Ratio est, quia in iure non reperiuntur Clerici prohibiti prædicare ex delegatione eorum, qui delegare possunt, & ob id neque nos hanc prohibitionem inducere debemus, *l.illam, C.de collat.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicationis officium eorum semper fuit, quibus imminet cura animarum.*
2 *Prædicationis officium nemo potest suo iure sibi vsurpare.*
3 *Prædicationis officium est priuilegiatum.*
4 *Monachi non admittebantur ad pre-*

Digitized by Google

prædicandum sine speciali facultate, ob malum inde nascitur um.

Pœna contra presumentes prædicare sine autoritate sedis Apostolicæ, vel Episcopi loci num. 5. 6.

Soluuntur argumenta Nouatorum num. 7. & 8.

Quibus liceat prædicare. CAP. III.

NOnatores non defuere, qui prædicandi munus omnibus indifferenter concessere, duplici argumento suffulcti. Primo quia non debet inspici quis prædicet, sed quem prædicat, *cap. 1. Paul. ad Philippenses.* Secundo quia verbum Dei non est alligatū *ad Timot. cap. 2.* ac proinde debet plena libertate gaudere.

Quibus non obstantibus, ab exordio nascentis Ecclesiæ, munus prædicandi tantum eorum fuit, quibus im-
1 minet cura animarum, vel ab eis prædicandi munus est demandatum, *cap. Episcopus nullum 88. dist. cap. inter cetera de off. ord. cap. sicut in uno cap. cum ex iniio, & cap. excommunicamus, §. quia verò de hæret. clem. 2. de sepult. extrauagant. 1. de priuileg. Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.*

Cæterum circumscripto officio curæ, vel delegatio-
2 nis, quamuis desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendū non sit, sed potiùs commendandum, tamen quia secundum Apostolum alios Dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem Doctores, quorum ordo est quasi præcipuus in Ecclesia, nemò sibi potest suo iure prædicationis officium vsurpare *d. cap. cum ex iniuncto de hæret. cap. quod Dei timorem, vbi glos. in verb. priuilegiatum de stat. Monach. cap. quam sit laudabile, de Iud. glos. in d. cap. inter cæteram verbum prædicationis, de off. ord.*

Hac de causa officium prædicationis dicitur priuile-
3 giatum, *d. cap. quod Dei timorē*, quia dempto officio curæ nō potest exerceri, nisi ex priuileggio, vel cōmissione eius, qui mittendi facultatem habet, *Paul. 1. ad Corinth. cap. 10. quomodo prædicabunt nisi mittantur*, quod est registratum *in d. cap. inter ceteras de off. ord. & in cap. cum ex iniuncto de hæret.*

Fuit hoc semper cordi sedi Apostolicæ, adeò vt, dempta speciali facultate, nec Monachi quamuis alicuius scien-

scientiæ nomine glorientur
4 ad prædicandum admitterentur, *cap. adijcimus* 16. *quæst.* 1: *D. Thom.* 2. 2. *q.* 187. *art.* 1. Ad rem *D. Leo Episcopus epist.* 62. *& si optandum est, vt omnes Ecclesiæ filij, quæ recta, & sana sunt sapiunt: non tamen permittendum est, vt quisque extrà sacerdotalem ordinem cõstitutus, gradum sibi prædicationis assumat, cum in ecclesia Dei omnia ordinata esse conueniat, vt in vno Christi corpore, & excellentiora membra suum officium impleant; & inferiora superioribus non resultent.* Hæc *Leo*, optimè recolens huiusmodi occasione omne fluxisse malum; Nestorius quippè & Euthyches Monachi erãt.

Quin nec sufficit licentiã petere, nisi obtineatur, *cap. quam sit laudabile*, vbi *Doct.* communiter, & signanter *Abb. n.* 3. *& 4. de Iudæis*, & latiùs dicetur *infrà*.

Iure ergò omnes, qui præ-
5 ter auctoritatem à sede Apostolica, vel catholico Episcopo loci susceptum prædicationis officium publicè, vel priuatim vsurpare sibi præsumunt, excommunicantur, & nisi citius resipiscant alia competenti pæna plectuntur *cap. excommunicamus*, §. *quia verò de hæret.*

In Concilio Costantiensi sess. 8. omnium suffragijs damnatus fuit articulus Io. Vichlef contendentis licere presbyte-
6 ro, vel Diacono prædicare verbum Dei sine autoritate Sedis Apostolicæ, vel Episcopi loci, quam condemnationem *Martinus V.* sua auctoritate firmauit, vt *in const.* 1. *art.* 17. *&* 18.

Hoc etiam egregiè comprobat *Concilium Senonem. in generali decreto antè decreta fidei, & in decretis morum cap.* 35. *&* *Concil. Treuerense* 2. *cap.* 3.

Hunc etiam inconcussum semper fuisse ecclesiæ Catholicę morem, probat luculenter *Baron. tom.* 8. *anno* 650. *pag.* 418. qui rursum *anno* 692. *p.* 598. ex ipso rerum exitu probat sanctos viros miro modo sæpè à Prædicatione reuocatos quousque summi Pontificis permissu eorum Apostolatus legitimus efficeretur.

Non obstant argumenta in contrarium aducta, nàm primum procedit in Prędi-
7 catoribus, quibus ius prędicandi competit ex officio, vt benè declarat *tex. in cap. secũdum* §. *quidquid ergo* 19. *dist. glos. in clem.* 1. *verb. officia de regular.*

Minùs obstat secundum quia D. Paulus tunc erat in vin-

Digitized by Google

8 vinculis & volens declarare, quòd etiam in vinculis erat prędicaturus verbum Dei, dixit: verbum Dei non esse alligatum, quasi diceret: licet ego vinculis ligatus tenear, verbum tamen Dei nō est ligatum vinculis, vt manifestè indicant verba illa. *Laboro vsque ad vincula, quasi malè operans, sed verbum Dei non est alligatum.*

Cęterū Prædicatores omnes, vel ordinarij sunt, vel delegati: Ordinarij sunt Prælati, & alij, quibus imminet animarum cura, Delegati sunt qui à sede Apostolica, vel catholico Prælato adipiscuntur prædicandi facultatem, *cap. inter cętera, de off. ord.* de quibus sigillatim despiciamus.

SUMMARIVM.

1 *Prælatus dum prędicat, vel coram se sollemniter prædicare facit, cęteri prędicatores silere debent.*

Prælatus an possit totas horas matutinas occupare in prædicando nu. 2. & 3.

4 *Prælati expleto sermone an possīt cęteri prędicatores prædicare.*

Prælatorum appellatione in hac materia qui veniant. nu. 5. 6. 7. & 8.

9 *Differentia inter Episcopum, & Prælatum inferiorem.*

Vicarius Episcopi, seù Prælati, an veniat appellatione Prælatorum in hac materia nu. 10. 11.

12 *Limitatur in amministratore Ecclesiæ deputato à Sede Apostolica.*

13 *Et quid dicendum sit in Episcopo prædicante extra suam Diœcesim.*

14 *Limitatur etiam quando Prælatus prędicat, vel prędicare facit coram se priuatim.*

15 *Limitatur etiam quando Prælatus consentit vt eadem hora alibi prędicetur.*

16 *Hæc Prælati voluntas expressa debet esse.*

17 *Limitatur etiam in locis, in quibus vigent studia generalia.*

De Prędicatione Prælati intrà Diœcesim suam.

CAP. IV.

POsse, atque teneri Prælatum prędicare intrà Diœcesim suam, constitutum est in *cap. inter cętera de off. ord. in, Clem. 2. de sepult. in Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.*

In cuius reuerentiam hora, qua ipse prædicat, vel facit coràm se prædicare sol-
1 lemniter, cæteri Prædicatores si-

Digitized by Google

silere debent, *d.clem. 2. de sepult. §. nos autem, & ibi Vitalin. in §. ad honorem, num. 44. extrauag. 1. de priuileg.* Quæritur primo an Prælatus possit totas horas matutinas occupare, vel teneatur eas partiri, vt remaneret aliqua hora pro regularibus? Et quod teneatur eas partiri censuit. *Card. in d.clem. 2. §. non autem n. 11.* hac tantum ratione suffultus, quod *tex. in d. clem.* loquatur de hora, non autem de horis.

2

Sed hæc ratio facili respõsione tollitur, hora enim sæpè pro tempore, & die vsurpatur, *Virg. 1. Georg.*

3 *Nunquam te crastina fallet hora, Nec insidijs noctis capiere serena.* Vt sit sensus, quod hora scilicet tempore, vel die, quod prædicat Episcopus, vel coram eo prædicare facit sollemniter, reliqui prædicare nequeant.

4 Contrarium non immeritò tener *Vitalin. in d. §. ad honorem num. 83. subdens nu. 84.* quod expleto sermone Prælati possunt alij prædicare, nisi forsan sub spe prædicationis aliorum, aliqui negligerent sermonem Prælati.

Quæri solet primò qui veniant appellatione Prælatorũ

5 in hac materia, vt ijs prædicantibus, vel prædicare facientibus sollemniter coram se cæteri prædicatores cessare debeant? Et quidem de Episcopo dubium non est, cum ipse de iure sit Prælatus ad quoscunque effectus, & signanter in munere prædicandi, vt in iuribus allegatis.

Minus potest dubitari de legato de latere, quia cum in

6 Prouincia sibi decreta sit maior quocunque ordinario, *cap. si Abbatem de elect. lib. 6.* debetur ei etiam hæc reuerentia in actu prædicationis, *Vitalin. in d. clem. 2. §. ad honorem, n. 43.*

Dubitatio reducitur ad Prælatos inferiores habentes

7 iurisdictionem ex consuetudine, vel priuilegio, in quo communis est opinio, quod veniunt appellatione Prælatorum etiam ad hunc effectum, *glos. in d. clem. 2. verb. Prælati, & in verb. superior*, quam ibi sequitur *Card. n. 9. Vitalin. in §. ad honorem, n. 38.* probatur primò *in d. clem. 2.* in illis verbis *hora, quia solet Episcopus vel Prælatus superior prædicare*, nàm cum loquatur de Prælato ad differentiam Episcopi non potest intelligi, nisi de Prælato inferiore.

Secundò probatur *in d. extrauaganti 1. §. statuimus, & §. caueant de priuileg.* vbi loquẽs de hac prærogatiua eam tri-

8 buit Diœcesano, porrò appel-

Digitized by Google

latione Diœceſani, venit etiã Prælatus inferior, *cap. 3. de off. ord. clem. 2. de exceſſib. Prælatorũ, & ibi Vitalian. nu. 2.*

9 Hoc tantum intereſt inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem, quod Prælatus inferior, niſi habeat priuilegium ſpeciale, non poteſt vti mitra, nec dare tres benedictiones populo in miſſis priuatis, nec benedicere incenſum ſedendo, nec ſedens dare benedictionem Prædicatori, nec habere credentiam paratam, dum celebrat, vt ex facto reſpondit *Sacra Congregatio Epiſcoporum* 10. *Iunij* 1603. reſcribens Archiepiſcopo Bononienſi.

10 Dubitatur ſecundò an Vicarius Epiſcopi, ſeu Prælati veniat appellatione Prælatorũ, ita vt eo prædicante, vel faciente prædicare ſollemniter coram ſe eadem hora cœteri Prædicatores ſilere debeant? Negatiuè reſpondent *Card. & Vitalin. loc. cit. ille num. 12. hic nu. 40.*

11 Ratio eſt, quia Vicarius vti Vicarius, non habet poteſtatem prædicandi ex propria perſona, niſi hoc ſpecialiter ab Epiſcopo ſibi demandetur, vt probat *Sbrozz. de off. Vicarij lib. 1. quæſt. 1.* & vbi demandatur tranſit quidem in eum miniſterium prædicandi nomine Epiſcopi, non autẽ prærogatiua concurrentiæ, quæ non transfertur in alium etiam Epiſcopo abſente, ſed debeatur ſoli eius actuali præſentiæ, *Vitalin. loc. cit. num. 42.* vbi quod hoc procedit etiã ſi eſſet Vicarius ſede vacante.

12 Limitatur hæc concluſio, nè procedat in adminiſtratore eccleſiæ, deputato per Sedem Apoſtolicam, quia hic æquiparatur Prælato, *c. is cui de election. lib. 6. Vitalin. loc. cit. num. 44.*

13 An autem idem ſit in Epiſcopo prædicante, vel coram ſe prædicare faciente ſollemniter, nonnulli inſpiciendi caſus. Primus vbi Prælatus prædicat, vel prædicare facit coram ſe priuatim; nam hęc prærogatiua conceditur prædicationi ſollemni, non autẽ priuatæ, *Card. in d. cle. 2. §. ab aliquo nu. 11.*

15 Secundus eſt caſus vbi Prælatus conſentiret, quod prædicaretur eadem hora, qua prædicat ipſe, vel facit coram ſe ſollemniter prædicare, *d. clem. 2. §. nos autem*, in illis verbis. *Præterquam ſi aliud de Prælatorum voluntate proceſſerit.*

16 Hæc autem voluntas non ſufficit ſi ſit tacita, ſed requiritur expreſſa, vt indicant verba illa *de licentia ſpeciali*, per quam ſic ſcribunt *Paul. de*

Eleaz.

Digitized by Google

Eleaz. & Card. in d. §. ab olim n.14.

17 Tertius est casus, quando versamur in locis, in quibus vigent studia generalia, & ex more haberentur sermones ad clerum, tunc enim in illis diebus possunt concurrere cũ prædicatione Episcopi, sicuti etiam concurrere possunt in concionibus funebribus, quæ habentur in eorum ecclesiijs, & in festis peculiaribus regularium, *d. clem. 2. de sepult. extrauag. 1. §. caueant de priuileg.*

Hi rres vltimi casus nempè de concionibus, quæ habentur in studijs generalibus in funeribus, & in festis sollemnibus regularium non habent locum, quando Prælatus conuocat clerum loci alia de causa, quàm prędicationis, & multò magis, quando ex vrgenti causa conuocat clerum totius Diœcesis, *Vitalin. in d. §. ad honorem. nu. 44.*

SUMMARIVM.

1 *Episcopus an possit prædicare extra suam Diœcesim absque licentia Episcopi loci.*
2 *Episcopi in prædicatione tenent locum Apostolorum.*
3 *Prædicatio non exercetur ex iurisdictione contentiosa.*
4 *Episcopo prædicante extra suam Diœcesim, an alij Prædicatores possint prædicare eadem hora.*
5 *Episcopus vbique est maior cæteris prædicatoribus.*
6 *Episcopus extra suam Diœcesim an sit superior.*

An Episcopus possit prædicare extrà Diœcesim sine licentia Episcopi loci.

CAP. V.

AFfirmatiuam opinionem probat vterque *Card. in cap. scriptum 6. quæst. 3. & ibi Gemin. nu. 2. Felin. in cap. excommunicamus sub nu. 3. vers. & die, quod Episcopi de hæret. Fusc. de visit. lib. 2 cap. 20. nu. 23.*

1 Ducuntur primò, quod Episcopi præsertim in facultate prædicandi, locum tenẽt Apostolorum, *cap. in nouo 21. dist. 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 188. art. 2. in resolut.* Apostoli autẽ facultatem habuerunt prædicandi per totum terrarum orbem. *Ite prædicate Euangelium omni creaturæ, Marci cap. 9. & Matth. cap. vlt.*

2

3 Secundò, quia prædicatio non exercetur ex iurisdictione cõtentiosa, sed est simplicis ministerij charitatis, erga proximũ, *cap. fin. §. fin. de off. deleg.* quæ propterea debet plena li-

Digitized by Google

libertate gaudere, *c. inter corporalia de translatione Prælatorum.*

Hæc concluſio admittitur Epiſcopo loci non contradicente, qui ſinè cauſa contradicere non debet, *Abb. in d.c. excommunicamus col. 3. in fin.* contradicente vero Epiſcopo loci, nequaquam poteſt, quia licèt facultas habitualis prædicandi ſit per totum orbem terrarum, tamen actualis eſt deſtincta per Diæceſes propter vtiliorem gubernationẽ *cap. Epiſcopi, & cap. non inuitatur 9. q. 2.* Ità cenſuerunt *gloſ. in cap. ſcriptum verb. admonendo 71 diſt. & in clem. Archiepiſcopo verb. etiam celebrare de priuileg. Hoſtienſ. in cap. fin. nu. 2. de auctoritate, & vſu pallij, Zabarell. in clem. 2. ſub n. 7. verſ. ab olim, de ſepult.* & ſic in facti contingentia fuiſſe reſolutum per fel. rec. Clementẽ Octauum in perſona Epiſcopi Alifani, de anno 1600. teſtantur *Genuenſ. in prax. Archiepiſcopalis cap. 58. Ricc. deciſ. 179. num. 5. par. 2. Campanil. in diuerſ. rubr. 12. cap. 13. ſub nu. 6. & 7. Gratian. diſceptat. 393. n. 9. & 11. Barboſ. in tract. de Epiſcopo allegat. 76. n. 1. & 2. cum ſequentib.* & ideò ab hac opinione recedendum non eſt, quæ etiam probatur ex *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4.* in illis verbis. *Nullus ſæcularis, vel regularis etiam in eccleſia ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo prędicare præſumat.*

4 Quæritur an Epiſcopo prædicãte extra Diæceſim ſuam, cæteri Prædicatores poſſint concurrere cum eo eadem hora, qua ipſe prædicat?

5 Pro negatiua facit, quod concurſus prohibetur, vt minor maiori deferat *d. extrauag. 1. §. caueant de priuileg.* negari autem non poteſt, quin Epiſcopus ſit vbique maior cæteris Prędicatoribus, quia vbique remanet Epiſcopus.

6 Contrariũ puto verius. Primò, quia hic honor datur Epiſcopo vti Prælato ſuperiori, *d. cle. 2.* in illis verb. *Epiſcopus, ſeu Prælatus ſuperior,* & Epiſcopus autẽ extrà ſuã Diæceſim quãuis ſit Epiſcopus, tamen non eſt ſuperior, *cap. Epiſcopi, & cap. non inuitati 9. queſt. 2.* ergò

Secundò. Hoc idem probatur ex *d. extrauag. 1. §. caueãt de priuileg.* in illis verbis *caueant, ne qua hora, in qua Diœceſani prædicti prędicarent,* Epiſcopus verò extrà ſuam Diæceſim non poteſt dici Diæceſanus.

Non obſtat contrarium, quia remanet ſublatum ex prædictis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Parrochi, & alij curam habētes, tenentur diebus Dominicis, et festis sollemnibus pascere populum prędicatione Verbi Dei Nec possunt impediri, etiam in illa hora, in qua Episcopus prędicat, vel prædicare coram se sollemniter facit num. 2. 4. & 5.*

3 *Ampliatur etiam in Parochijs exemptis, & tenuis.*

Parochi an, & quomodo in Ecclesiis suis prædicare teneantur.

CAP VI.

1 ARchipresbyteri, plebani, & quicunque Parochiales, vel aliàs curam habētes, ecclesias quomodocunque obtineant per se, vel per alios idoneos, si legitimè impediti fuerīt diebus saltim Dominicis, & festis sollemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascere teneantur salutaribus verbis docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam ęternam euadere, & celestem gloriam consequi valeant, ex decreto *sacri Trid. Conc. sess. 5. cap. 2.* quam prædicationem cum facere teneantur ex officio, meritò nō

2 potest impediri etiam si fiat hora, qua Episcopus prædicat, vel prædicare facit sollēniter coram se, vt ex facto respondit *Sacra Congregatio Episcoporum* 20. *Februarij* 1601. rescribens Episcopo Comēsi.

3 Conclusio extenditur primò, vt procedat etiam in Parochis, qui quauis ratione à iurisdictione Episcopi exēptos se prætendant, aut Ecclesiæ quouis modo exēptæ dicerentur, aut alicui Monasterio extrà Diœcesim existēti annexæ, vel vnitæ, dummodò Parochiæ in Diœcesi sint *d. cap. 2. sess. 5.*

Extenditur secūdò, vt procedat etiam si Parochia sit adeò tenuis, vt fructus non suppetant ad ministrandum necessaria Prædicatori, vt *infrà* dicetur, *cap. 16.*

4 Dubitari solet an Parochus prædicta facere volens, possit ab Episcopo impediri? & quidem impediri non posse ex eo maximè patet, quod nemo potest impediri ad exercendum officium, ad quod de iure tenetur, at vigore S. Concilij Parochi tenentur, vt supra prædicare, ergo sequitur,

Digitized by Google

tur, quod regulariter impediri non poſſunt, atque ità in ſpecie ſcribunt *Armend. in addit. ad leg. Nauarrę lib. 4. tit. 30 l. 3. de Prędicat. nu. 20. Barb. in tract. de epiſc. alleg. 76. nu. 9.*

5 In contrariũ vrget *text. in clem. 2. §. in eccleſ. de ſep.* vbi Epiſcopus poteſt mandare, vt in Eccleſiis Parochialibus prædicetur per Regulares etiam inuitis Parochis, & hæc opinio mihi magis arridet, quãuis hoc per Epiſcopum faciẽdum nõ eſſe crediderim, niſi ex iuſta cauſa, veluti ſi Parochus eſſet indiſcretus, aut ex eius prædicatione poſſẽt ſcãdala oriri, argumento *text. in d. clem. 2. §. ſtatuimus de ſepult. & Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2.*

An autem prædicante Parocho poſſint cum eo concurrere alij Prædicatores? dicetur *infrà cap. 12.*

SVMMARIVM.

An delegari poſſit officium prędicationis n. 1. 2. & 3.

Non requiritur conſenſus Capituli in deputando prędicatore etiam ſi adeßet conſuetudo immemorabilis nu. 4. & 5.

An officium prędicationis poſſit delegari.

CAP. VII.

1 NEgatiua opinio aſtrui videtur ex *cap. vlt. §. fin. de off. delegat.* cuius verba ſunt iſta. *Cęterum (ſalua legatorum Sedis Apoſtolicæ auctoritate) nulli, cui commiſſum fuerat prædicare & excommunicare, vel abſoluere aliquos liceat hæc de cætero alijs demandare, quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium potius committitur hac parte,* & hanc opinionem tenet *Bal. in l. 1. §. ne autem col. 1. verſ. ſed numquid C. de cadau. tollend.*

In contrarium eſt auctoritas *Concilij Lateranẽſis* ſub Innocentio III. relata in *cap. inter cætera de off. ord.* vbi admittitur delegatio etiam in propria eccleſia propter occupationes multiplices, vel in valetudines corporales, aut hoſtiles incurſus defectum ſciẽtiæ, ſeu occaſiones alias maximè per amplas Diæceſes, & effuſas. Hoc idem *Concil. Cartagin. 4. cap. 20. Rhemenſ. cap. 14. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4.*

2 Huic etiam ſententiæ fauet antiquus Eccleſiæ mos, ſiquidem anno Domini 391. Valerius Hipponenſis Epiſco-

Digitized by Google

ſcopus cum eſſet Græcus, minuſque latina lingua, & litteris inſtructus prædicationis officium in eccleſia ſua Auguſtino, tunc ſimplici Sacerdoti delegauit, qui mos, qui antea nullum Africanorum Epiſcoporum attigerat, nedũ in tenuis eccleſijs, ſed in Carthag. quæ totius Africanæ Prouinciæ primatũ gerebat Auguſtini exemplo inoleuit, *Baron. d. an. 391. pag. 643.*

3 Non obſtat contrarium, quia procedit in eo, cui officium prædicandi eſt commiſſum iure delegato, cuius officium non ità latè patet, ſicut Ordinarij, vt animaduertit *gl. addit. in d. cap. inter cætera verb. prædicationis Sbroz. in tract. de offic. Vicar. lib. 2. q. 21 in fin.*

Extenditur concluſio primò, vt in tali deputatione faciẽda ſiuè in propria Eccleſia, ſiuè in alia Epiſcopus nõ egeat conſenſu capituli, vt in ſpecie ſcribit *Armendar. in addit. ad recopill. Reg. Nauar. lib. 4. tit. 30 l. 3. tit. de Prædic. nu. 11. 15. & 18.* conſequitur *Barb. in tract. de off. Epiſcopi alleg. 76. num. 7. & 8.*

Extenditur ſecũdò, vt vbi agitur de deputando Prædicatore in Catredali, concluſio procedat nulla habita ratione
5 conſuetudinis in contrarium etiam immemorabilis, quod fiat de conſenſu capituli, vel alterius, ſi vero agatur de deputando Prædicatore in alia Eccleſia, tunc immemorabilis non eſt ſublata.

Quibus autẽ delegari poſſit dicetur *in cap. 9.* Hactenus dictum eſt de Prædicatoribus ordinarijs, dicamus nunc de delegatis.

SVMMARIVM.

Miſsio Apoſtolicorum prędicatorum ad infideles fit tantum anthoritate Apoſtolica num. 1. & 2.

3 *Prædicatores miſsi ad infideles poſſunt veſci cibis, quę illis ab infidelibus apponũtur ſeruata temporum qualitate.*

De Prędicatoribus Apoſtolicis, qui mittuntur ad infideles.

CAP. VIII.

EOrum, qui ius concionandi habent ex Apoſtolico priuilegio, alij mittuntur ad gentes, in partibus infidelium, alij nobiſcum verſantur, tanquam Epiſco-

po-

Digitized by Google

porum, & Parochorum in hoc officio coadiutores.

Miſsio prædicatorũ Apoſtolicorum ad gentes à religione aberrantes, fit tantum
1 auctoritate Sedis Apoſtolicę, *cap. quàm ſit laudabile, de Iudeis* cuius diſpoſitio procedit etiã ſi Epiſcopi ad prædicandum gentibus velint accedere, vt patet ex illis verbis. *Tuis fratrer Epiſcope petitionibus, &c.* Nàm illud idem, quod Apoſtolis omnibus à Domino fuit mandatum, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ, *Matth. cap. vlt. Marci cap. 9.* principaliter fuit iniunctum Petro, cui vni fuit dictum, vt
2 paſceret oues ſuas, & qui omnibus præſtabat prærogatiua dignitatis, *cap. in nouo 21. diſtinct.*

Quapropter & vni Petro vas illud quaſi linteum oſtenditur quatuor initijs à cœlo ſubmiſſum, in quo erant quadrupedia, & ſerpentia terræ & volatilia cæli, vt eo præfiguraretur Petri, & ſucceſſorũ eius munus eſſe ex quatuor mundi partibus homines varia impietate inſipientes cõgregandi, *Actuum cap. 10. & 11.* Hodiè vt miſsio hæc pro eius dignitate procedat, Summus Pontifex Prædicatores ad infideles mittit viros zelo, ſcientia, & diſcretione, examinatos, & probatos à Sacra Congregatione de fide propaganda, cui ipſemet perſonaliter incumbit, aliaque fiũt iuxtà *conſtitutionem fel. record. Gregorij XV. 26. in ordine nouiſsimi Bullarij.*

3 Fas eſt his Prædicatoribus, ſeruata temporum qualitate veſci cibis, quæ ſibi ab infidelibus apponuntur, nõ quidem tanquam rebus Idolo conſecratis; ſed vti à Deo creatis.

SVMMARIVM.

Erroneum eſt aſſerere, licere cuilibet Chriſtiano etiam laico prædicare, etiam ſi eſſet cuiuſcumque meriti, vel ordinis aut ſcientiæ. nu. 1. 2. & 3.

4 *Laicus præſumens prædicare, peccat mortaliter.*

Laicus an poſsit prædicare verbum Dei ex Delegatione Apoſtolica n. 5. 6. 7. & 8.

Laicus an poſsit prædicare verbum Dei de licentia Epiſcopi nu. 9. 10. 11. 12.

13 *Laicus poteſt priuatim docere ad ſolam inſtructionem doctrinæ Chriſtianæ.*

Lai-

Digitized by Google

Laicus an sit capax prędicationis, saltim ex delegatione.

CAP. IX

1 ERror fuit pauperũ Lugdunensium, quem repetere conati sũt Vuiclefistæ, asserentes licere cuilibet Christiano, quamuis laico prædicare Verbum Dei. Hunc errorem primis Ecclesiæ temporibus, *Synodus Trullana. can.* 64. improbauit his verbis. *Non oportet laicum publicè disputare, vel docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vindicantem, sed ordini à Domino tradito cedere, & aurem ijs, qui docendi gratiam acceperunt aperire, & diuina ab eis docere.*

In *Concilio* quoque *Lateranense* sub Innocentio III. omnes, qui præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel catholico Episcopo loci susceptam publicè, vel priuatim officiũ sibi vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodãtur, & nisi resipuerint alijs pœnis plectuntur, vt in *c. excommunicamus* 13. §. *quia verò de sent. excomm.* quod est repetitum in *cap. cum ex iniuncto, & cap. sicut in vno, eod. tit. cap.* 2. §. *inhibemus, eodem tit. lib.* 6.

Denique in *Concil. Constantiensi* hic error fuit plenissimo ore reprobatus *sess.* 8. quã reprobationem confirmauit *Martin. V. const.* 1.

2 Et hæc procedunt, primo cuiuscumque meriti, vel ordinis laicus existat, *d. cap. sicut in vno, vbi glos. in verb. alias*

3 Procedit secundo, etiam si cuiuslibet scientiæ nomine laicus glorietur, *cap. adijcimus* 16. *quæst.* 1.

4 Procedit tertio, vt si prædicare præsumat laicus, peccet mortaliter, quia contrauenit præcepto Ecclesiæ, *Abb. in d. cap. sicut in vno, in fin. de hæret.*

5 Dubium est, An laicus possit prædicare verbum Dei ex delegatione Apostolica? & posse existimant *Soccin. in d. c. cum ex iniuncto nu.* 1. *de hæret. Siluester in verb. Prædicator, nu.* 6. *Suarez de relig. tom.* 4. *lib.* 9. *c.* 1. *nu.* 12.

6 Ratio est, quia prædicatio non est ordinis, sed iurisdictionis, vt dictum est supra, ea autem, quæ sunt iurisdictionis ecclesiasticæ possunt à Summo Pontifice demandari etiam laico, *DD. in c.* 2. *de iud.* & ibi signanter *Dec. n.* 52. *cum alijs per Suarez d. cap.* 1. *nu.* 14. *vers. sequitur* 2.

7 Præterea Sacri Canones non tam improbant prędicationem in laico, quàm præ-

Digitized by Google

ſumptionem prædicandi, vt patet *d.cap. ſicut in vno, & in cap.ex iniuſto, & in cap.excommunicamus,* §. *quia verò,* in illis verbis *officium prædicandi vſurpare præſumpſerint*, quæ verba cum importent actum propria auctoritate, *Decius in d. cap.2.num.153.de iudic.* ſequitur, quod nõ prohibetur prædicare de licentia ſuperioris.

9 Quæritur an idem fieri poſſit de licentia Epiſcopi, & fieri poſſe ſcribit *gloſ. in cap.bona verb.præter Romanum 96.diſt. Butr. in cap.2.num.8.de iud. & ibi Abb.n.14.Dec.nu.148.Rom. conſ.266. ſub num.1. verſ.2. quia*, Contrarium exiſtimat *Suarez d.cap.1. nu.10.*

10 Ego fateor licentiam prædicandi in laicis habere quadam indecentiam, tum quia prædicatio verſatur circa rudimẽta fidei, eiuſque profunda myſteria, de quibus diſſerere proprium eſt Epiſcoporum, & Sacerdotum; tum etiam quia laici, vt plurimum non ſunt ità in ſapientia perfecti, vt poſſit eis publica doctrina committi, *D.Thom.in 4.diſt. 19.q.2. art.2.*

11 Verum quia quandoque etiã per Epiſcopos talis licẽtia conceſſa legitur apud *Niceph. hiſt.lib.5.cap.14.* & laici perſona non eſt de ſui natura omninò incapax, ideo primæ opinioni magis adhæreo.

12 Cæterum quia regulariter laicis dari non ſolet, meritò priuilegium prædicandi, ſiuè ab Epiſcopo, ſiue à Sede Apoſtolica cõceſſum ſimpliciter, debet ſemper interpretari, vt cenſeatur conceſſum vti Clerico, ſaltim in prima tonſura conſtituto, *Suarez loco citato num.14.*

13 Hæc omnia accipienda ſũt de prædicatione, quæ publicè habetur conuocato populo, pro verbo Dei audiendo, nàm ad ſolam inſtructionem, & cathæſim doctrinæ Chriſtianæ, etiam laicos priuatim docere poſſe, ſcribunt *Butr. in d.cap.ex iniuncto in 14. de hæret. & ibi Abb.not.1. Silueſt. in ſum. verb. prædicare, ſub nu.6. in fin. Suarez d.lib.9. cap.1.num.18. in fine.*

SVMMARIVM.

Fœmine quantumuis docte, & ſancte non eſt committendũ munus prædicandi num.1. 2. 3. & 5.

4 *Abbatiſſa poteſt ſermonem habere ſuis monialibus in capitulo, vel alijs actibus intra domeſticos parietes.*

Fœ-

Digitized by Google

Fœmine an possit committi officium prędicationis.

CAP X.

1 IVbet *Apost. 1. ad Corinth. cap. 14.* mulieres in Ecclesijs tacere, & ad *Tim. cap. 2.* eas docere non permittit. quo præcepto docta sancta mater Ecclesia, prędicit ne mulier quãuis docta, & sancta viros in conuentu docere, nempè prædicare præsumat, *cap. mulier 23. dist. cap. mulierem 23. quæst. 5. cap. Noua,* & vtrobique *glos. & Doct. de pœnit. & remiss. extrauag. 1. §. verum* in illis verbis *auctoritatem, seu temeritatem potiùs prędicandi nullo modo sibi vsurpet,* 2 *& in §. cæterum* ibi *præmissis erroribus disputationum, & prædicationum temeritatibus; Soccin. in cap. cum ex iniuncto num. 13. de hæret.*

Idque non quia illud sit 3 intrinsecè malum, sed quia munus prædicandi indecens valdè, & est à sexu muliebri alienũ, ob multas rationes, de quibus per *D. Tho. 2. 2. q. 187. ar. 2. in resol. gl. in d. cap. in noua, verb. prædicare.*

4 Cum autem rationes cessent in sermonibus, qui fiunt intra domesticos parietes Monialium, meritò potest Abatissa sermonem suis Monialibus habere in capitulo alijsq; actibus, *glo. in d. cap. mulierem, Caietan. d. quæst. 187. art. 2. Dom. in d. cap. mulier nu. 2. & ibi Archid. in princip. Soccin. in cap. noua, num. 4. de penit. & remiss. Abb. in cap. ex iniuncto, n. 1. de hæret. Siluest. in verb. prædicatio nu. 5. in fin.*

5 Dubium est, an saltim ex delegatione fœmina prædicare possit, & quod sufficiat delegatio, seu licentia Prælati cẽsuit *glos. in cap. adijcimus 16. q. 1. & in c. benè quidem, verb. præter Romanum 96. dist. Dec. in cap. 2. num. 148. cum plurib. seq. de iud.*

Contrarium tenet *Abb. in d. c. adijcitur n. 14. de iud. Soccin. in c. noua, nu. 4. de pœnit. & remiss. Siluest. in summ. verb. prædicatio sub nu. 6. vers. nota etiã, D. Thom.* quam cæteri communiter probant *d. q. 187. art. 2.* & hæc mihi videtur verissima.

Ducor, quia rationes, ob quas mulier abijcitur à munere prædicãdi respiciunt indecentiam, & quodam modum repugnantia sexus, *Diu. Thom. loc. cit.* quæ quidem indecentia ex Episcopi licentia cum non tollatur, meritò licentia suffragari non debet.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Clerici siue seculares, siue Regulares non possunt prædicare nisi ex priuilegio Apostolico, vel de licentia Episcopi loci nu. 1. & 2.

3 Fratres mendicantes habent hoc priuilegium.

Ad prædicandum requiritur idoneitas, & licentia Ordinarij n. 4. & 5.

Quanta scientia requiratur ad hoc, vt aliquis sit idoneus ad prædicandum nu. 6. & 7.

Ad quem spectat probare hãc idoneitatem ad prædicandum nu. 8. 12. 13. 14. 15. & 16.

Approbatus ad prædicandum ab vno Ordinario, an egeat noua approbatione, vt possit prædicare in alterius Diœcesi. nu. 9. & 10.

11 Prædicatores Societatis Iesu, qui semel sunt approbati ab aliquo Ordinario habent speciale priuilegium.

De Prædicatoribus sæcularibus, & regularibus.

CAP. XI.

1 CVm officium prædicandi sit curæ, *cap. inter cætera de offic. ord. Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.* indè sequitur necessariò, quòd Clerici, siuè sæculares sint, siuè Regulares nequeunt prædicare, nisi ex priuilegio Apostolico, vel facultate Episcoporum catholicorum in proprijs Diœcesibus, *d. cap. inter cætera, cap. cum tuis, & cap. ex iniuncto, & cap. excommunicamus §. fin. de hæret.*

2

3 Priuilegium Apostolicum meruere fratres mendicãtes, vt in *clem. 2. de sepul. Extrauag. 1. de priuil.* quorũ exemplo deinde transijt per communicationem ad reliquos regulares: clericis verò sæcularibus demandari solet ab Episcopis eorum arbitrio *d. cap. inter cætera cum alijs allegatis.*

4 In vtrisque requiritur idoneitas ad prædicandum, & licentia Episcopi Ordinarij, *Conc. Tridentin. d. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4.* ideò de duobus erit agendum. Primò de idoneitate. Secundò de licentia.

Quoad idoneitatem, eam in Concionatore esse necessariam, clamant vbique sacri Canones mox citati, etenim, quomodo populum docere potest, fuggere fuggienda, & sectãda sectari, si ea ipse ignoret, & vitæ exemplo non doceat, *d. clem. 2. de sepult. Extrauag. 1. §. verum de priuil.* licet autem circa idoneitatem Cõ-

5 cionatoris multa dici possint de donis naturæ, scientię, & gratiæ, de quibus latè agunt

D.

Digitized by Google

D. August. lib. 4. de doctr. Christ. per tot. D. Chrisost. lib. 5. de Sacer. in princ. D. Gregor. in pastor. p. 1. & iterum *Dial. lib. 1. cap. 4. & alibi pluriès*, nihilominus omnia, ac ducuntur ad scientiam, & vitę probitatem, ideò de duobus erit agendũ. Primò quanta scientia requiratur ad hoc, vt quis idoneus habeatur ad concionandum. Secũdò ad quem spectet hãc idoneitatem probare.

Quo ad primum, hoc quidem certa lege definiri minimè potest, cum loco, tempori, & personis debeat esse
6 proportionata. Sunt, qui ad illuminandum populos, & hæreticos confutandos mittuntur, hos quidem oportet esse potentes opere, *cap. inter cætera de off. ord.*

Assumuntur alij ad viam perfectionis dirigendam; in his spiritus efficacia desideratur. mittuntur alij ad rudem plebem erudiẽdam, & in his minor doctrina, & perfectio sufficit, in omnibus autem quoad doctrinam attinet necesse est, vt tãta doctrina polleant, vt fidei dogmata, & moralis doctrinæ præcepta absq; periculo erroris tradere possint, *Suarez de relig. tom. 4. lib. 9 cap. 1. nu. 20.*

7 Quo vero ad vitæ probitatem, satis est si cõtrà eius mores nihil opponatur, *Extrauag. vnica §. verum de relig. dom.* in illis verbis. *Nec vlla super his est, aut fuit hactenùs nota suspitio contrà eos*, nàm cum in dubio quilibet præsumatur bonus, *cap. vlt. de præsumpt.* eo ipso, quo non probatur malus dicitur bonus, *l. meritò ff. pro socio.*

8 Ad secundum, idoneitas requisita in concionatore sæculari, est probanda per Episcopum, in cuius Diæcesi cõcionatur, *cap. inter cętera de off. ord. cap. cum ex iniuncto de hære. c. 2. §. caueant, sess. 5.*

Dubitari potest an approbatus ab vno Ordinario, ęgeat noua approbatione, vt possit in alterius Diæcesi prędicare? & existimo, quod si Ordina-
9 rius à quo non fuit approbatus, non contradicit, eo ipso dicitur approbatus, quia approbare de nouo, & non contradicere approbato ęquiparantur, *Bart. in l. ne arbitris in fin. verb. venio C. de arbitr.*

10 Si verò nolit stare approbationi ab alio factæ, potest illũ denuò examinare, quia versamur in concernentibus curã animarum, in quibus semel approbatus potest reprobari, *l. quod semel ff. de decret. ab ord. faciend. l. 2. & l. magistros C. de Professor. & med. Oldrad. consil. 18.*

Quod

Digitized by Google

Quod eò magis procedere videtur in caſu noſtro, quo propter locorum, & perſonarum diuerſitatem, poteſt quis eſſe idoneus pro vno loco, & non pro alio.

11 Limitatur, nè procedat in Prędicatoribus Societatis Ieſu, qui ex ſpeciali priuilegio fel. record. Gregorij XIII. ſemel approbati ab aliquo Ordinario, & à ſuis Superioribus miſsi in oppidis, aut locis in quibus Ordinarij exiſtunt, tenentur habere licentiam, ſicuti cœteri regulares; vbi verò Ordinarij non exiſtunt, & Parochi non repugnant, quádocunque ſiuè mari, ſiuè terra iter faciant poſſunt verbũ Dei prædicare, & quorumcunque Chriſtifidelium confeſsiones audire.

12 Prædicatoribus verò Regularibus idoneitas eſt declaranda per ſuum Superiorem *clem. 2. §. ſtatuimus, de ſepul. Extrauag. 1. §. ſtatuimus, & §. electi igitur de priuil.*

Quæritur an præter approbationem Superioris poſsit regularis examinari etiam ab Epiſcopo? & quidem ſi regularis prædicet in Eccleſia ſui ordinis non poſſe examinari,

13 ex facto reſpondit *Sacra Cõgregatio Epiſcoporum 16. Iulij 1604.* reſcribẽs Archiepiſcopo Theatino. Si verò extrà eã, poſſe cenſuerunt *Enriquez in ſum. Theolog. moral. lib. 10. c. 23. in comment. lit. L. Rodriquez in queſt. Regular. q. 32. ar. 3. tom. 4.* Hanc quoque probat *Zerola in praxi verb. prędicatio num. 9.* qui tamen dum pro hac opinione affert *Conſtitutionem 21. Leonis X.* grauiter errat, quia dicta *Cõſtitutio* expreſsis verbis probat oppoſitum.

Contrarium tenent *Miranda in manual. prel queſt. 50. ar. 2. cõcluſion. prima circa medium, Barboſ. in trac. de Epiſcopo alleg. 76. nu. 23. Campanil. in diuerſ. rubr. 12. cap. 13. num. 9.* & hæc mihi videtur verior.

Primò, quia cum in *dicta Clementina 2. §. in eccleſiis autẽ de ſepul. & in Extrauagan. 1. de priuileg. & in Bulla Leonis X. in conſ. Lat. 21. in ordine nouiſſimi bullarij*, quæ incipit, *Supremę Maieſtatis, & in Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. §. regulares* approbatio adiudicetur ſuperiori religionis nulla facta menſione Prælati, equidem aſſerere, quod vltrà eam requiratur etiam licentia Prælati, eſſet addere quid noui à lege non requiſitum, quod fieri non debet, *l. illum, vbi Iaſ. ff. de collat.*

Secundò quia approbatio
14 idoneitatis includit non ſolũ ſcientiam, ſed etiam vitæ boni-

Digitized by Google

nitatem *cap. inter cętera de off. ord. Clem. 2. §. ac deinde de sepul.* de qua potest esse melius informatus superior Regularis, quàm Prælatus, & hæc fortè fuit causa, quare Sacri Canones approbationem idoneitatis adiudicarunt Superiori, non autem Prælato.

15 Tertiò, quia in Prælato hodie non videtur, quod cadere possit necessitas approbandi, quia cum ipso contradicente, neque sæcularis, neque regularis possit prædicare etiã in ecclesiis sui ordinis *Conc. Trid. sess. 24. cap. 4.* nec teneatur reddere causam contradictionis, vt ex mente *Sacrę Congregationis Concilij scribunt Leon. in thes. for. Ecclesiastici par. 1. cap. 8. num. 9. Campanil. in diuers. rubr. 12. cap. 13. num. 8. Barb. d. alleg. 76. num. 22.* etiam si contradictio sit euidenter iniusta, *Suarez de relig. tom. 4. lib. 9. cap. 1. num. 9.* Sequitur quod vbi persona Prædicatoris vel nota, vel grata non est, sufficit sibi contradicere absque eo, quod notum examẽ desideret.

Remanet ergò constitutũ, Episcopũ de iure nõ posse examinare regularem à suo superiore approbatũ ad prędicãdũ

Limitatur nè procedat vbi ex consuetudine esset receptum, quod regulares examinarentur etiam à Prælato, 16 sicut in Archiepiscopatu Neapolitano seruari scribit *Campanil. loc. cit.* & Beneuenti, vt scribit *Zerola d. verb. prędicatio num. 9.* & hæc quantum ad idoneitatem spectat, sequitur vt de licentia prædicandi dicamus.

SVMMARIVM.

1 *Prędicans sine licentia ostendit indicia ostentationis, & ambitionis.*

2 *Licentia prędicandi humiliter est petenda, nec sufficit eam petere, nisi obtineatur, etiam si asserat se missum à Deo nu. 2 3. & 4.*

3 *Habens curam animarum non tenetur petere licentiam prędicandi.*

Regularis, vt in Ecclesia sui ordinis possit prędicare, sufficit licentia sui Superioris cum benedictione Prælati illius Diecesis nu. 6.

7 *Prælato absente, vel impedito datur licentia prędicandi à suo Vicario Generali, Episcopo mortuo, datur licentia prędicandi à Vicario sede vacante. ibid.*

Episcopo interdicto, datur hęc licentia ab eo, qui eius vices gerit. ibid.

8 *Parrochus vel alij, qui habent curam animarum possunt cõcedere*

Digitized by Google

cedere licentiam prędicandi in eorum Eccleſijs, illis prędicatoribus, qui approbati ſunt ab Ordinario loci.

9 *Et quid dicendum ſi eſſet prędicator inſignis, & parocho notus.*

Licentia prędicandi non eſt omnibus petentibus indifferenter danda, ſed cum alijs circumſtantijs nu. 10.11.12. *&* 13.

14 *Epiſcopo contradicente, nemo poteſt prædicare, ſiue ſit Clericus ſecularis, ſiue Regularis, etiã in Eccleſia ſui ordinis.*

Licentia prædicandi quomodo petẽda, & à quibus dari debeat, & quid, ſi Pręlatus omninò contradicat.

CAP. XII.

1 SVpponendum primò, quod prædicans ſinè licẽtia præbet inditium oſtentationis, & ambitionis, *Vitalin. in clem.* 2. §. *ad honorem nu.* 33. ac poteſt puniri tamquã, qui ſe immiſcuerit in officio ad ſe non pertinente, *Card. in d. clem.* 2. §. *ab olim, nu.* 8. *in fin. Vitalin. loc. cit. nu.* 63.

Eſt ergò petenda humili-
2 ter, *Card. in d. clem.* 2. §. *ſtatutũ num.* 1. antequam prædicare incipiant, *Concil. Trid. ſeſſ.* 5. *cap.* 2.

Nec ſufficit eã petere niſi obtineatur, *d. clem.* 2. §. *in eccleſijs de ſepult.* in illis verbis, *ſeu petita licentia fuerit, & obtenta, cap. quam ſit laudabile, de Iudęis, ibique Doct.* & ſignanter *Abb. nu.* 3. *&* 4. id, quod etiam probat *Trid. Conc. ſeſſ.* 5. *cap.* 2. in illis verbis, *licentiam Epiſcopi habere teneantur*, nam verbũ *teneantur* importat neceſsitatem.

4 Quod procedit etiam, ſi quis aſſerat ſe miſſum à Deo, vt regulariter aſſerere conſueuerant hæretici, niſi inuiſibilem miſsionem aſtruat per operationẽ miraculi, vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale, prout fecerunt Moyſes, & Io. Baptiſta *cap. cum ex iniuncto, de hæret.* & Equitius laicus, de quo ſcribit *D. Greg. Dialog. lib.* 1. *cap.* 5. *latè Baron. tom.* 6. *anno* 504. *pag.* 559.

5 Ab hac petendi neceſsitate excipiũtur habẽtes curã animarũ, qui prędicare poſsũt abſque alia approbatione, & licentia, quia eo ipſo quo sũt prouiſi de Parochialibus, tenentur ad prædicationem ex officio, *cap. inter cætera de off. ord. Conc. Trid. d. ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 4. & conſequenter cẽſentur approbati ad omnia, quæ pertinent ad exercitium curæ animarum, *argum. l.* 2. *ff. de iuriſd. omn.* Hæc licen

tia

Digitized by Google

tia quantum ad Clericos sæculares attinet dubio procul pertinet ad Prælatum illius Diœcesis, in qua est prædicaturus, *d. cap. inter cætera de off. ord. cap. sicut tuis, & cap. cum ex iniuncto*, §. *excommunicamus, de hæret.*

6 Quo verò ad Regulares, si quidem prædicet in Ecclesia sui ordinis, sufficit licentia sui Superioris cum benedictione Prælati illius Diœcesis, quã tamen benedictionem accipere tenentur non solum in Aduentu, & Quadragesima, sed etiam quocũque alio anni tempore, vt ex facto respõdit *Sacra Congregatio Episcoporum die* 15. *Septembris* 1603. rescribens Episcopo Brittorienſi, si verò prædicet extrà Ecclesiam sui ordinis requiritur licentia Superioris, & Prælati *d. sess. 5. cap. 2.* §. *regulares verò*. Dixi de Prælato illius Diœcesis, quia extra Diœcesim, neque Archiepiscopus potest concedere licentiam prædicãdi in Diœcesi sui suffraganei, *Vitalin. d.* §. *ad honorem. nu.* 60.

7 Potest autem dari, dum est in Diœcesi, & extrà, quia est actus voluntariæ iurisdictionis, *Card. in d. clem.* 2. §. *Statuimus, nu.* 8. *de sepult.* Ac absente Prælato, vel impedito, põt dari ab eius Vicario, *Card. loc. cit. n.* 9. subdẽs quod Episcopo mortuo datur à Vicario sede vacante, ac Episcopo interdicto, datur ab eo, qui eius vices gerit, *idem Card. nu.* 10.

8 Parochus, & alij habentes curam animarũ possunt concedere licentiam prædicandi approbatis tantum ab Ordinario loci, *Innoc. in cap. excommunicamus nu.* 2. *de hæret. & ibi Abb. num.* 12. *vers. sed an isti inferiores Vitalin. in d.* §. *ad honorem nu.* 54. *&* 56.

9 Nisi fortè esset Prędicator insignis, & sibi notus, quo casu Parochus permittere potest, vt semel, vel bis prædicet in eius Ecclesia, *Innoc. in d. c. excommnnicamus, sub n.* 2. *ibiq; Host. de hæret. Card. in d. clem.* 2. §. *ab olim sub nu.* 7. *Archid. in c. adijcimus* 16. *q.* 1.

10 Licentia autem nõ est omnibus petentibus indifferenter danda, cum multæ sint causæ, quibus iustè denegãda venit. Quarum prima est, si eam petat Regularis extra claustra, & obedientiam suæ religionis viuens, etiam prætextu apostolici priuilegij, nisi apostolica sede primum consulta, eo quod talia priuilegia præsumuntur subreptitia *ead. sess.* 9. *cap.* 2. §. *caueant.*

11 Cæterum, quando licentia conceditur, est gratis concedenda, *Concil. Trid. cap.* 2. §. *Regulares in fin.*

12 Secunda est causa, si petatur

Digitized by Google

tur ab eo, cui cura animarum incumbit, non enim eſt præſumendum, quod bono zelo prædicare poſſit, qui dimiſſis ouibus proprijs, alienis prędicare procurat, vt probat *Alphonſ. de Caſtr. in tract. aduerſus hereſes lib. 12. verb. prædicatio pag. mihi 817. in fin. & 818.*

13 Tertia eſt cauſa, quando periculum eſſet, nè verbum Dei contemneretur, vel propter auditorum malitiam, vel propter qualitatem Prędicatoris, veluti quia eſſet publicus peccator, *Alphonſ. de Caſtr. loc. cit.*

Iuuenilis ætas poteſt quandoque eſſe cauſa cõtemptus, atque ideo, ſi quis licentiam petat prædicandi antè trigeſimum annum, iuſtè poteſt ſibi denegari, nàm Chriſtus, qui etiam puer ſummæ erat ſapientiæ, nihilominus prædicationem non ante trigeſimum annum incæpit, *Lucę c. 3.* quod pluribus probat idẽ de *Caſtro loc. cit.*

Sũt & aliæ cauſæ, quæ colligi poſſunt ex dicendis infrà. Epiſcopo autem contradicẽte nemo, ſiue ſecularis, ſiue

14 Regularis clericus ſit, etiam in eccleſia ſui ordinis prædicare poteſt, *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4.* cuius contradictionis cauſam exprimere non tenetur, vt ex mente ſacrę Cõgregationis ſcribunt *Leon. in theſaur. fori Eccleſiaſtici par. 1. c. 8. nu. 9. Campanil. in diuerſ. rubr. 12. cap. 13. num. 8. Barb. in tract. de Epiſcopo alleg. 76. n. 22.* etiã ſi contradictio eſſet euidenter iniuſta, *Suarez de relig. tom. 4. lib. 9. cap. 1. num. 9.*

SVMMARIVM.

Quæ ſint tempora deſtinata ad prædicationem habendam n. 1. & 3.

Quæ ſint tempora, quæ aduerſantur prædicationi Verbi Dei n. 2. & 4.

De tempore, quo debet haberi Prædicatio.

CAP. XIII.

1 SVnt aliqua tempora ad prædicationem habẽdam diſtinata, alia verò, quæ prædicationi aduerſantur? tempora deſtinata ad prædicandum, ſunt Aduentus, & Quadrageſima, ſingulis, vel ſaltim tribus in Hebdomada diebus, reliquis verò temporibus, omnibus Dominicis, & ſollemnibus feſtis ex diſpoſitione *Sacri Trid. Concilij ſeſſ. 24. cap. 2. de reformat.*

2 Tempora quæ prædicationi verbi Dei dicuntur aduerſari, ſunt duo. Primum eſt tẽpus noctis, odit enim Deus opera tenebrarum vſque ad

eo

Digitized by Google

eò vt missurus Apostolos ad prædicandum eis præceperit apertè dicens: *Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine; & quod aure auditis prædicate super tecta, cap. cum ex iniuncto de hæret.* cui suffragatur, quod iuxta testimonium veritatis, qui male agit odit lucem, *cap. consuluit de off. delegati, cap. pernicioſum* 18. *q.* 2. quodque noctis tempus ad vitia sub specie pietatis introducenda, & ad conuenticulas struēdas iudicatur aptissimum; *d. cap. cōſulait, l. conuenticulum, C. de epiſcopis, & cler. l. denunciamus C. de ijs, qui ad eccleſ. confug.*

3 Tempus ergò congruum prædicandi erit in quacunque hora diei, in qua ante tenebras noctis concio possit expleri *d. c. conſuluit* §. *nos tamen*, siuè loquamur de prædicatione Prælati, siuè inferiorū, nàm in vtrisque eadem militat ratio, & consequenter eadem dispositio *l. illud ff. ad l. Aquil.*

5 Secūdū tempus q̄ aduersatur prædicationi inferiorū, estque hora illa, in qua Prælatus prędicare, vel coram se prædicari voluerit, & tunc enim in signum superioritatis, & reuerentiæ, quæ debetur Prælato prædicare prohibētur, vt supra dictum est *c.* 4. vbi lectorem remitto.

SVMMARIVM.

Prædicatio an habenda ſit tantū in Eccleſijs. num. 1. 2. 3. 8. & 9.

Prædicatio ſiue concio haberi poſſit vbique locorum, etiam in plateis, nu. 4. 5. & 6.

7 *Prædicatio in plateis quid afferat emolumenti.*

In quibus locis prædicare liceat.

CAP. XIV.

1 VIsū non nullis est, prædicationem habendam non esse, nisi in Ecclesijs. Primò quia prædicario res est sacra, adēo vt ab *Augustino*, quodammodo cū Eucharistia conferatur *c. interrogo* 1. *q.* 1. ergò sicuti Eucharistia extra Ecclesiam indecenter administraretur, ità & prædicatio, quia æquiparatorum idem est iudicium, *l.* 1. *ff. de leg.* 1.

2 Secundò quia sacra templa dedicantur, vt in eis sacra misteria peragantur, vt pluribus probat, *Suarez de relig. to.* 3. *diſput.* 81. *ſect.* At nemo negat prædicationem esse actionem sacram, ergò.

3 Tertiò, quia extrà Ecclesiam neque attentè, neque deuotè verbum Dei audiri

poteſt, ergò extrà eam conciones haberi non poſſunt.

4 Quibus non obſtantibus, conciones haberi poſſe vbiq; locorum, & in plateis publicis expreſſum habemus in *clem.2. §.nos autem de ſepult.* in illis verbis *ſtatuimus, & ordinamus, vt dictorum ordinum fratres in eccleſijs, & locis eorũ, ac in plateis communibus, liberè valeant clero, & populo prædicare*, idemque ſtatuitur *in extrauag. 1. de priuil.* in illis verb. *In eccleſijs, ac locis ipſorum, ac in plateis communibus, ſeu publicis:* Idemque concedere ſolent paſsim Sum.Pont. & ſignãter Io.XXII. & Sixtus IV. fratribus Carmelitis, vt referunt *Card. in d.clement. 2. quæſt. Io. Andr. in cap. conſtitutiones de regular. lib. 6.* id, quod etiam affirmat *Sorb. in compend. priuileg. Mendicant. verb. Prædicatores, §. 8. & 10.* Et Paul.III. Religioſis Societatis Ieſu, de quibus latè *Suarez de relig.to. 4. lib. 9. cap. 1. nu. 23. cum ſeq.*

5 Hoc etiam confirmari poteſt exemplo Chriſti Domini Noſtri, qui in lictore, in naui, in Monte, & vbique prout occaſio ferebat docebat Turbas, vnde *Luc. cap. 13.* dicitur in die iudicij impios dicturos, *In plateis noſtris docuiſti.* Apoſtoli etiam idem fecerunt, vt conſtat ex *Actis cap. 5* nec ſine cõſilio Chriſti, nam *Luc. cap. 14.* dixit Dominus ſeruo *exi cito in plateas, & vicos Ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc, &c.* & *Matt. cap. 10. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate ſuper tecta*, ideſt in quolibet loco apto ad publicè prædicandum.

Idem quoque legimus de Io. Baptiſta *Matth. cap. 3. & Luc. 1.* & ante illum alij Prophetæ *Amos cap. 5. & odio habuerunt corripientem in via*, ex
6 quo colligitur antiquam eſſe Sanctorum conſuetudinem, & à Prophetarum vſque repetitam temporibus concionandi in plateis, & vbi hominum multitudo cogi, & audire poterat.

His conſonat *Eſdræ lib. 2. cap. 8.* vbi dicitur congregatum fuiſſe populum ad plateam, & ibi ex eminenti loco Eſdram legem Domini legiſſe, & denique concinit. *Prouerb. cap. 1. Sapientia foris prædicat, In plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat.*

7 Prædicatio in plateis hoc affert emolumenti, quia variæ ſunt hominum conditiones, & magna eorum pars ad audiendum verbum Dei in Eccleſia nõ conuenit; multi,

quia

Digitized by Google

quia commodè non possunt: alij, quia propter prauam cõsuetudinem nolunt: est ergò vtile, vt in plateis, in quibus, vel alijs negotijs occupati, vel forsan otiosè degunt, habeantur conciones, quibus interpellati, vel inuiti cogantur audire, iuxtà illud *Pauli 2. ad Timot. cap. 4. Predica verbum, insta opportunè, importunè*, quæ verba *Theophilat.* sic exponit, *Non sit tibi statutum tempus, sed importunè etiam, hoc est, cum in periculis fueris, & extra Ecclesiam loquere; & predica, & opportunè, hoc est, cum extrà trepidationem fueris in Ecclesia. Et Diu. Thom. ibid. predicator* (ait) *oportunus est volentibus, importunus nolentibus.*

8 In cõtrarium allata non obstant, & quoad primum, prædicatio non est propriè ministratio sacra, quia nec est annexa ordini sacro, vt suprà dictum, & ordinatur solum ad moralem, & spiritualem fidelium vtilitatem; ideoque ex ratione sua non postulat de necessitate locum sacrum in quo fiat, sed satis est, si locus sit oportunus ad audiendum.

9 Secundum argumentum facilè tollitur, siquidem templa quamuis consequutiuè deseruiant prædicationi, nihilominus principaliter sunt instituta propter sacrificium in eis offerendum, & Sacramenta ministranda, Refert *Nicephor. lib. 12. cap. 34.* alicubi fuisse obseruatum, vt pro cõcionibus faciendis essent loca à templis diuersa, & *Abulen. ad Timot. cap. 4.* aduertit cum tẽpore legis veteris sacrificia in vno tantum Hierosolymitano templo offerri possent, *Leuitici 17. Deuteron. 21.* in alijs Ciuitatibus, vel oppidis fuisse synagogas ad orationem, & concionem deputatas.

SVMMARIVM.

1 *Predicator discretionem, & prudentiam debet habere.*
2 *Predicator debet predicare euangelicam veritatem iuxtà interpretationem Sãctorum Doctorum.*
3 *Nec debet detrahere Prælatis, vel retrahere populum à frequentia Ecclesiarum.*
4 *Nec animos auditorũ offendere.*
5 *Nec indulgentias indiscretas publicare.*
6 *Nec præsumat predicare tempus præfixum futurorum malorum.*
7 *F. Hieronymus Sauanarola & duo eius socij laqueo suspẽsi sũt & igne cremati ob falsam prædicationẽ cõtra fidẽ Catholicã.*
8 *Quidam laicus Consentinus ad triremes damnatus ob fueu-*

rorum

Digitized by Google

rorum malorum orbi impendentium prædictionem in Ciuitate Neapolitana.

De præstandis, seu cauendis in prædicatione.

CAP. XV.

SAnè concionatores in nullo rudem plebem maiori damno, scandaloque afficiunt, quàm cum vel tacenda prædicant, vel falsa, & inutilia docendo eam in errorem inducunt. oportet ergò primum Prædicatorem prudentia, & discretione vti, *Clem. 2. §. ac deinde de sepult.* Sepè namque verborum effectus amittitur cum loquacitate importuna; vel incauta audientium corda leuigantur. *Diuus Gregorius.* huius muneris peritissimus, Prædicatores hortatur, vt dicturi ad populum prudenter, cautique accedant, nè dicendi impetu rapti, verborum erroribus, quasi iaculis audientium corda confingant.

2 Secundo curare debet Prædicator, vt euangelicam veritatem, & sanctam scripturam iuxtà interpretationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diutinus approbauit, illisque semper astitat, ex *constitutione Leonis X. 2. 1. §. Secundum ordinem nouissimi Bullarij.*

3 Tertiò Cauere debet nè ecclesiarum Prælatis detrahat, aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum fræquẽtia, vel accessu, *Clem. 1. §. quibus etiam de priuileg.*

Anaclet. epis. 3. relatus in cap. Deteriores 6. q. 1. Detractores his verbis insectatur. *Deteriores sunt, qui Doctorum vitam, moresque corrumpunt ijs, qui substantiam aliorum prædiaque diripiunt. Ipsi enim extra nos licèt nostra sint auferunt, nostri autem Detractares, & morum corruptores nostrorum, siuè qui aduersus nos armantur, propriè nos ipsos diripiunt, D. Hieronym. ad Rusticum Monachum epist. 4.* in hæc verba loquitur. *Non est humilitatis meæ, neque mensuræ iudicare de clericis, & ministris ecclesiarum sinistrum quidpiam.*

Ad rem quidem *Cicer. in Salust. circà finem. sæpè vidi grauiùs offendere animos auditorum eos, qui alicuius vitia aperte dixerant, quàm eos, qui commiserunt.*

4 Quartò, Maximè cauere debet Prædicator, nè indulgentias indiscretas publicet. *dictem. 1. §. quibus etiam de priuil.* Indiscretæ indulgentiæ, quando publicantur, antequàm de illarum veritate liqueat,

5 per

per litteras apostolicas, aut Episcopi approbationē, *clem. 2. §. 1. de priuil. cap. cum ex eo de excess. Prælat. lib. 6.*

6 Quintò, Tempus præfixū futurorum malorum, vel Antechristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare nullatenus præsumat, *ex ead. Leon. X. const. 21. §. 5.* Anno 1498. Alexandro Sexto Summo Pontifice, Frater Hieronymus Sauonarola Ferrariensis, Ordinis Prædicatorū, populum Florentinum similibus prædicationibus penè dementauerat: exitus hic fuit, quod cum ex eius concionibus in dies inter religiosos discordiæ nascerentur, fidesque catholica in discrimen poneretur, re ad Pontificem relata, & ab Episcopo Romolino, & Magistro generali Ordinis Prædicatorum cōmissa, reus ex eius confessione repertus, traditus fuit Curiæ sæculari, simul cum duobus eius socijs, qui propterea laqueo suspēsi, igne sunt publicè cremati, *Guicciard. lib. 3. in fine.*

8 Anno 1639. Pet. Ant. Sassonus Laicus ob similes iudicij, & futurorum malorū orbi impendentium in Ciuitate Neapolitana à me vti Sancti Officij Ministro generali deprehensus, post publicam errorum abiurationem ab eo factam, fuit ad triremes damnatus.

SVMMARIVM.

Prædicatores ordinarij, ad quos incubit onus prædicādi, debent sumptibus proprijs hoc facere, sed si alteri munus prædicandi demandant, debent illi subministrare necessaria. nu. 1. 2. 3 4. & 8.

Necessaria subministranda prædicatori possunt in pactum deduci sine simoniæ suspictione nu. 5. & 6.

7 *Prædicator potest recipere necessaria etiam ab excommunicatis, & alienarum rerum detentoribus.*

9 *Prædicatores missi ad partes infidelium possunt ab illis recipere oblata necessaria.*

10 *Vigente consuetudine, quod onus ministrandi necessaria prædicatori incubat alteri, quam illi qui tenetur mittere prædicatorem, ita obseruandum est.*

Quæ veniant appellatione necessariorum in hac materia nu. 11. & 12.

Præ-

Digitized by Google

Prędicatori quomodo, & à quo ſunt neceſſaria miniſtranda.

CAP. XVI.

1 PRædicatores ordinarij cuiuſmodi ſunt Epiſcopi, & alij curam animarum habentes, ex quo tenentur prædicare per ſeipſos, ſequitur, quod ſi prædicent, tenẽtur hoc facere proprijs ſumptibus.

2 Si verò prædicandi munus demandent alteri, debent illi neceſſaria ſubminiſtrare, *cap. inter cętera de officio iud. ord. Cõcil. Trident. ſeß. 5. cap. 2. & ſeſſ. 24. cap. 4.* & ſcribit in propoſito *Abb. in cap. cum ex officij nu. 7. de preſcript.* Quod procedit quantumuis Epiſcopi, vel Rectores pauperes exiſtant, *Ripa reſponſ. 26. num. 44. Surd. conſ. 254. à nu. 6. vſque ad 10. lib. 2.* quidquid in contrarium ſcripſerit *Leon. in teſaur. for. eccleſiaſtici par. 1. cap. 8. num. 6. verſ. ſi verò nullum.* Ratio eſt, quia cum officium prædicandi ſit officium curæ, *d. cap. inter cętera*, eo ipſo quo adipiſcitur curam, remanet obligatus ad prædicandum, nulla facta diſtinctione, an ſit dives, vel pauper, *clem. 2. de ſepult.* non ſecus ac tenetur ad recitandum officium, & ſacramenta miniſtranda, cum prædicta paria iudicentur, *cap fin. §. fin. de off. iud. delegati, cap. inter cætera, de off. iud. ord.* ibiq; hoc tradit *gl. in verb. neceſsaria, Butr. nu. 10. & 11. cap. ſi Epiſcopus eod. lib. 6. cap. Apoſtolicis 16. q. 1. Diu. Thom. in 4. ſentent. diſt. 25. Specul. in tit. qui ſint legit. §. fin. num. 25. Abb. in cap. cum ex officij nu. 7. de preſc. Ripa reſponſ. 26. num. 44. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. & ſi impubes nu. 29. ff. de liberis agnoſcend. Surd. de aliment. tit. 1. q. 59. num. 1. & iterum conſ. 254.*

3 Nec enim incongruit, vt qui ſpiritualia ſeminat, metat carnalia, *1. ad Corinth. cap. 9. cap. cũ ex officij, §. qui ſpiritualia, de præſcript. Dignuſque eſt mercenarius mercede ſua, Matth. c. 10.*

4 Qua ratione, concluſio hęc procedit. Primò ſiue prædicator ſit pauper, ſiue Dives, vt in ſpecie ſcribit *Marcell. Vulpe in praxi cap. 14. num. 8. & 9.*

5 Procedit ſecundò, vt neceſſaria ſubminiſtranda Prædicatori, poſsint in pactum deduci, quia non paciſcitur, neque venditur verbum Dei, ſed diſponitur modus, quo prędicator ſubſtentari valeat, nè ab incepto deſiſterę cogatur, *d. cap. inter cętera*, quod fieri quidem poteſt abſq; ſuſpi-

6 tione ſimoniæ, quia quod da-

tur

Digitized by Google

tur ad hunc effectum est charitatis, & quod accipitur est necessitatis *D.Tho.2.2.q.100 art.2. in respons. ad secundum, Sotus de iust. & iur.lib.9.q.2.in resp. ad primum vers. de prædicationibus autem, Azor. moral. inst.tom.3.lib.12.cap.17. q.4.* Hac etiam ratione Prædicator recipere pōt necessaria ab
7 excommunicatis, & alienarū rerū detentoribus, nā dū prædicat, eorum causam agere dicitur, *cap.cum voluntate, §. Prædicatores de sent. excom.*

8 Prædicatoribus, qui mittuntur ad partes infidelium, necessaria subministrātur per Sedem Apostolicam, quæ sola ibi Prædicatores mittere potest, *cap. quam sit laudabile de Iudæis.*

9 Permittitur istis Prædicatoribus necessaria ab infidelibus oblata accipere, *d.cap. quam sit laudabile*, quod accipi debet non tāquam idolo cōsecrata, sed vti à Deo creata, vt scripsi *in tract.de iur. person. extra eccleſiæ grem. exist. lib. 2. cap.*

10 Ab hac conclusione, quod onus subministrandi necessaria incumbat ijs, qui Prædicatorē mittere tenentur excipitur vbi cōsuetudo vigeret, vt onus ministrandi necessaria Prædicatori incumberet alteri, nàm talis consuetudo probatur de iure, *Rip.d.respōs. 26.nu.44.* amplè *Surd. d.cons. 254.à nu.3. cum plurib. seq.lib. 2.* estque specialiter approbata *in Conc.sess.24.cap.4.* in illis verbis, *Impensis eorum, qui eam præstare tenentur, vel solent.*

11 Cæterum appellatione necessariorum in hac materia venit victus, & vestitus, *gl. in cap. Episcopus 10. q. 2. & in cap. Apostolicis 16. q. 1.* & quia prædicationes haberi nequeunt sine libris, & in illis componendis requiritur labor infra annum, præter tempora ad prædicandum deputata, meritò necessariorum appellatione veniunt etiam sumptus pro aliquibus libris, *Sot. d.q.in resp.ad primum.* Item ve
12 niunt etiam expensæ pro accessu, & recessu, *cap. statutum, §. proferendo in fine de rescript. Bar.in l.penult. C.de iur.fis. lib. 10.Ias.in l.sinon sortem, §.liber tus, nu.29. ff.de condit.indebiti.*

Digitized by Google

LVCVBRATIONVM ECCLESIASTICARVM.

LIBER SEXTVS.

De Feriis Festisque diebus.

SVMMARIVM.

1 *Debemus in Dei cultu vacare. Dies vacationum, Prisci ferias appellarunt, & quare nu.* 2, *&* 3.
4 *Nomen feriarum Ecclesia ab antiquioribus vsurpauit.*
5 *Apud Romanos tria genera feriarum fuerunt.*
6 *Festa in honorem Dei vel sunt stabilia vel mobilia.*
Quæ sint festa stabilia, ibidem.
7 *Quæ sint festa mobilia.*
8 *Festa vel sunt in honorem Dei immediatè, vel mediatè.*

Feriæ in honorem Dei sunt institutæ.

CAP. I.

1 SI pro benignitate Deo grates agerentur, (inquit *C. Cassius apud Tacit. Annal. lib.* 13.) nec integer quidem annus sufficeret; oportuit ergo diuidi sacros, & negotiosos dies, quib. diuina colerentur, & humana non impedirent, *cap. fin. extra de feriis.* Docemur natura Duce, tempore aliquo alijs seposi-sitis curis, in Dei cultu vacare, non secus ac naturali ductu certum tempus statuimus, quo somno, cibo alijsq. corpori necessarijs indulgeamus, *D. Th.* 2. 2 *quæst.* 122. *art.* 4. Pertinere hoc ad Dei misericordiam arbitratus est *Plato de republica lib.* 2. cuius verba sunt ista. *Deus genus hominum laboribus natura præsum, miseratum, haud abre, in laborũ remissionem, solemnia illis sacra, festaque in ipsorum Deorum honorem instituit.* concinit *Democrates apud Stobæum sermone de auaritia*, dum ait, *vitam sine festiuitatibus longam esse viã sine diuersorio.*

2 Hos vacationum dies prisci ferias appellarunt, vel a victimis quę in Deorum honorem feriebantur, vel ab æpulis, quas in festiuitatibus celebrandis ex porcorum, frugumque prouentibus ferebant, vt *Festus, & Varro* putãt.

3 Ma-

Digitized by Google

3 Maiores nostri sanctiores, viderentur more iudaico feriari, sabbati festiuitatem in Dominicam, ob insignia mysteria, & vt primus hebdomadæ dies Deo dicaretur transtulere, reliquos vero dies, non à Dijs gentium, sed ferię nomine nuncupandos; ita vt diuino cultui dicatos, festa, reliquos feriæ appellarentur: vt hoc significarent, quod & si aliqui sint ad diuinum cultum præscripti dies, in alijs etiam sit diuinũ numen venerandum; Sabbatum in sua significatione relictum puto, quia ipsum sabbati verbum festum significat, *Leuitici cap.* 23.

4 Est in Ecclesia nomenclatura hæc feriarum ab antiquioribus scriptoribus ante Siluestrum Papam vsurpata, vt pluribus probat *Baron. tom.* 1. *anno* 58. *pagina mihi* 524.

5 Feriarum apud Romanos tria fuerunt genera: aliquæ enim celebrabãtur in Deorũ honorem, aliæ in honorem hominum, aliæ vero ad publicam vtilitatem. *l.* 1. *&* 2. *ff. de ferijs, Macrob. Saturnal. lib.* 1. *cap.* 16. has etiam ab Hebræis cultas esse constat ex Calendario, quod mira diligentia composuit *Carol. sigon. de republica hebræorum lib.* 3. *à cap.* 7. *vsque ad finem libri.* Ad nos quoque veluti ab vtroq. populo transmissas transfiere.

De tribus ergo festorum generibus agendum, videlicet primò de festis in honorem Dei, eiusque Sanctorum indictis. Secundò de festis in honorem hominum. Tertiò de festis ad publicam hominum vtilitatem.

6 Festa omnia in honorem Dei vel stabilia sunt, vel mobilia; stabilia sunt, quæ certis, & constitutis diebus, ac mensibus adnotantur in calendario, de quo *in cap. fin. extra de ferijs, & in l.* 1. 2. *&* 3. *C. eod. tit.* hæc prisci Romani ferias statiuas nuncupabant, de quibus *Macrob. lib.* 1. *Saturnal. cap.* 17. *Alex. ab Alex. genial. lib.* 4. *cap.* 20.

7 Mobilia sunt, quæ licet quolibet anno redeant, dies tamen incerti sunt, has Romani conceptiuas appellabant, *Macrob. loco cit.* Religionis causa, solas sacerdos has ferias indicebat, *Varro de lingua latina lib.* 5. id quod apud nos etiam seruatur, proclamante Parocho singulis Dominicis, dies in Dei cultum feriandas, *cap.* 1. *de consecrat. dist.* 3.

8 Rursum festa omnia, vel sunt instituta in honorem Dei immediatè, vel in honorem Dei mediatè; immediatè sunt instituta, quæ sunt in

Digitized by Google

dicta in honorem Dei creatoris, vel redemptoris. Mediatè, quæ in honorem Sanctorum, de quibus erit agendum, postquam dixerimus quo iure festa in honorem Dei sint instituta:

SUMMARIVM:

1 *Præcepta Decalogi sunt naturalia, & immutabilia, et quare. Præceptum de Sabbato sanctificando, est partim morale, & partim ceremoniale, seù positiuum. n. 2. 4. & 5.*

3 *Romani dies festos habuerunt.*

6 *De iure diuino debemus impendere aliquas horas in ijs, quæ pertinent ad Dei cultum.*

7 *Quod vacandum est in die Dominica, vel alio feriato, est constitutum ab Ecclesia, & est mutabile.*

8 *Ecclesia non potest dispensare ut nullum sit omnino tempus, quo Deo vacare non debeamus.*

9 *Ecclesia potest dispensare tam circa temporis determinationem, quam circa quantitatem.*

10 *Quod cessare debeamus ab hoc, vel ab alio opere, est de iure Ecclesiastico.*

Feriæ in honorem Dei, quo iure sint institutæ.

CAP. II.

1 QVamuis Decalogi præcepta, regulariter sint naturalia, & consequenter immutabilia, atque ideo etiam post Christi mortem obligent, non quia Moises ita iusserit, sed quia conueniunt naturæ, cuius vi ad illa seruanda cópellimur, *D. Th. 2. 2. q. 122. art. 4.* quem ibi reliqui communiter probant; Nihilominus 2 præceptum de sabbato sanctificando, est partim morale, partim ceremoniale; seù positiuum. Morale, quatenus præcipit aliquod tempus esse feriandum, quo alijs sepositis curis Deo vacare possimus, ad hoc enim natura ducimur, non secus ac eadem natura docemur ad certum tempus statuendum, quo somno, cibo, alijsque necessarijs indulgeamus: cuius rei argumentum est, quod apud omnes nationes cernimus statas quasdam ferias fuisse, quæ sacris rebus, ac diuinis obeundis erant consecratæ. *D. Th. loco citato.*

3 Romani, dies festos habuerunt quos fastos dicebãt:

in

Digitized by Google

in quibus sacrificia, ludos, epulas, festaque solemnes celebrare, ac inter vota, & sacra, fausta que omnia vetsari, verbisque prophanis abstinere solebant, *Macrob. Saturnal. lib. 1. c. 16. Alex. ab Alex. genial. lib. 4. cap. 20.*

4 Ceremoniale est, seù positiuum, quatenus præcipit die Sabbati debere in Dei cultu vacare, quodque Sabbatum viginti quatuor horarum spatio terminetur: non enim a natura docti sumus, vt illo die potius, quam alio, externum Deo cultum tribuamus, *cap. 2. Vbi Doctores de ferijs D. Th. loco cit. & iterum 1. 2. q. 109. art. 3. in respons. ad secundum Alex. de Ales. par. 3. quæst. 32. membr. 2. Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 1. cum alijs mox allegandis.*

5 Cæterum cum cæremoniæ veluti vmbræ futurorum remanserint per Christi mortem extinctæ, *D. Th. 1. 2. q. 103. a. 3. & 4.* remansit et extincta pars illa ceremonialis, quæ erat in hoc præcepto, quod propterea remansit in Ecclesia quo ad partem illam tantum, quæ est moralis, *D. Th. d. q. 122. art. 4. in responsione ad primum Alex. de Ales. loco cit. Sot. de iust. & iure lib. 2. q. 4. vers. circa tertiam concluſ. Hau. in Manuel. cap. 15. & iterum in cap. inter num. 50. 21. q. 3. Couar. var. resolut. lib. 4. cap. 2. num. 6.*

6 His ita pmissis dum quærimus quo iure sint instituræ ab Ecclesia ferię in honorem Dei? duabus conclusionibus explicari potest. Prima, de iure diuino, & naturali est, vt aliquas horas in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, impendamus, ita omnes citati DD. fatentur.

7 Secunda conclusio. Quod vacandum sit in Dominica die, vel alio feriato, hoc est constitutum ab Ecclesia, estque mutabile? hanc conclusionem præter Doctores allegatos probat *text. in cap. 2. & 3. de ferijs Agadid. in cap. ieiunia de consecrat. dist. 3. Turrecra. in cap. 1. eadem causa & q. D. Bonau. in 3. dist. 37. ibiq. Maior q. 19. D. Anton. par. 2. tit. 9. cap. 7. Azor. Moral. inst. tom. 2. lib. 2. cap. 2. Suarez d. cap. 1. num. 9. et 10. Bart. in l. 2. §. fin, n. 8. ff. si quis in ius vocat. non ierit Costain memoral. verb. aspices vers. item Iuramentum Carpan. ad statuta Mediolani lib. 1. cap. 106. num. 1.*

8 Ex his duabus conclusionibus deducitur primò, Ecclesiam non posse neque per statutum; neque per conniuẽtiam dispensare, vt nullum sit omnino tempus, quo Deo va-

Digitized by Google

vacare non debeamus; hoc enim esset cultum naturalis religionis excludere, *Sot. d.q.4.uers.circa tertiam conclus. Fagundez ad præcepta Ecclesiæ lib.1.cap.1.n.1.uers. vnde quatenus.*

9 Deducitur secundò, Ecclesiam posse dispensare, tam circa temporis determinationem, quam circa quãtitatem qua durare debet festum, adeò ut possit plures vel pauciores horas constituere, *d. cap.2.& 3. vbi DD. de feriis. Suarez loco cit.*

10 Deducitur tertiò, de Iure Ecclesiastico esse, quod cessare debeamus ab hoc vel ab alio opere, vt fatentur omnes allegati.

SVMMARIVM.

1 *Festum Dominicæ esse de iure diuino aliqui affirmant.*
2 *Festum Dominicæ fuit subrogatum in locum Sabbati.*
3 *Dies Dominica est immutabilis, & quare, & num.8.*
4 *Festum Dominicæ esse de Iure Ecclesiastico alij affirmant.*
5 *Summus Pontifex dispensat super obseruantia Dominicæ.*
6 *In lege veteri nulla mentio fit de Dominica.*
7 *Præceptum de sanctificando Sabbato respectu temporis erat ceremoniale, & mutabile.*
9 *Festum Dominicæ an possit ab Ecclesia abrogari.*

Festum Dominicæ an sit de iure Diuino, vel Ecclesiastico.

CAP. III.

1 ESse de iure diuino scribunt *Alber. in l. omnes la 2.sub n.1.uers. sed esto quod ista C. de feriis. Abb. in cap. 3. in primo not. extra eod. tit. Franciscus Marchis decis.410. num.1. par.1. Sylu. in Verb. Dominica 9. §. 7. Auctor supplementi ad summam Pisanam verb. Dominica in addit.*

2 Ducũtur primò, quia festũ Dominicæ fuit subrogatum in locum Sabbati, *cap. peruenit & cap. Sabbato de consecrat. dist.3.* celebritas autem Sabbati, erat de iure diuino *Exod. cap.35*, ergo.

3 Secundò quia fatentur Catholici omnes, diem Dominicam esse immutabilem, at hoc non esset, si esset de Iure Ecclesiastico, ergo.

4 Quibus non obstantibus, Festũ Dominicę, quẽadmodũ & cætera alia festa esse de iure Ecclesiastico, supponunt pro comperto *Teologi omnes 2.2.quæst.122.art.4. cum alijs allegatis cap. præcedenti.*

Atque in specie scribunt *Azor.*

Digitized by Google

Azor. Moral. inst. tom. 2. lib. 1. c. 2. quæst. 2. Suarez de relig. lib. 2. cap. 4. nu. 4. & hæc est opinio
5 citrà controuersiam verissima, quæ probatur, primò ex *cap. 3. de ferijs*, vbi Sum. Pontifex dispensat super obseruantia Dominicæ, quod facere non posset, si esset de iure diuino.

6 Secundò, quia de Dominica nulla fit mentio in lege veteri, in lege autem noua Christus non dedit præcepta nisi de substantialibus, nempè de fide, sacrificio, & sacramentis: accidentalia verò reliquit ecclesiæ, vt pluribus probat *Suarez d. cap. 4. num. 4.* cum ergo nec in veteri, nec in noua lege præcipiatur festum Dominicæ, non potest esse de iure diuino.

7 Non obstat, quod Dominica sit subrogata in locum Sabbati, quia vt dictum est *in præcedenti capite* præceptum de sanctificando Sabbato, respectu temporis erat ceremoniale, & ob id mutabile, atq; ideò subrogatio est cum eadem qualitate mutabilitatis.

8 Minus obstat, quod secundum omnes, celebritas festi Dominicæ sit immutabilis, quia hoc non prouenit ex natura sui, vel ex defectu potestatis ecclesiasticæ, sed ex accidenti, nimirum quia celebritas in hac die est tot, ac tantis rationibus, ac congruitatibus suffulta, vt nulla vnquam dari possit ratio, ob quam mutari contingat. Sic arcem dicimus inexpugnabilem, quando in alto posita turribus, valloque vndique circumdata, tormentisque instructa hostium conatus irritos reddere potest.

9 Quod si ratio nulla reddi potest, ob quam festum Dominicæ posit ab Ecclesia abrogari, tanto minus abrogari poterit consuetudine, quæ vbi rationabilis non est, locū sibi vindicare nequit.

SVMMARIVM.

1 *Decuit plura festa indici in Ecclesia ad recolenda Diuina beneficia.*

2 *Aliqua festa habent pro subiecto Deum, quædam vero alicuius Sancti memoriam continent.*

3 *Festa in honorem Dei, aliqua sūt ordinata in honorem Dei creatoris, & alia in honorem Christi Redemptoris.*

Festum Dominicæ cur sic appellatur. nu. 4. & 5.

6 *Dies Dominica antiquitus appellabatur dies solis.*

7 *Deus misit manna de cælo, die Dominica; in die Dominica Christus natus est, item à magis*

Digitized by Google

gis adoratur; & in Iordane baptizatur.

8 *Reliqua quæ in die Dominica fuerunt facta.*

De conuenientia feſtorum inductorum ab Eccleſia in honorem Dei Creatoris.

CAP. IIII.

1 SIcuti immenſa ſunt diuinæ Maieſtatis in Chriſtianum genus beneficia, ſic ad ea recolenda plura feſta indici per Eccleſiã decuit, *cap. 3. & final. de ferijs Clemens conſt. lib. 7. cap. 31. conuenit* (inquit) *ſine vlla conuentus intermiſſione ad agendas gratias Deo, & profitendam beneficia, quibus nos Deus per Chriſtum affecit, cum liberauit nos ignorantia, errore vinculis.*

2 Feſtorum autem quædam ſunt, quæ Deum ipſum pro materia, & ſubiecto habent; quædam vero alicuius Sancti memoriam cõtinent; illadicimus feſta in honorem Dei, hæc in honorẽ ſanctorũ.

3 Rurſus feſtorum in honorem Dei, aliqua ſunt ordinata in honorem Dei Creatoris, aliquain honorẽ Chriſti Redemptoris in honorem Dei creatoris ſtatutũ eſt feſtũ Dominicæ *l. omnes dies §. & dies, & l. finali C. de ferijs cap. final. extra eod.* 4 qui propterea dominicus appellatur, *Clemẽs loco cit.* De hoc feſto ſic loquitur *Euſeb. lib. 4. de demoſtr. Euangel. cap. 18. Hunc ſolum, & verum dominicum diem in ſola eccleſia per totum orbem diffuſa lucet, & nomen dignitatemque ſuam obtinet. Diuus Greg. epiſt. 3. lib. 11. Dominico* (inquit) *die à labore terreno ceſſandum, atque omnimodo orationibus inſiſtendum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diẽ reſurrectionis Dominicæ precibus expietur.*

5 Feſti huius conuenientia patet, quia ſicuti in veteri lege, ad recolendum beneficiũ creationis mundi Sabbatum, nempè ſeptimus in qualibet hebdomada dies cuſtodiebatur, *Exodi cap. 16. 22. 23. & 35.* ſic decuit, vt abrogata lege Moiſis, & cęremonialibus ritibus, dies Dominicus, qui primus eſt hebdomadę dies, ab Apoſtolis ſubrogaretur, vt hoc externo ſigno Deũ omnium Creatorem agnoſceremus, *D. Th. 2. 2. q. 122. art. 4. Cathechiſm. Roma. par. 3. tit. de 3. præcepto nu. 4.*

6 Hãc priſci diem ſolis nuncupabant, *l. 1. met dies C. de ferijs*, eamque à Conſtantino Magno religioſiſſime ſeruatam,

Digitized by Google

tam, & ſeruandam præceptũ ſcribit *Euſeb. de vita Conſtantini lib. 4. cap. 18. & 19.* quod verum eſſe patet *ex l. 3. C. de ferijs*, Idemque feciſſe ſequentes Imperatores, patet ex *l. 2. 7. & final. C. eod. ti.* fulget dies Dominica pluribus, ijſdemq; perſpicuis prærogatiuis, quæ illius dignitatem declarant, tam in lege naturæ, & ſcripta, quam in lege gratiæ. Siquidẽ in lege naturæ die prima, qui Dominicus eſt, creatum eſſe mundum quoad ſubſtãtiam Cæli, & Terræ, & factam eſſe lucem nõ ſolum ſpiritualem, & Angelicam, ſed etiam hãc materiálem, ſcribunt *D. Aug. in ſerm. 251. de tempore*, Beda *de officio Eccleſiæ cap. 1.* qua ratione Eccleſia hac die canit.

Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus.

7 Addunt in hac die miſiſſe Deum manna de Cælo, vt populum Hebreorum palceret in deſerto, quod etiam affirmãt *PP. orientales in Canone Trullano 8.*

8 In lege vero gratiæ die Dominico Chriſtus naſci dignatus eſſe, in eoque ſtella Magis fulſiſſe, & Baptiſmum in Iordane ſuſcepiſſe, teſtatur *Synodus generalis Conſtantinopolitana cap. 8. D. Leo epiſt. 81. ad Dioſcorum*, *Tantis* (ait) *diuinarũ miſterijs eſt conſecrata, vt quidquid eſt à Domino integrius conſtitutum, in huius diei feſtiuitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordium; in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium: In hac Apoſtoli à Domino prædicãdi omnibus gentibus Euangelij Tubam ſumunt: inſerẽdum vniuerſo Mundo ſacramentum regenerationis accipiunt. In hac (ſicut Beatus Euangeliſta teſtatur) congregatis in vnum Diſcipulis, ianuis clauſis, cum ad eos Dominus introiſſet, inſufflauit, & dixit, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: In hac denique promiſſus à Domino Apoſtolis Spiritus ſanctus aduenit:* Et hæc quoad feſta indicta in honorem Dei Creatoris.

SVMMARIVM.

1 *Primum feſtum inter feſta inducta in honorem Chriſti eſt feſtum Natiuitatis.*

2 *Feſtum Natiuitatis celebratur die 25. Decembris.*

3 *Huius feſti celebratio eſt antiquiſſima in Eccleſia.*
Huius feſti conuenientia nu. 4. & 6.

5 *Præcepit Deus cuſtodiri ſabbatum in memoriã Creationis orbis.*

7 *Secundum feſtum eſt Circumciſionis.*

Digitized by Google

8 *Tertium feſtum eſt Epiphania.*
9 *Quartum feſtum eſt paſſionis.*
10 *Romani cultores Martis 6. Kalendas Aprilis Deum plangere incipiebãt, & apud Athenienſes erant dies, quibus funeſta ſacra colebantur.*
11 *Conuenientia feſtorum Paſchatis, Pentecoſtes, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, & Inuentionis Sanctę Crucis.*

De conuenientia feſtorum Chriſti Redemptoris.

CAP. V.

1 INter feſta inducta in honorem Chriſti, primum ſe offert feſtum Natiuitatis, omni reuerentia ſeruandum ex diſpoſitione *text. in cap. final. de ferijs, & in cap. 1. de conſecrat. diſt. 3. & in l. 2. & l. omnes dies C. de ferijs.*

2 Celebrat Eccleſia feſtum hoc eadem die, quo miſteriũ factum eſt, nempe die 25. Decembris, ſecundum receptiſsimam, tam latinorum, quàm Grecorum ſententiã, quàm (phanaticis Nouatorũ opinionibus reiectis) & ſignanter *Mathei Beraoldi*, (qui omnium nouiſſimus, tẽpora confundere conabatur *chron. p. 4. c. 2. & 3.* pluribus probat *Baron. to. 1. in apparatu ad Annales eccleſiaſticos pag. 55.*

3 Huius feſti celebrationem, antiquisſimã eſſe in Eccleſia; & ab Apoſtolis inſtitutã cõſtat, tum ex *Clemente lib. 8.* tum etiam quia vbi initium feſti ignoratur, & eſt antiquũ, præſumitur ab Apoſtolis inſtitutum *Iſid. lib. offic. 1. c. 25.*

4 Huius feſti conuenientia, vel ex eo maximè patet, quòd ſi nato Domino gaudium fuit Angelis, & hominibus, *Lucæ cap. 2.* erat quidẽ gaudium hoc anniuerſaria celebritate repetẽdum, ad Deo pro tanto beneficio gratias agendas. *l. 7. C. eod.*

5 Præcepit Deus ſabbatum cuſtodiri in memoriam mũdialis machinæ procreatæ, *Exodi cap. 35.* equiùs nos feſtum agere debemus ea die, qua eius vnigenitus (propter quem mundus creatus eſt) in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit.

6 Conueniens exiſtimatur celebrari diem natalem Principis, *l. omnes dies §. noſtris, & l. fin. §. nihil, C de ferijs.* ergò conuenientiſsimum agi Natalem Chriſti, qui Rex eſt Regum, & Dominus dominantium.

7 Secundo loco ſuccedit feſtum Circumciſionis, cuius celebritas præcipitur in *d. c. fin. de ferijs*, de huius feſti celebritate memmit *Beda in hu-*

mil.

Digitized by Google

mil.tom.7. Meruit hic dies peculiari festo celebrari, tum quia signaculum circumcisionis (quod proprium lapsorum hominũ videbatur) pro nobis sumpsit, tum etiã quia hac die cæpit Christus pro nobis soluere prætium sanguinis sui, *Suarez de relig.tom. 1.lib.2.cap.5.n.8.*

8 Tertium est festum Ephiphaniæ seruandum ex dispositione *d.cap.fin.de ferijs, & ex l.omnes dies, §. Dies, etiã C.eod. tit.* Cuius conuenientia desumitur ex vocatione gentiũ, & Christi manifestatione, de quibus *Clemens const. lib.5.c. 12. & lib.8.cap.33. Orig. Aug. Ambros. & alij*, quos refert, & sequitur *Suarez in 3 par. tom. 2.disp.26.sect.1.*

9 Quartum est festum Passionis, cuius præcipitur celebritas in *d cap.fin.de ferijs, & l.7.§, dies.C.eod.tit.* huius celebritatis conuenientia eo maximè patet, quia si populus Iudaicus Iephtem filiam Iudicis per quatuor dies planxit, idque deinde anniuersario luctu est prosequutus, *Iudicum cap.10.* & apud Romanos cultores Martis 6. calendis Aprilis secum plangere, & lamentari incipiebant, & apud Athenienses dies erat, quibus funesta sacra colebãtur, quæ templi ornamenta deponere, pauimenta tergere, & iustitio indicto à negotijs quiescere mos erat. *Alex. ab Alex.genial.lib.4.c.20.* Cur nos diẽ passionis Christi fletu commemorare nõ debemus *d.l.7.verb.passionis C.de ferijs.*

11 Conuenientiam festorum Paschatis, Pentecostes, Ascẽsionis, Corporis Christi, & inuentionis Sanctæ Crucis latè prosequitur *Suarez lib.2.cap. 6.7. & 8.* ad quem lectorem remicto. Superest vt de conuenientia festorum indictorum in honorem Sanctorum dicamus.

SUMMRIVM:

1 *Nouatorum error circa festorum obseruantiam.*

Socratis, Lutheranorum, & Caluinistarum errores circa festorum obseruantiam nu. 2. & 3.

4 *Horum errores fuerunt ab Ecclesia damnati.*

Argumenta Nouatorum contra festa Sanctorum à n. 5. vsq; ad nu.15.

Festa Sanctorum conuenientissimè sunt statuta in Ecclesia à nu.16. vsque ad nu.24.

Respondetur ad argumenta Contrariorum à num.25. vsque ad nu.45.

Digitized by Google

De conuenientia festorum statutorum in Ecclesia in honorem Sanctorum.

CAP. VI.

1 COntra generalem festorum obseruãtiam in Ecclesia, Nouatores omni tempore, sed diuersimodè insurrexerunt: putarunt enim magnam religionis partem fore deletam, si festa in Dei honorem statuta, tollerentur, iuxta illud, *Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos Deià terra Psalm.73.* Asserebant Aebionitæ debere Christianos seruare Sabbatum, & Dominicam, vt *Euseb.* refert *histor. lib.3. cap. 37.* quem errorem *D. Greg.* graui sententia damnat, *in cap. peruenit de consecrat. dist.3.* Diuersum omninò contendebant Petro Porusiani, & Vuicleſistæ, hi enim festa omnia improbant, existimantes illa ad ceremonias Iudaicas pertinere, & ob id post Christi mortem non esse seruanda, vt refert *Thomas Valdens. tom. 3. tit.10. cap.140.*

2 Optabat *Socrates* Nouati sectator, *historiar. libro quinto cap.1.* dies festos liberos fuisse, ac reprehendit necessitatem impositam ab Ecclesia illa seruandi.

3 Lutherani, & Caluinistæ dies festos in Ecclesia necessariò seruandos negare non audent, fatentur enim nos teneri iure diuino aliquando feriari ab operibus corporalibus, vt Deo vacare possimus, ex tertio præcepto Decalogi quod vt diximus *cap. 1.* in aliqua parte est morale, posseque Ecclesiam tempus determinare, & consequenter dies festos instituere: sed callidè eos reducere ad nihilum nituntur: subdunt enim in institutione festorum requiri cõsẽsum Populi, quodque festi dies non debent haberi cæteris sanctiores, quasi quod contineant aliquid misterij, vel piæ significationis, sed haberi solum tamquam determinatos causa disciplinæ, & ordinis, seu politiæ, & ob id non obligare Christianos in conscientia, nisi ratione scandali.

4 Horum errores ab Ecclesia iamdiù damnatos, piè, doctèque reijcit *Bellarm. tom. de cult. & venerat. Sanctorum lib. 3. cap. 10.* essequeab omnibus reijciendos, si alia deessent, vel ipsa inter Nouatores diuersitas, & contrarietas sufficeret; cum pateat totidem esse

Digitized by Google

se capita, quot sententiæ, & quod vnus asserit, alter negat, nec quispiam sciat consistere loco.

5 Superest vt dicamus de conuenientia festorum indictorum ab Ecclesia in honorem Sãctorum, aduersus quã *Titelmanus Heshusius lib. de erroribus Pontificiorum art. 26. & Madeburgenses centur. 6. c. 6* infrascripta nobis obijciunt.

6 Primò, Sabbata sanctificare, est præceptum primæ tabulæ pertinens ad cultum Dei, ergo si illud creaturæ referatur, est idolatria.

7 Secũdò, Ecclesia celebrat festum Conceptionis Deiparę Virginis, quod quidem agi minime debuerat, eo quod ad minus ambiguũ est, Deiparam Virginem esse, vel nõ esse in peccato originali cõceptam; qua quidem dubitatione stãte, festum induci minime debuerat, quia in ea vel honoratur peccatum, vel inducitur falsitas sanctitatis: Vnde *Diu. Bernardus in epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses* eos reprehendit, quod festum conceptionis celebrarent.

8 Tertiò, in Ecclesia festa sunt instituta, vt seruentur de necessitate, at in primitiua Ecclesia obseruantia festorũ non erat necessaria, sed indifferens, nam Paulus concionatur in Sabbato, *Actuũ cap. 13.* & Io. facit mentionem de Dominica *Apocalipsis cap. 1.* ergo.

9 Quartò, in Ecclesia plura sunt festa instituta, quàm erãt festa Iudæorum, cumque præcipiantur de necessitate (vt supra dictũ est) sequitur quod imponitur fidelibus iugum, quod neque nos, neque Patres nostri portare potuerũt, vt in simili de ritu dicitur *Actuum cap. 15.*

10 Quintò, celebrat Ecclesia pari honore festa celeberrima Sanctorum, & festum Innocentium, Sancti Gregorij, Sanctæ Annæ, & Sanctæ Catherinæ, at hoc est inconueniens, cum celebriora debeãt celebrius celebrari *cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.* ergo.

11 Sextò, celebrat aliqua festa noua illaq; præsertim, quæ sũt Deiparæ Virginis nuncupata, quod maximè patet ex eo, quod non recensentur inter festa, quæ recensentur in Cõstitutionibus Imperialibus, collectis per *Iustinianum in tit. C. de feriis.*

12 Septimò, multa sunt festa instituta ab Imperatoribus, nam Iustinianus instituit festum Purificationis, vt testatur *Paulus Diaconus rerum Ro-*

ma-

Digitized by Google

manarum lib. 16. Mauritius verò inſtituit feſtum Aſſumptionis *Niceph. lib.* 17. *cap.* 28. quod quidem eſt valdè inconueniens, cum nequeant ſeculares Principes auctoritate ſua feſtum in honorem Dei inducere, vt probabitur *cap.* 7.

13 Octauò, quia feſtorũ abuſus eo vſque prolapſus eſt, vt non ſolum Sanctis, ſed etiam Imperatoribus feſti dies sint inſtituti, vt de feſto in honorem Iuſtiniani ſcribit *Niceph. lib.* 17. *cap.* 31.

14 Demum, quia inſtitutio feſtorum in Eccleſia, differt ab ea, quæ fuit in lege veteri, in qua, obſeruantia in quibuſdam feſtis erat ſtrictior, in alijs laxior; nam in Sabbato, quod erat feſtum ſolemne, prohibebantur omnia opera, quæ poterant præueniri, adeo vt nec ignem liceret accendere, *Exodi cap.* 35. Et ſimiliter in Paſchate prohibebantur omnia opera exceptis ijs, quæ ad veſcendum pertinẽt, *Exodi cap.* 12. In reliquis verò feſtis inductis ad Deo gratias agendas, prohibebantur tantum opera ſeruilia, *Leuitici cap.* 23.

15 At in feſtis inductis ab Eccleſia, obſeruantia ſemper eſt æqualis, nam in quocumque feſto, quamuis ſolemni, non tenemur niſi ad miſſam audiendam, & ceſſandum ab operibus ſeruilibus *cap.* 3. *de feriis D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 4.

16 Quibus alijſque ſimilibus Nouatorum nugis non obſtãtibus, communi Catholicæ Eccleſiæ conſenſu recipitur, feſta Sanctorum eſſe conuenientiſsimè in Eccleſia ſtatuta *in cap. fin. extra de feriis*. Ad quod probandum præmitti oportet, Eccleſiam tripliciter ſanctos venerari. Primò, in litanijs: ſecundò in recitatione officij. Tertiò, in obſeruantia feſtorum.

17 In litanijs venerantur omnes Sanctorum ordines, inuocando aliquẽ ſpecialiter (non enim propter multitudinem poteſt omnes nominatim inuocare) inuocat autem eos, de quibus maiora recepiſſe beneficia meminit, vt probat *Bellarm. tom.* 1. *controuerſ. de Romano Pontifice lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 708. *verſ. Eccleſia vero.*

18 In recitatione etiam officij veneratur aliquos ex omnibus ordinibus, habita etiã ratione ad vtilitatem, quam recipit ab eis, vt in *Clem.* 1. *de reliquijs, & veneрat. ſanctorum*.

19 In celebratione vero feſtorum veneratur tantum eos

Digitized by Google

eos, de quibus loquitur *text. in cap. fin. de ferijs.*

20 His ſtantibus, quod hæc omnia ſint in Eccleſia inſtituta conuenienter, probant Patres, & Concilia latè relati per *Bellarm. controuerſ. tom. 2. lib. 3. tit. de cultu ſanctorum cap. 16.* ac eſſe concluſionem in pluribus de fide, probat *Suarez de religione tom. 1. lib. 2. cap. 9.*

21 Ratio prima eſt generalis, quia ſi conueniens reputatur celebratio Natalis Principis, vel diei, quo inſignem de hoſtibus reportauit Victoriã, *l. 7. & fin. C. de ferijs.* iuſtiùs, & conuenientius erit celebrari diem, quo Sanctus mundo, Diaboloque deuicto adeptus eſt gaudia Paradiſi. Præterea Eccleſia non celebrat omniũ Sanctorum feſta (nec enim propter multitudinẽ poteſt) ſed eorum tantum, qui recenſentur in *cap. fin. de ferijs* aliorũ celebrat feſtum quoad recitationem officij tantum, nempe Euangeliſtarum, quatuor Doctorum Eccleſiæ, & quorundam Confeſſorum, & Virginum, vt in *cap. vnico de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.*

22 Eorum autem quæ recenſentur *in d. cap. fin.* primum ſe offerunt feſta in honorem Deiparæ Virginis indicta, cuius præcelſa meritorum inſignia ſedibus prælata celeſtibus, nemo niſi impius negabit omni eſſe celebritate dignißima, *Extrauag. 1. de reliq. & venerat. ſanctorum.*

23 Sequuntur feſta 12. Apoſtolorum, quos veluti glorioſiſſimos Chriſtianę fidei Principes, Athletas Dei electos, iuſtos ſæculi Iudices, qui viuentes in carne Eccleſiam proprio ſanguine plantauerũt, iuſtis celebritatibus proſequitur, *cap. vnico de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.*

24 Porrò quod attinet ad aliquos Martyres, quorum feſta in *d. cap. fin.* ſcribuntur, causã celebritatis exponit *D. Augu. in communi lib. 20. cap. 21.* his verbis, *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuuetur, ita tamen vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum, quamuis in memoria Martyrum conſtituamus altaria.*

25 Nunc argumentis in contrariũ allatis reſpondeamus; & quo ad primum, honor in in celebratione feſtorum ſtatutorum in honorem Sanctorum, tendit principaliter, & directè in honorẽ Dei, quãuis memoria Sancti celebretur,

tur, vt apertis verbis scribit *D. Aug. loc. cit.* Deus enim in Sanctis suis laudatur, & celebratur *psalm.*150. *Laudate Dominum in sanctis eius, cap.*1. *in princ. & §. ideoque circumspecta de reliq. & venerat. sanct. lib.* 6. *Clem.* 1. *in princ. eod. tit. cap. fin. vbi Abb. in* 1. *notab. de ferijs*, siue festum fiat de Sancto, siue de Angelis, *Turrecrem. in c.* 1. *n. de consecrat. dist.* 3.

26 Hoc etiam patet, quia omnes orationes in Missa, & officio Sanctorum diriguntur in Deum, & Sancti adhibentur tanquam intercessores, in quo quamuis eis tribuatur aliquis cultus, tamen talis cultus non est religionis in specie, quæ tribuat cultum latriæ, sed in genere, quæ tribuit cultum Duliæ, qui nullam inducit idolatriam.

27 Ad secundum, Ecclesia celebrando festum Conceptionis Deiparæ Virginis, laudat Cõceptionem eo modo quo processit, nam esto quod fuerit concepta in peccato originali, negari nõ potest quin fuerit concepta miraculosè ex Anna sterili, quodque illa fuerit primum pignus reparationis humanæ, & ob id attulerit gaudium vniuerso mũdo, conueniens ergo fuit vniuerso mũdo, anniuersaria exultatione repeti, vt *Pius Quintus* docet *in Constitutione* 114. *quæ incipit super speculum Domini*,

28 Non obstat auctoritas *D. Bernardi*, quia non improbat festum, sed improbat modũ celebrandi auctoritate propria, sedeque apostolica inconsulta, vt apertè demonstrant verba illa, *Nulla ei ratione placebit præsumpta nouitas maternitatis, soror superstitionis, filia læuitatis, nam sic videbantur, consulenda erat priùs apostolicæ sedis auctoritas, & non ità præcipitanter, ac inconsultè paucorum fequenda simplicitas imperitorum*: Deinde sententiam subijcit auctoritati Romanæ Ecclesiæ, ergo cũ hodie ex sententia Sedis Apostolicæ festũ Conceptionis per totam Ecclesiam celebretur, auctoritas *D. Bernardi* in cõtrarium retorquetur.

29 Ad tertium, fateor festa, de quibus in *d. cap. fin. de ferijs* esse seruanda de necessitate, quæ festis valde conuenit. Primò, quia Deus ipse festa per ipsum statuta seruari mãdauit de necessitate, *Num. c.* 20. *substãtia mea custodite*, quæ sunt verba imperatiua, *& Deut. cap.* 5. *&* 16. *Septimo autem die Sabbatum Domini est. Non facias omne opus in eo.* Præceptum etiam de Sabbatis sanctificandis est cõceptum

ver-

Digitized by Google

verbis imperatiuis, nempe *Sabbata sanctifices.*

30 Secundò, quia in eadem lege non solum erant seruanda necessariò festa instituta à Deo, sed etiam statuta ab hominibus, vt docemur ex *Esther. cap.* 9. in illis verbis. *Nulli liceat hos dies absque solemnitate transigere.*

31 Tertiò, quia hoc idem in more iugiter in Ecclesia fuit: si quidem *Concilium Laodicense à c.* 29. *ante* 1250. *annos* prohibuit Christianis, ne in sabbato vacarent, sed vacarent die Dominico, & *Concil. Agatense* ante mille annos præcepit in diebus festis, secularibus audire missam, & in *Concil. Lugdunense* scribuntur omnia festa seruanda de præcepto Ecclesiæ, vt in *cap.* 1. *de cõsecr. dist.* 3.

32 Quartò, quia cum de iure diuino sit aliquod tempus deputare ab alijs curis exemptum, quo Deo vacare possimus, *D. Th.* 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. equidem nisi temporis determinatio esset de præcepto, nullum diceretur esse tempus necessarium ad vacandum Deo.

33 Summi ergo Pontifices, dum in aliquibus festis indicendis imposuerunt necessitatem seruandi, imitati sunt morem Dei, legemque veterem, & primitiuæ Ecclesiæ simulque diuino cultui, vt par erat consuluerunt.

34 Nec ad rẽ pertinet, quod Paulus concionetur vna die Sabbati, & Io. mentionem faciat de Dominica, nam cum Sabbatum ibi accipiatur pro Dominica, vt pluribus probat *D. Chrisost.* 1. *ad Chorint. homil.* 13. *Cathechismi Rom. par.* 3. *in* 3. *præcepto n.* 7. nihil aliud cõcludit nisi, quod in die festo liceat prædicare verbum Dei, quod etiam nos confitemur.

35 Ad quartum, si conferantur festa, quæ præcipiuntur seruãda in Ecclesia de necessitate, festis Hebræorũ (quarum cathalogum scripsit *Sigon. de republica hebr. lib.* 3. *cap.* 18.) liquebit numerum festorum in populo illo non fuisse minorem eo, qui scriptus est ab Ecclesia in *d. cap. fin. de ferijs.*

36 Præterea ab obseruantia festorum apud Hebreos, ad obseruantiam festorum Ecclesiæ respectu oneris, & grauitatis, non benè argumentantur Nouatores: illa enim erat grauissima, hæc in sola missa audienda, & cessatione ab operibus seruilibus concluditur, *cap.* 3. *de feriis.*

37 Grauitas illius probatur. Primò, quia Hebræi nescie-

Digitized by Google

bant finem, quo Sabbatum tendebat, & ob id sola afflictatione abstinentiæ vexabantur, *D. Aug. contra Adamant. lib. 1.* Nos verò scimus festa esse statuta ad Deo gratias agendas, quod est opus gratitudinis, in quo delectamur.

38 Secundò, quia Hebræis in Sabbato nec cibos coquere, nec ignem accendere licebat, *Exodi cap. 35.* eodem die sacrificare, & panes propositionis reficere tenebantur. *Num. cap. 24. & 28.* aliaque facere cogebantur, de quibus *Philo in lib. vnico de sacrificio*. Itẽ in Paschate præter sacrificiũ Agni, cogebantur per dies septem comedere azimos panes, cum lactucis agrestibus, *Exodi 22.* qui quidem cibus ab eius qualitate vocabatur panis afflictionis, *Deuter. 16.* à quibus quidem oneribus Festa Ecclesiæ sunt prorsus exempta, cũ sufficiat cessare ab opere seruili, *d. cap. 3. de ferijs.*

39 Tertiò, quia obseruantia Sabbatorum, vt plurimum apud Hebræos erat cæremonialis, *D. Th. 2. 2. q. 122. art. 4.* & consequenter erat indispẽsabilis, quia non poterant recedere à figura, quę tendebat ad figuratum; obseruantia verò festorum in Ecclesia, est dispẽsabilis, *c. 2. & 3. de ferijs*, à festis ergo Iudeorum, respectu grauitatis, & onerum, nõ benè infertur ad festa Christianorum.

40 Ad quintum, hoc argumẽtum aperè detegitur calumnioſum ex *cap. finali de ferijs*, vbi inter festa seruanda de præcepto, non recensetur neque festum Sancti Gregorij, neque Sanctæ Annæ, neque Sanctæ Catherinæ, & tanto minus, quod festum Sanctorum Innocentum celebretur pari honore cum festis celebrioribus, ideoque alia respõsione non eget.

41 Ad sextum, ad effectum, vt Festum dicatur conueniẽter institutum, inspicitur causa institutionis, non tempus quo fuit institutũ, nec enim Deus ipse constituit omnia festa eodem tempore; in Populo Hebræo festum Tubarum non erat, antequam tubis clangentibus daret Deus legem Moysi, *Leuitici cap. 23.* nec populus instituit festa sortium antequam liberaretur ab Aman, qui Iudæos omnes in crucẽ agere constituerat, *Esther cap. fin.* nec festum Iudith, nisi Holofernæ cęso, *Iudith cap. vlt.*

Vbi ergo causa viget institutionis, celebratio dicitur conueniens, siue antiqua sit, siue recens. Ad

Digitized by Google

42 Ad ſeptimum, feſtum dupliciter poteſt inſtitui. Primò quoad inſtitutionem, quæ cogit ad ſacrum audiendum, & ceſſandum ab operibus ſeruilibus, & quia hoc totum pertinet ad poteſtatem ſpiritualem, *Butr. in cap. 3. nu. 8. de ferijs* non poteſt fieri per Principes ſæculares, vt infra dicetur *cap. 12.*

43 Secundo modo, quoad eius obſeruantiam, & poteſt Princeps ſæcularis lege ſua præcipere, quod ſeruentur feſta indicta ab Eccleſia *l. 3. 7. & fin. C. de ferijs*, Hoc modo ſunt intelligendi *Paulus Diaconus, & Nicephorus*, aſſerẽtes feſtũ Aſsũptionis à Mauritio, Purificationis verò à Iuſtiniano fuiſſe inſtituta, talias fides eis adhibẽda non eſſe, cum ex concionibus Sancti Auguſtini, & Sancti Ioan. Chriſoſtomi, qui ante Mauritium, & Iuſtinianum vixerunt, conſtet hæc feſta fuiſſe ab Eccleſia celebrata.

44 Ad octauum, Nicephorus affirmat tantum, Epiſcopum quemdam Conſtantinopolitanum conſueuiſſe celebrare memoriam Iuſtiniani, quod quidem ſignificat funus adiecta laudatione perſoluere, quod Principibus benemeritis conuenienter præſtatur.

45 Ad nonum, obſeruantia feſtorum in Eccleſia non poterat eſſe eadem, quæ fuit in veteri lege, nam cum præceptum de obſeruando Sabbato, in ea parte, in qua erat ceremoniale, remanſerit extinctum per mortem Chriſti *D. Th. 1. 2. q. 103. ar. 3. 4. & 2. 2. q. 122. art. 4.* non poterat ab Eccleſia celebrari Sabbatum prout figurabat antiquas cæremonias, *cap. peruenit de conſecr. diſt. 3.* In ea vero parte, in qua erat morale, eſt eadem, quia in lege veteri feſta, quæ non erant ſignificatiua, ſed celebrabantur ſolũ ad gratias Deo agendas, ſufficiebat ceſſatio ab operibus ſeruilibus, *Leuitici cap. 22.* prout etiam ſufficit in feſtis Eccleſiæ *c. 3 de ferijs* adeo quod poteſt dici eadem in omnibus, quæ ſunt conſona rationi naturali *Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. c. 2. num. 3.*

Reiectis proptérea Nouatorum argumentis, firma remanet, & inconcuſſa concluſio; Feſta Sanctorum in Eccleſia eſſe conuenientiſsimè inſtituta.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia veneratur Sanctos veteris teſtamenti in litanijs.*

2 *Eccleſia Orientalis conſueuit celebrare feſta aliquorum San-*

ctorum veteris teſtamenti.

3 *Eccleſia Occidentalis non conſue uit celebrare feſta Sanctorum veteris teſtamenti.*

Excipiuntur autem feſta Innocentium S. Ioan. Baptiſtæ, & Machabeorum num. 4. 5. *&* 6.

De Sanctis veteris Teſtamenti.

CAP. VII.

1 SAnctos veteris teſtamenti veneratur Eccleſia in Litanijs, dum inuocat omnes Patriarchas atque Prophetas; eorum tamen feſtorum, licet Eccleſia orientalis aliqua celebrare conſueuerit, *Turrecrem. in cap.* 1. *ſub num.* 15. *verſ. ſecundo reſpondeo de conſecrat. diſtint.* 3.

3 nihilominus mos iſte in Eccleſia occidẽtali, non eſt receptus; nam cum ſoleat celebrare feſtum die obitus, eo quia tunc adepti ſunt gaudia paradiſi, D. *Aug. in ſerm.* 20. *de ſanctis* ſequitur, quod cum Sancti ante Chriſtũ non adipiſcerentur gaudia paradiſi, ſed deſcenderent ad limbũ, celebratio non poterat fieri in letitia, & exultatione, *Turrecrem. loc. cit.*

4 Ab hac regula placuit Eccleſiæ feſta tria excipere. Primum eſt feſtum Sanctorũ Innocentum, quod celebratur, eo quia pars eſt paſsionis Chriſti, qui in ſingulis ipſorũ dicitur occiſus, *Turrecremata loc. cit.*

5 Secundum eſt Feſtum Sancti Ioan. Baptiſtæ, quod bis celebrat in anno; Feſtum ſcilicet decollationis, & Feſtũ Natiuitatis, tum quia per illũ Dominus aduentum ſuum voluit eſse teſtatum, *D. Aug. d. ſerm.* 20. tum etiã quia in eius natiuitate gaudium futurum cecinerat Zacharias.

6 Tertium fuit feſtum Sanctorum Machabeorum, tum propter prærogatiuam martyrij, tum etiam propter ſuppliciorum cauſam, quia pro defenſione legis paſsi ſunt.

SVMMARIVM.

Obſeruantię Feſtorum legis nouæ, & legis veteris quomodo cõueniant. nu. 1. *&* 2.

Quomodo vero differant n. 3. 4. 5. 6. *&* 7.

8 *Eccleſia in indictione Feſtorum imitata eſt legem diuinam, & quando.*

In

Digitized by Google

In quibus conueniat, aut differat obseruantia Festorũ in lege noua ab obseruantia legis veteris.

CAP. VIII.

1 COnueniũt primò, quia sicuti in lege veteri præter cessationem ab opere, erat in præcepto sacrificium Agni, *Num. cap.* 28 ità in lege Ecclesię in præcepto est sacrificium missę, *cap. omnes fideles, & cap. Missas de consecrat. dist.* 1.

2 Conueniunt secundò, quia tàm in lege veteri, quàm in lege Ecclesiæ iure naturali, atque diuino vnum oportet esse tempus, quo à curis vacui debeamus vacare cultui Diuino, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *& ibi Theologi omnes.*

3 Differunt primò, quia Festa veteris legis vmbræ erant futurorum, vt disertis verbis docet *D. Paul ad Colossens.* 2. Festa vero Ecclesiæ continẽt corpus Christi misticum, idẽ *Paul. loc. cit. Suarez de relig. lib.* 2. *cap.* 2. *in fin.*

4 Differunt secundò, quia in lege veteri, summa præcepti erat nõ operari corporaliter; in noua autem potissima præcepti pars est, interesse Diuino sacrificio, cessatio verò ab operibus corporalibus præcipitur, nè à Dei laudibus distrahamur, *Bellarm. in controuers. de cultu Sanctorum lib.* 3. *cap.* 10.

5 Differunt tertiò, quia in lege veteri aliqua Festa erant statuta à Deo, aliqua ab hominibus, vt dictum est in *cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. In lege verò noua omnia Festa, etiam dies Dominica statuta est de lege Ecclesiæ, vt dictum est *eod. cap.* 1.

6 Differunt quartò, quod in lege veteri obseruantia in Festis non erat æqualis, nàm in quibusdam erat strictior, in Sabbato enim, quod erat Festum significatiuum omnia opera, quæ poterãt præueniri erãt prohibita, adeo vt nec liceret ignẽ accẽdere, *Exo. c.* 35 & similiter in Paschate prohibebãtur omnia opera, exceptisijs, quæ ad vescẽdũ pertinent, *Exod. cap.* 12. In reliquis vero festis indictis ad Deo gratias agendum, prohibebãtur tantum opera seruilia, *Leuitici cap.* 23.

7 In lege autem Ecclesiæ obseruantia est semper æqualis, nam in quocunque festo, quamuis sollemni, non tenemur, nisi ad missam audiendam, & cessandum ab operibus seruilibus, *cap.* 3. *de feriis,*

Diu.

Digitized by Google

Diu.Thom.2.2.q.122.art.4.

8 Hinc patet ratio propter quam Eccleſia in indictione Feſtorum imitata eſt legem Diuinam, in feſtis indictis ad gratias Deo agendas, non autem in feſtis ſignificatiuis, nã feſta ſignificatiua neque imitari debuit, neque potuit, nè videretur probare errorem Iudæorum, *cap. peruenit de conſecrat. diſt. 3.*

Feſta verò indicta ad gratias Deo agendas imitari, & potuit, & debuit, tum quia beneficia à Deo Chriſtiano populo collata longè ſunt nobiliora, quàm collata populo Hebræo, tũ etiã quia iuri naturali magis cõgruere viſa ſunt, *Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 4. in reſponſione ad ſecundum.*

SVMMARIVM.

1 *Species, & temporum dierum.*
2 *Dies quomodo terminetur ſecundum Canones.*
3 *Temporis ordinatio in Feſtis eſt de iure poſitiuo.*
Dies feſtus incipit à media nocte, & terminatur in media noctis ſequentis, & quare num. 4. & 5.
6 *Item in ieiunio, & eſu carnium, ac obligatione recitandi officia diuina.*
7 *Dies feſtus poteſt reduci ad medietatem diei.*
8 *Romani vocabant hos dies, interciſos dies.*

Dies Feſtus quando incipiat, aut deſinat.

CAP. IX.

2 DE multiplici dierum ſpecie, eiuſque tempore, quo terminatur ſcribit *Macrob. ſaturnal. lib.1.cap.16. Alex.ab Alex.genial.lib.4.cap.20 Alciat.in l.2 ff de verb.ſignif.* plura *Tiraqu. de retract.conſang.§.1. gloſ.11.* & omnium latiùs *Iul.Laur.var. lucubr.tit.à nu.49.*

2 Dies quantum ad Feſti terminationem attinet, ſecundũ canonicas conſtitutiones terminatur à Veſpere vſque ad Veſperas, *c.1.de ferijs, & in c.1 de conſecrat. diſt. 3.* legem veterem in hac parte imitata, quæ idem præcipit, *Leuitici cap. 23.*

3 Quoniam autem, licèt de iure diuino ſit, vt aliquod tẽpus ſit diuino cultui dicatũ, tamen temporis ordinatio eſt de iure poſitiuo, *D.Thom.2.2.quæſt.122.artic.quarto.* ideò quo ad ipſam temporis determinationem defertur cõſuetudini, *cap.2.de ferijs*, ſecundũ quam hodiè dies feſtus incipit à media nocte, & ſequen-

tis

Digitized by Google

tis noctis media terminatur, *glos. in d.c. 1. de fer. ibique Doct. Suarez de relig. par. 1. lib. 2. cap. 31. num. 4.* vbi atteſtatur de cõſuetudine totius Europæ.

5 Cauſam huic conſuetudini dediſſe potuit, quia cum more Romano dies à media vſque ad mediam noctem terminatur, *l. more Romano, ff. de fer.* veriſimile eſt, vel Eccleſiam illum Romæ retinuiſſe, & ab illa vti à capite ad alias eccleſias manaſſe, vel quia facilior redditur obſeruantia vnius integri diei, quàm duorum dimidiatorũ, vt opinatur, & rectè *Suarez loc. cit.*

6 His quidem de cauſis dies terminatur à media in mediã noctem, tam in ieiunio, & eſu carnium, *cap. de eſu de conſecrat. diſt. 3.* & iterum *glos. in cap. 1. de conſecrat. diſt. 3. & in cap. 2. vbi Abbas nu. de ferijs Couar. variar. lib. 4. ſub nu. 9. in fin. verſ. ſed quoad eſum carnium,* quam etiam in obligatione recitandi officia diuina, *gl. in cap. alma mater, ver. aßumptionis de ſententia excommunic. lib. 6. ibique Ioan. Andr. Felin. in cap. conſuluit colum. 3. verſ. 3. concluſio de ferijs cum alijs per Tiraquell. loc. cit. nu. 14 Suarez d. cap. 31. nu. 6.*

7 Rurſum quamuis regulariter præceptum Feſti ſoleat terminari ſpatio viginti quatuor horarum, nihilominus quia vt ſupra dictum eſt, ſpatium prædictum non eſt de iure diuino, poteſt (ſi ſic videbitur feſtum indicenti) coarctari, & reduci ad medietatẽ diei, id, quod in nonnullis Diæceſibus fieri teſtatur *Suarez d. cap. 11. num. 11.* idque maximè contingit, vbi pietas in Sanctum, cultum expoſcit, & populi neceſsitas exigit per integrum diem nõ grauari; tunc enim cultui dedicari poſſunt horæ matutinę, quæ dicũtur maior diei pars *l. 2. ff. de verb. ſignif.* Horæ verò pomeridianæ poſſunt in laboribus expendi, quẽ morem vniuerſalis Eccleſia ſeruat in die cęnæ propter ſpecialem veneratione ſacramenti, & acceſſum ſepulchri Sanctiſsimi D.N. Ieſu Chriſti. Hos dies priſci

8 Romani interciſos nuncupabant, eo quod diuiderentur, & partim in cultu, partim vero in laboribus expenderentur, *Macrob. ſaturnal. lib. 1. c. 16 Alex. ab Alex. genial. lib. 4. c. 20.*

SVMMRIVM.

1 *Finis præcepti non eſt in præcepto.*

2 *In lege veteri Deus colebatur in exteriori quiete ab operibus ſeruilibus.*

Ethnici

Digitized by Google

3 *Ethnici ſeruauerunt ferias indictas Dijs cũ ceſſatione operũ.*

4 *Præceptum de ſanctificatione feſtorum formaliter eſt de cultu exteriori, qui completur ex ſola ceſſatione ab operibus ſeruilibus.*

Primum præceptum pro obſeruãtia feſti eſt audire miſſam nu. 5. & 6.

7 *Hoc primum præceptum obligat ſub peccato mortali quoties intermittitur.*

8 *Hoc præceptum eſt iuri diuino cõſentaneum.*

9 *Quando ſatisfit huic præcepto.*

10 *Alia actiones ſacræ in die feſto an ſint in præcepto.*

11 *Si omittatur ſuſcipere corpus Chriſti in die paſchatis, an ſit contra hoc præceptum.*

12 *Peccare mortaliter in die feſto, an ſit contra hoc præceptum.*

Affirmatiua opinio num. 13. 14. & 15.

Negatiua opinio num. 16. 17. 18. 19. & 20.

Auctoris opinio à num. 21. vſq; ad finem.

Præceptum de ſanctificatione Sabbati quid in ſe formaliter contineat.

CAP X.

1 SVpponendum primò, quod quãuis finis omnium præceptorũ Decalogi, ſit cultus, & dilectio erga Deum; nihilominus finis præcepti non eſt in præcepto, ſed in præcepto ſunt media, per quæ ad dilectionẽ peruenitur, *Caietan. 2. 2. quæſt. 122. art. 4. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 4. art. 4. col. 5. in fine verſ. 4. arguitur.*

2 Suppono ſecundò, quod in lege veteri, in ſollemnitate Sabbati, Deus colebatur in exteriori quiete ab operibus ſeruilibus, quæ quies optimũ medium exiſtimatur ad remouenda impedimenta, quæ nos abſtrahere à Dei contemplatione poſſunt, *Caiet. ad D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. in prin. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. q. 4. art. 4. col. 2. verſ. 2. concluſio.*

3 Ethnicos etiam ferias Dijs indictas in operum ceſſatione ſeruaſſe docemur ex *Macrob. ſaturnal. lib. 2. cap. 16.* cuius verba ſunt iſta. *Affirmabant autem Sacerdotes pollui ferias, ſi indictis, cõceptiſque opus aliquod fieret.*

4 In lege quoque noua præceptum de ſanctificatione feſtorum quamuis tendat ad dilectionem Dei, nihilominus formaliter in ſe, eſt de cultu exteriori, qui completur ex ſola ceſſatione ab operibus ſeruilibus, *Diu. Thom. & Caiet. d. art. 4.* plenè *Suarez de religione to. 1. lib. 2. c. 1. n. 5. & 7.*

6 His

Digitized by Google

5 His ita ſuppoſitis, dicendũ eſt, pro obſeruantia feſti duo eſſe præcepta; Primum audire miſſam; Secundum ceſſatio ab operibus.

6 Primum præceptum probatur in *cap. miſſas, et cap. quãdo, & cap. qui die ſolemni de conſecr. diſt.* 1. in quibus cum nõ ſtatuatur, ſed ſupponatur miſſæ præceptum ex vniuerſali ſuppoſitione, & traditione Eccleſiæ, meritò ab Apoſtolorum tempore cæpiſſe iure ſcribit *Suarez de relig. to.* 1. *lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 3. *&* 4.

7 Obligat hoc præceptum ſub pœna peccati mortalis, quoties intermittitur, etiam ſi intermittatur ex ſimplici negligentia citrà contemptũ *Paludan. in* 4. *diſt.* 15. *queſt.* 5. *art.* 1. *D. Anton. par.* 2. *tit.* 2. *c.* 10. §. 1. *Abulenſ. Exod. cap.* 20. *Suarez loc. cit & fuſiùs in* 3. *par. to.* 3 *diſp. vlt. ſect.* 1. *Abb. in c.* 1. *nu.* 18. *de vit. & honeſt. cler. Lapus alleg.* 58. *Nauar. in Manual. c.* 21. *nu.* 2.

8 Eſt enim hoc præceptum Iuri Diuino ſatis cõſentaneũ, vt probat *Suarez d. cap.* 15. *nu.* 1. *Gratian. deciſ. Marchię* 21. *num.* 2.

9 Satisfit huic præcepto quocunque tempore Miſſa celebretur, ſiuè ſummo manè, ſiuè in ortu diei, ſiuè poſt meridiem, ſi aliqua ratione celebrari contingat, *Suarez d. cap.* 15. *nu.* 5:

10 Miſſa excepta, aliæ actiones ſacræ in die feſto non sũt in præcepto, Eccleſia enim præter Miſſam, & ceſſationẽ ab opere, nihil aliud pro obſeruantia feſti requirit *cap.* 1. *& 3. de ferijs, D. Thom. & Caiet. & alij citati ſupra nu.* 2.

11 Ideò ſi ſuſceptio ſacri corporis omittatur etiam in die Paſcatis, peccatum erit contra præceptum *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* nõ autem contra tertium præceptum Decalogi de feſtis colendis, *Suarez d. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. eadẽ quoq; ratione, præceptum ſeruandi feſtum nõ inducit obligationem audiẽdi concionem, vt dictum eſt ſupra *lib.* 5. *cap.* 1. Sicuti neque inducit obligationem confitendi peccata, neque contritionis, vel attritionis, *Caiet. et Sot. loc. cit. Armill. Roſell. & Syl ueſt. in verb. Dominica, Suarez*, qui teſtatur de communi *d. cap.* 16. *num.* 14. vbi reprobat *Angelum* contrarium tenentem.

12 Dubium eſt, an peccatum mortale, veluti fornicatio, aut aliud commiſſum in die feſto, dicatur contra præceptũ feſti, ità vt inducat circum-

Digitized by Google

stantiam necessariò confitendam?

13 Affirmatiuam opinionem probare videtur *D. Tho. 2.2. q.122.art.4.in respon.ad tertiũ*, quatenus ait, quod magis agit contra hoc præceptum, qui peccat in die festo, quàm qui aliud corporale opus licitum facit, quia magis homo impeditur in rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis corporale, & eamdem opinionem ex professo probat, *Scot.in 3.dist.27.& 37.D.Bonauent.3.dist.37.* quatenus ait hoc præcepto præcipuè prohiberi opera carnalia, *Abulẽs. in Exod. cap.20. quæst.11.& 12. Gabr.dist.37. quæst. vnica art.1.num.5. §. quorum distinctio in fin. Medin. in c. de oratione quæst.10.& 19. Maior in 3.dist.17.quæst.4. Angel.in sum. verb.feriæ num.36.& verb. interrogationes circa tertium præceptum num.5. Rosell: in verb. confessio 2.n.7. Cordub.in quæst. lib.1. quęst.6.* qui pro hac opinione pugnat adeò, vt contrariam dicat non esse satis tutam.

14 Huius opinionis fundamẽta sunt infrascripta. Primũ delumitur ex *c.consider.de pœn. dist.5*: vbi prius ait ad pœnitentiam considerandam esse circumstantiam temporis, si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate Sanctorum, & in tempore ieiunij.

Secundũ ex *D. Augu.lib.de decem chordis cap.3.* cuius verba sunt ista. *Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quàm si in Theatro seditiosus existeret, & melius eorum fœminę in Sabbato lanam facerent, quàm quod tota die in Nomenijs suis impudicè saltarent.* Quæ verba planè indicant saltim minus esse malum in festo laborare, quàm theatro, vel tripudijs adesse.

15 Tertiũ ex *cap.1.& 3.de feriis*, vbi statuitur cessandum esse in die festo ab omni opere seruili, sed opus peccati est non solum seruile, sed oppositum obseruantiæ festi, ergò.

16 Contrariam opinionem ex Theologis tenent *D. Tho. in 4.dist.32.art.5.quæst.2.* vbi expressè ait tempus diei festi nõ esse circumstantiam, quæ trahit actum in nouam speciem peccati, *Caiet.2.2.q.122 art.4.in princ.* & iterum *1.2. q.7.art.1.* & in *sum.verb.festũ violatio, Sot.in 4.dist.18.q.2. art.4.& iterum de iust.& iur. lib.2.quæst.4.art.4. Victorell.in sum.de sacram.tit.de consecrat. nu.195. Alma.in 4.dist.17.q.1. Bellarm. in controuers. de cultu Sanctorum cap.10. in 4.propos.*

Syl-

Sylueſt. in ſum. verb. Dominica quæſt. 8. diſt. 4. Armill. in verb. feriæ num. 12. Angleſ. in flor. q. 9. & hanc eamdem opinionem ex Iureconſultis probãt *Nauar. in cap. conſideraſti n. 22 de pœnit. diſt. 5. in princ. Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 5. nu. 3. & iterum verb. reſolutio lib. 4. c. 19. in fin. & Guttierez canon. quæſt. cap. 13.*

17 Probatur primò, quia præceptum de ſeruando Sabbato propriè, & formaliter ſecũdum ſe conſiſtit in ceſſatione ab opere ſeruili, *Exod cap. 20. Leuitic. cap. 23. cap. 1. & 3. de feriis*. At peccata non ſunt opera ſeruilia, niſi miſticè D. *Thom. in 3. diſt. 37. art. 5. q. 2. ad ſecundũ*, ergò. Et quidem ſi eſſet opus ſeruile, ſequeretur, quod copula cõiugalis in die Feſto non eſſet licita, cuius contrarium probat ex multis *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 12. num. 5. cum ſeq.*

18 Hinc nõ obſtat, quod qui facit peccatum fit ſeruus peccati, *Io. cap. 8.* quia cum (vt ſupra dictum eſt) hoc ſit intelligendum miſticè, præcepta Decalogi non obligant ſecundum intelligentias miſticas, & metaphoricas, ſed ſecũdum ſenſum litteralem, *D. Thom. d. art. 4. in reſponſ. ad primum, & in finalibus verbis*, aliàs ſequeretur, quod hoc præceptum de ſacrificatione feſtorum obligaret etiam in eo, in quo eſt ceremoniale, cuius cõtrarium docet idem *D. Tho. loc. mox cit.*

19 Probatur ſecundò, quod aliud eſt, quod præcipitur, aliud propter quod præcipitur, *D. Thom. par. 2. q. 92. art. 3. ad 2. & art. 9. ad 2.* cum alijs, quos plenè refert *Couar. in c. alma mater §. in princ.*

20 Sic videmus, quod finis ieiunij eſt carnis maceratio, & tamen ex præcepto ieiunandi nõ obligamur ad flagella, & diſciplinas, *Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 12. nu. 5.* ergo quamuis finis ſanctificationis Sabbati ſit, vt abſque impedimẽto cultui diuino vacare poſsimus, tamen hæc impedimẽta non sũt ipſi præcepto.

21 Ego arbitror totam hanc inter Doctores controuerſiã ſubiectis duabus, concluſionibus poſſe complanari.

Prima ſit concluſio. Peccans in die Feſto magis peccat contra præceptum Feſti, quàm qui facit opus ſeruile in die Feſto, quia per peccatũ magis impeditur à rebus Diuinis, quam per exercitium corporale, *D. Th. art. 4. in reſp. ad tertium verſ. & quia magis.*

22 Hoc autem debet intelligi non eo, quia ex præcepto ſeruandi Feſtum ſit ſpeciali-

Digitized by Google

ter inhibitum peccatum, ſed quia ſanctitas temporis inducit maiorem malitiam, & deformitatem, quia peccans videtur abuti tempore ſanctificato, *Suarez d.cap. 19. ſub num. 12. & 14.*

23 Secunda concluſio. deformitas cõtenta in peccato facto die feſto, non inducit nouam malitiam, ſed continetur intra eãdem peccati ſpeciem, nec tranſit in ſacrilegiũ *D.Tho. in 3. diſt. 37. art. 5. q. 2. ad ſecundum*, & conſequenter non facit circumſtãtiam neceſſariò confitẽdam, *Bellarm. d.cap. 10. in 4. propoſ. verſ. reſpõdeo, Suarez loc. citato.*

24 Ratio eſt, quia peccatum in die feſto non tendit directè contrà obſeruantiam feſti, & quamuis indirecte pariat aliquod impedimẽtum, nihilominus non reddit hominem prorsùs ineptum ad cultum, quia poteſt peccator poſt peccatum audire miſsã, intereſſe concioni, orare, & alia ſimilia facere, etiam ſi vltrà peccatum ſit excõmunicatus, *cap. qui ſtudet verb. miſſioni 1. queſt. 1.* & latiùs explicat *Suarez d. cap. 19. num. 9. & 10.*

25 Prætereà nõ tenemur omnes diei feſti partes æqualiter reuereri, niſi quoad ceſſationem operum, in reliquis verò, dempta Miſſa, ad alias actiones ſacras minimè tenemur, vt dictum eſt ſupra.

26 Hæc concluſio limitatur nè procedat, vbi peccatum perpatratum in die feſto, fieret in contemptum feſti; tũc enim tranſiret in ſacrilegium declarandum ſpecialiter in confeſsione, quia ex intẽtione formali opponitur Diuino cultui, *D.Thom. q.ij. de malo, art. 6. ad ſecundum, Sot. de iuſt. & iur. q. 4. ar. 4. Victor. in ſum. de ſacram. q. 4. nu. 195. Suarez loc. cit. nu. 16.*

27 In contemptum autem feſti dicitur fieri, quando fit contrarium, vt legi cõtraueniat, & nè illi ſubijciatur, vel vt feſtum paruipẽderet, *Suarez de matrim. lib. 9. quæſt. 12. nnm. 6.*

SVMMARIVM:

1 *Summus Pontifex indicere poteſt feſtum ſeruandum per totum orbem.*

2 *Summus Pontifex an poſſit indicere feſtum ſeruandum in aliqua Diœceſi.*

3 *Concilium Generale an poſſit indicere feſtum in Eccleſia vniuerſali.*

4 *Epiſcopi poſſunt indicere feſta ſeruanda in ſuis Diœceſibus.*

5 *Concilium prouinciale poteſt indicere feſtũ in tota prouincia.*

6 *In*

Digitized by Google

6 *In Festo indicto authoritate Episcopi, vel Concilij prouincialis, an sit necessaria confirmatio Sedis Apostolicæ.*

7 *Episcopus an possit indicere festũ Sancti adhuc non canonizati. Cleri consensus an requiratur in indicendo festo in Diœcesi nu.* 8.9.10. *& 11. Et an requiratur populi consensus nu.* 12.13.14. *& 15. Et quid dicendum sit, quando Clerus, & populus contradicit nu.* 16.17.18. *& 19. Auctoris opinio. nu.* 20. *& 25. Intellectus* cap. finali de ferijs. *nu.* 21.22. *& 23.*

26 *Festa indicta ab Episcopo sunt seruanda etiam à Regularibus.*

27 *Episcopus pro obseruantia festorum an possit imponere nouã pœnam.*

28 *Festum indictum ab Episcopo, etiam populo, & Clero cõtradicentibus non potest cõtemni.*

29 *Episcopus an possit apponere pœnam excommunicationis contra non seruantes festa.*

30 *Episcopus non debet indicere festum in sua Diœcesi nisi ex causa rationabili.*

31 *Quæ sit ratio ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in vno loco, quam in alio. Causę propter quas potest indici festum nu.* 32.33. *& 35.*

34 *Ciuitas Neapolitana solemni ritu bis in anno celebrat festũ Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris.*

36 *Prouida dispositio Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. & Sacræ Congregationis Rituum super obseruantia festorum.*

Quis possit indicere Festum in honorem Dei.

CAP. XI.

1 DE Summo Pontifice nulla est dubitatio quin possit indicere festum, seruandum de necessitate per totum Christianum orbem: nam cum ipse solus in Orbe toto iurisditionem spiritualem obtineat, *c. cuncta per Mundum* 40. *dist. cap. fin. de constit.* viceſque Dei gerat in terris, *cap. quam graui de crim. falsi, cap. vlt. de pact. in* 6. sequitur quod cum facultas indicendi festum sit mere spiritualis, eo quod directè, & immediatè ad bonum animæ referatur, *Butr. in cap. fin. sub nu.* 17. *de ferijs, cum alijs per Suarez de Religione tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. ad eum solum pertinet indicere festum in tota Ecclesia in Dei honorẽ seruandum, *cap.* 2. *& fin. de ferijs, cap.* 1. *de reliquijs, & venerat. Sanctorum lib.* 6. *clem.* 1. *eod. tit. cap.* 1. *de consecrat. dist.* 3. *& ibi Turrecrem. num.* 23. *in fin. vers.*

Digitized by Google

verſ. ad tertiam D. Ant. par. 2. tit. 9. cap. 7. § 1. Suarez loc. cit.

2 Dixi de feſtis in tota Eccleſia ſeruandis, quia licet Summus Pontifex eadem facultate poſſit indicere feſtum ſeruandum in aliqua Diæceſi, vel loco particulari, hoc tamen facere non conſueuit, ſed ad ſummum in dicta eadem facultate ab Epiſcopis confirmare ſolet, *Suarez lib. 2. cap. 11. nu. 4.*

3 Quæ dicimus de Summo Pontifice, procedũt etiam in Concilio Generali legitimè congregato, nam, & illud poteſtatem habet indicendi feſta in Eccleſia vniuerſali, non ſecus ac faciendi alia, quæ ad ſpiritualem pertinent poteſtatem, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3 Suarez loc. cit. Sayr. in claui Regia, lib. 7. cap. 3. nu. 16.*

4 Eadem ratione qua Summus Pontifex, & Concilium poſſunt indicere feſtum ſeruandum in Eccleſia vniuerſali, Epiſcopi poſſunt indicere feſtum ſeruandum in ſuis Diæceſibus, nàm & ipſi habent ſpiritualem poteſtatem, à qua indicendi facultas dependet, *d. cap. fin. de ferijs, & ibi Doctores communiter Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de regular. Suarez, & Sayr. locis cit. ille nu. 4. hic ſub nu. 16.*

5 Multoque magis Conciliũ Prouinciale, nàm & illud habet poteſtatem indicendi feſtum in tota Prouincia, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.* quæ eſt diſpoſitio Cõcilij Prouincialis Lugdunenſis.

6 Et vbi feſtum in Prouincijs, aut locis particularibus eſt indictum auctoritate Epiſcopi, ſeu Concilij Prouincialis, non eſt neceſſaria confirmatio Apoſtolica, *Suarez, & Sayr. loc. cit.* ſufficit enim ad actum ſubſtinẽdum, quod fiat auctoritate iuris, *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult.*

7 Dubitatur primò, an Epiſcopus poſsit indicere feſtum Sancti adhuc non canonizati? & quidem licèt olim eſſet de hoc aliqua controuerſia inter Doctores, hodiè tamen cõueniunt omnes, quod quẽ admodum nemo poteſt Sanctum canonizare niſi Pontifex Summus, *cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.* ità nemo præter eum poteſt indicere feſtum etiam in loco particulari ſeruandum, ità *gloſ. in d. cap. 1. verb. ſedis, & ibi Gemin. num. 12. Franch. nu. 3. & iterum gloſ. in cap. 1. verb. feſtiuitates de conſecratione diſt. 3. Innoc. in cap. 1. num. 3. de fer. & ibi Hoſt. num. 11. Ioan. Andr. nu. 8. Abb. num. 3. verſ. & hoc intelligo, Imol. num. 3. Bertrand. conſ. 285. vol. 3. par. 2. alias lib.*

Digitized by Google

6. *D. Anton. par. 3. tit. 12. cap. 8. §. 1. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 49. nu. 9.* estque nouissimè declaratum, & præceptum Decreto Sacræ Congregationis Rituum auctoritate Sanctissimi confirmatũ, & impressum in principio Breuiarij.

8 Dubitatur secundo an solus Episcopus possit indicere festum seruandum de necessitate in sua Diœcesi? & quoniam ex *cap. fin. de fer.* videtur requiri consensus cleri, & populi, ideò facilioris doctrinæ gratia quærendum primò. An requiratur consensus Cleri? Secundò an requiratur consensus Populi? Quoad primũ consensum Cleri esse necessarium fatentur, *Butr. in d. c. fin. sub nu. 17. ibique Imol. num. 3. Abb. num. 3. & Barbat. nu. 5. Suarez d. cap. 21. nu. 7. Cassan. de glor. mund. considerat. 48. Genuen. in praxi cap. 51. Azor. Moral. inst. par. 1. lib. 1. cap. 26. q. 3.*

9 Ducuntur ex *text. in d. cap. fin. de ferijs*, vbi postquam Sũmus Pontifex recensuit festa seruanda de præcepto in Ecclesia vniuersali, subiecit cæteras solemnitates, quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero, & populo duxerint sollemnirer venerandas, cum quo *textu* cõcordat etiam *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

10 Secundò, quia in indictione festi, agitur de præiudicio Cleri, qui cogitur ad obseruãtiam, ergò debet audiri, prout in rebus, in quibus agitur de eius interesse *cap. gesta, & cap. vbi dist. 74.*

11 Contrarium puto verissimum, quia absoluta propositio est, quod in concernentibus cultum, & fauorem animarum iurisditio Episcopi est libera, *cap. cum sit generale de for. comp. cap. 2. & cap. nouit de iudic. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* At indicere festum in honorem Dei, & Sanctorũ concernit directè, & immediatè Dei cultum, & fauorem animæ, vt fatentur *Butr. & alij supracitati*, ergo, & hæc sententia placuit *Rotæ in Vlisbonen. Tabernariorũ x. Martij 1614. coram Dunozet.*

Non obstat *text. in cap. fin. de fer. & in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* quia respondebitur infrà.

12 Quo verò ad secundum, An requiratur consensus populi? non nulli sunt dispiciendi casus. Primus vbi populus non dissentit, & omnes conueniunt, Episcopum solum posse indicere festum seruandum in sua Diœcesi, quia sufficit consensus tacitus, *Imola, Abb. & Barbatius in d. cap. fin. Cassan. de glor. mundi par. 3.*

con-

consid.48. vers. quoniam in his Suarez d.cap.11. Azor.moral. inst.par.1.lib.1.cap.26 quæst.2. & hic quidem consensus semel à populo præstitus, non potest amplius reuocari, *Suarez d.cap.11.nu.9. vers.hac autem locum habent.*

13 Quin consensus huiusmodi transit ad eos, qui succedunt de populo, ità vt teneantur seruare festa, quibus consensere maiores eorum, *Nauar. in manual.cap.12.nu.79. Medina 1.2.q.90.ar.3. Lopez, Rodriq.& alij*, quos refert, & sequitur *Sayr. in claui Regia, lib.7.cap.3.nu.19.*

14 Secundus est casus, quãdo conuenit Episcopus cum clero, reliquus verò populus contradicit, & tunc etiam potest Episcopus indicere festũ, quia ipse simul cum clero faciunt ad hunc effectum maiorem partem, vt benè considerat *Suarez d cap.11.nu.9.*

15 Tertiùs est casus, vbi contradicit clerus, & populus, sed cõtradictio est iniusta, veluti quia agitur de indicendo festum alicui Sancto loci oriũdo, & tunc pariter potest Episcopus contradictionem, veluti inuidam reijcere, & festum indicere seruandum de necessitate, *glos. in d. cap.1. in fin. de consecration. distinct. 3. Abb. in d.cap.fin.num. Cassan.d.consider.48. vers.dicto tamen Abb. Genuen.in prax.c.51. Suarez loc. cit.*

16 Quartus est casus, vbi cõtradicit clerus, & populus, & non apparet de iniustitia cõtradictionis, & tunc duæ sunt opiniones. Prima, quod Episcopus nequeat hoc festum indicere, quam tuentur *Archid.in d.cap.1. sub nu.4. de consecrat.dist.3. Abb.in d.cap.fin. sub n.4. ibique Imol & Barbat. Ang.in verb.festum nu.5. Tabien.nu.10. Syluest.in verb.Dominica nu.3. D.Anton.in sum. par.2. tit.9. cap.7. §.1. Suarez d.cap.11.nu.7.& 8. Sayr.in claui Reg.lib.7.cap.3.nu.16. vers. 3.propositio.*

17 Mouentur tum ex *d.c. fin. de fer.& ex d.cap.1. de consecrat. dist.3.* tum etiam ex argumẽto ab interesse populi, quia cogitur illa die ab opere cessare.

18 Pro resolutione supponendũ primò, quod festum quandoque indicitur quoad officium, nempè vt de Sãcto recitetur officium, & missa celebretur, & tũc dubio procul non requiritur consensus populi, quia functio diuinorum officiorum non pertinet ad ipsum.

19 Quandoque indicitur sollemniter, ità vt Clerus teneatur recitare officium, & celebrare

brare missam, populus verò tenetur missam audire, & ab opere cessare, & tunc dicitur festum venerari cum Clero, & populo, *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3.*

20 Hoc stante, perpensa dispositione Iuris, arbitror Episcopum libere posse indicere festum, vtroque modo, quia, ex ratione supra deducta, nõpè quia eius facultas, quo ad hoc non est limitata, vt *Suarez, & alij*, qui contrariam sententiam opinantur, sed libera, ex *cap. cum sit generale de for. comp.*

21 Non obstat *tex. in d. cap. fin.* nam verba illa *cum Clero, & populo* non sunt adiecta ad significandum cõsensum Cleri, & populi requiri ad effectum; vt Episcopi possint festum indicere, sed ad significandum, festum non esse de præcepto, & consequenter non obligare ad obseruantiam, nisi quando indicitur solemniter, ità, vt Clerus teneatur recitare diuina, populus verò missam audire, & ab operibus abstinere, quam sensum ante nos visus est sentire *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3. Cassan. d. consid. 48.*

22 Redditur hoc intellectus clarior ex sequentibus eiusdẽ textus verbis, dum ait, *quibus vtique solemnibus festis vsque adeò conuenit obseruari, vt consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneatur.*

23 Ex quibus patet, quod tota illius textus dispositio tendit ad declarandum quæ festa debeant seruari, non autẽ quis possit indicere festum, & consequenter verba illa, *cum Clero, & populo* non possunt referri ad potestatẽ indicendi festum.

24 Non obstat secundum argumentum, quia interesse populi non tollit Episcopo facultatem, quam habet, quãuis operetur, q. Episcopus debebat illud præ oculis habere, nè inducatur ad victus necessitatem, quæ iusta est causa, vt Episcopus abstineat, cum necessitas operatur, vt die festo possit cum populo dispensari *d. c. fin. in fin.*

25 Ex his remanet constitutum, quod solus Episcopus etiam Clero, & populo reclamante festum in sua Diœcesi seruandũ indicere potest, tã ex dispositione Iuris, quàm ex consuetudine, quam valere scribunt *Suarez d. cap. 11. num. 5. Azor. cap. 26. quæst. 4.*

Quæ conclusio extẽditur, Primò, vt procedat citrà difficultatem in festis, quæ indicuntur in synodo, *Rota in Vlisbonen. Tabernariorum 5. Maij 1611. & 28. Maij 1612*

Digitized by Google

coram Penia apud Farinac. tom. 2. Consil. decis. 327. & 361 & in eadem 10. Martij 1614. coram Dunozet, & decis. 757. par. 2. in recent.

26 Extenditur secundò, vt festa indicta per Episcopum sint seruanda etiam à Regularibus; *Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de regular.*

27 Extenditur tertiò, vt possit Episcopus adiuuando Canones addere nouam pœnam pro obseruantia festorum, etiam pecuniariam, & cõtra laicum, *Abb. in cap. licet nu. 8. de offic. iud. deleg. Felin. in cap. irrefragabilis. num. 5. vers. prima conclusio, de offic. ordin. Rot. in d. V lisbonen. coram Dunozet.*

28 Extenditur quartò, vt festum indictum ab Episcopo etiam Clero, & populo contradicente, non possit contẽni, sed qui de eo sentiunt se grauatos possunt ad superiorem recurrere, *Suarez d. c. 11. nu. 7. vers. quod si grauis* quid quid in contrarium scripserit *Sayr. loc. cit. nu. 16. in fine.*

29 Eadem cõclusio, vt supra extensa limitatur primò, vt contra non seruantes festa nõ debeat Episcopus apponere pœnam excommunicationis, *Rot. d. decis. 327. & 361. & in coram Dunozet loc. cit.*

30 Limitatur secundò, vt quãuis Episcopus possit ipse solus festum in sua Diœcesi indicere, & indictum afficiat, & obliget ad obseruantiam, nihilominus non debet indicere, nisi ex causa rationabili; *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

Ratio est, tũ quia sicut natura nõ multiplicat entia sine causa, ità prudentes Reipublicæ Gubernatores, sine causa nouum constituere non debent *l. in nouis ff. de const. Prin. l. ex facto circà principium ff. de vulg. & pupill.* præsertim, quando nouitas infert grauamen, *l. solent C. noua vectigal.* tum etiam, quia festorum multiplicitate populus aduictus angustiã reducitur, quæ si iusta causa reputatur, vt ab obseruantia festi indicti dispensetur *c. 3. & fin. de ferijs*, multo magis reputari debet causa iusta, ne festa noua inducantur, *Sayr. d. cap. 3. nu. 16. propè fin.*

31 Causas autem indicendi nouum festum, antequam dicamus, supponendum primò dari rationem, ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in vno loco, quàm in aliò, nàm Ecclesia in colenda Sanctorum memoria non tá respicit gradum honoris, quẽ habuerunt in terris, quàm vtilitatis ab eo acceptæ, vt pluribus probat *Bellarm. in controuers. de Rom. Pont. lib. 1.*

cap.

Digitized by Google

cap. 27. pag. 708. in fine, vers. denique.

32 Hoc dato, causæ propter quas potest indici festum Sãcto canonizato, sunt quæ sequuntur. Prima si agatur de decernendo festo Sancto Titulari, seu Patrono, *glos. in d.c. 1. de consecrat. dist. 1. Abb. in c. fin. num. 5. & ibi Barbat. de fer. Cassan. de glor. mundi par. 3. cõsid. 48. vers. quod si populi, Suarez d. cap. 11. sub nu. 10.*

33 Secũda ob insigne aliquod beneficium acceptum à Sancto, potest illi festum anniuersarium indici *l. 1. ibi pro rebus feliciter gestis, C. de ferijs, Suarez loc. cit.*

34 Hac ratione Ciuitas Neapolitana sollemni ritu bis in anno celebrat festum Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris, ob insignia beneficia precibus illius a Deo accepta.

35 Tertia potest dari causa, si agatur de indicendo festo Dedicationis Ecclesiæ, *cap. 1. de consecrat. dist. 3.* nam non solum in veteri lege dies Dedicationis Ecclesiæ culta fuit, vt dictum est supra *cap. 1.* sed apud Gentiles veneration fuisse, docemur ex *l. si interueniente 12. ff. ad senat consult. Turpill.* ibi, *honorem domus diuinæ*, qua ratione celebrari potest non obstante, quod eadẽ die celebratur festum Ecclesiæ Metropolitanæ, vt in facti contingentia, me tunc informante censuit *Rota in Caesaraugustana dedicationis 9. Iunij 1614. coram bon. me. Cardinali Verospio.* Idque cum publica solemnitate, vt fuit resolutũ in eadem causa 18. Decembris 1617. coram Manzanedo.

36 Cæterùm, quamuis prædicta de iure rectè procedant, nihilominus, quia quotidiana experientia docemur hodiè pauperes grauari, vt festa ab Ecclesia vniuersali in dicta propter inopiã vix posse seruari, meritò S. Rituum Congregatio eius decreto confirmato à Sanctissimo D.N. Vrbano Papa VIII. Episcoporũ facultatem in addendis festis coarctauit, & à pietatis cultu nõ recedens, ad terminos humanæ necessitatis reduxit. Decreti autem verba leguntur in Breuiario nuper impresso auctoritate Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. post eius constitutionem de Breuiarij emendatione.

SVMMARIVM.

1 *Princeps secularis non habet facultatem indicendi festum in honorem Dei, vel Sanctorum.*

2 *Hoc idem dicunt Lutherani, &*

Digitized by Google

stantiam necessariò confitendam?

13 Affirmatiuam opinionem probare videtur *D. Tho. 2.2. q.122.art.4.in respon.ad tertiũ*, quatenus ait, quod magis agit contra hoc præceptum, qui peccat in die festo, quàm qui aliud corporale opus licitum facit, quia magis homo impeditur in rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis corporale, & eamdem opinionem ex professo probat, *Scot.in 3.dist.27.& 37.D.Bonauent.3.dist.37.* quatenus ait hoc præcepto præcipuè prohiberi opera carnalia, *Abulẽs. in Exod. cap.20. quæst.11.& 12. Gabr.dist.37. quæst. vnica art.1.num.5. §. quorum distinctio in fin. Medin. in c. de oratione quæst.10.& 19. Maior in 3.dist.17.quæst.4.Angel.in sum. verb.feriæ num.36.& verb. interrogationes circa tertium præceptum num.5. Rosell: in verb. confessio 2.n.7. Cordub.in quæst. lib.1. quæst.6.* qui pro hac opinione pugnat adeò, vt contrariam dicat non esse satis tutam.

14 Huius opinionis fundamẽta sunt infrascripta. Primũ delumitur ex *c.consider.de pœn. dist.5*: vbi prius ait ad pœnitentiam considerandam esse circumstantiam temporis, si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate Sanctorum, & in tempore ieiunij.

Secundũ ex *D. Augu.lib.de decem chordis cap.3.* cuius verba sunt ista. *Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quàm si in Theatro seditiosus existeret, & melius eorum fœminę in Sabbato lanam facerent, quàm quod tota die in Nomenijs suis impudicè saltarent.* Quæ verba planè indicant saltim minus esse malum in festo laborare, quàm theatro, vel tripudijs adesse.

15 Tertiũ ex *cap.1.& 3.de feriis*, vbi statuitur cessandum esse in die festo ab omni opere seruili, sed opus peccati est non solum seruile, sed oppositum obseruantiæ festi, ergò.

16 Contrariam opinionem ex Theologis tenent *D. Tho. in 4.dist.32.art.5.quæst.2.* vbi expressè ait tempus diei festi nõ esse circumstantiam, quæ trahit actum in nouam speciem peccati, *Caiet.2.2.q.122 art.4.in princ.* & iterum *1.2. q.7.art.1.* & in *sum.verb.festũ violatio, Sot.in 4.dist.18.q.2. art.4.& iterum de iust.& iur. lib.2.quæst.4.art.4. Victorell.in sum.de sacram.tit.de consecrat. nu.195. Alma.in 4.dist.17.q.1. Bellarm. in controuers. de cultu Sanctorum cap.10. in 4.proposit.*

Syl-

Digitized by Google

Sylueſt. in ſum. verb. Dominica quæſt. 8. diſt. 4. Armill. in verb. feriæ num. 12. Angleſ. in flor. q. 9. & hanc eamdem opinionem ex Iureconſultis probãt *Nauar. in cap. conſideraſti n. 22 de pœnit. diſt. 5. in princ. Couarr. in cap. alma mater par. 1. §. 5. nu. 3. & iterum verb. reſolutio lib. 4. c. 19. in fin. & Guttierez canon. quæſt. cap. 13.*

17 Probatur primò, quia præceptum de ſeruando Sabbato propriè, & formaliter ſecũdum ſe conſiſtit in ceſſatione ab opere ſeruili, *Exod cap. 20. Leuitic. cap. 23. cap. 1. & 3. de feriis*. At peccata non ſunt opera ſeruilia, niſi miſticè D. *Thom. in 3. diſt. 37. art. 5. q. 2. ad ſecundũ*, ergò. Et quidem ſi eſſet opus ſeruile, ſequeretur, quod copula cõiugalis in die Feſto non eſſet licita, cuius contrarium probat ex multis *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 12. num. 5. cum ſeq.*

18 Hinc nõ obſtat, quod qui facit peccatum fit ſeruus peccati, *Io. cap. 8.* quia cum (vt ſupra dictum eſt) hoc ſit intelligendum miſticè, præcepta Decalogi non obligant ſecundum intelligentias miſticas, & metaphoricas, ſed ſecũdum ſenſum litteralem, *D. Thom. d. art. 4. in reſponſ. ad primum, & in finalibus verbis*, aliàs ſequeretur, quod hoc præceptum de ſanctificatione feſtorum obligaret etiam in eo, in quo eſt ceremoniale, cuius cõtrarium docet idem *D. Tho. loc. mox cit.*

19 Probatur ſecundò, quod aliud eſt, quod præcipitur, aliud propter quod præcipitur, *D. Thom. par. 2. q. 92. art. 3. ad 2. & art. 9. ad 2.* cum alijs, quos plenè refert *Couar. in c. alma mater §. in princ.*

20 Sic videmus, quod finis ieiunij eſt carnis maceratio, & tamen ex præcepto ieiunandi nõ obligamur ad flagella, & diſciplinas, *Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 12. nu. 5.* ergo quamuis finis ſanctificationis Sabbati ſit, vt abſque impedimẽto cultui diuino vacare poſsimus, tamen hæc impedimẽta non sũt ipſi præcepto.

21 Ego arbitror totam hanc inter Doctores controuerſiã ſubiectis duabus, concluſionibus poſſe complanari.

Prima ſit concluſio. Peccans in die Feſto magis peccat contra præceptum Feſti, quàm qui facit opus ſeruile, in die Feſto, quia per peccatũ magis impeditur à rebus Diuinis, quàm per exercitium corporale, *D. Th. art. 4. in reſp. ad tertium verſ. & quia magis.*

22 Hoc autem debet intelligi non eo, quia ex præcepto ſeruandi Feſtum ſit ſpeciali-

ter inhibitum peccatum, ſed quia ſanctitas temporis inducit maiorem malitiam, & deformitatem, quia peccans videtur abuti tempore ſanctificato, *Suarez d.cap.19.ſub num.12.& 14.*

23 Secunda concluſio. deformitas cõtenta in peccato facto die feſto, non inducit nouam malitiam, ſed continetur intra eãdem peccati ſpeciem, nec tranſit in ſacrilegiũ *D.Tho.in 3.diſt.37.art.5.q.2. ad ſecundum*, & conſequenter non facit circumſtãtiam neceſſariò confitẽdam, *Bellarm. d.cap.10.in 4.propoſ.verſ.reſpõdeo, Suarez loc. citato.*

24 Ratio eſt, quia peccatum in die feſto non tendit directè contrà obſeruantiam feſti, & quamuis indirecte pariat aliquod impedimẽtum, nihilominus non reddit hominem prorsùs ineptum ad cultum, quia poteſt peccator poſt peccatum audire miſsã, intereſſe concioni, orare, & alia ſimilia facere, etiam ſi vltrà peccatum ſit excõmunicatus, *cap. qui ſtudet verb. miſſioni 1.queſt.1.* & latiùs explicat *Suarez d. cap.19. num. 9. & 10.*

25 Prætereà nõ tenemur omnes diei feſti partes æqualiter reuereri, niſi quoad ceſſationem operum, in reliquis verò, dempta Miſſa, ad alias actiones ſacras minimè tenemur, vt dictum eſt ſupra.

26 Hæc concluſio limitatur nè procedat, vbi peccatum perpatratum in die feſto, fieret in contemptum feſti; tũc enim tranſiret in ſacrilegium declarandum ſpecialiter in confeſsione, quia ex intẽtione formali opponitur Diuino cultui, *D.Thom. q.ij. de malo, art.6.ad ſecundum, Sot. de iuſt. & iur.q.4.ar.4.Victor.in ſum. de ſacram.q.4. nu.195. Suarez loc. cit.nu.16.*

27 In contemptum autem feſti dicitur fieri, quando fit contrarium, vt legi cõtraueniat, & nè illi ſubijciatur, vel vt feſtum paruipẽderet, *Suarez de matrim. lib.9. quæſt.12. nnm. 6.*

SVMMARIVM:

1 *Summus Pontifex indicere poteſt feſtum ſeruandum per totum orbem.*

2 *Summus Pontifex an poſſit indicere feſtum ſeruandum in aliqua Dioeceſi.*

3 *Concilium Generale an poſſit indicere feſtum in Eccleſia vniuerſali.*

4 *Epiſcopi poſſunt indicere feſta ſeruanda in ſuis Dioeceſibus.*

5 *Concilium prouinciale poteſt indicere feſtũ in tota prouincia.*

6 *In*

Digitized by Google

6 *In Festo indicto authoritate Episcopi, vel Concilij prouincialis, an sit necessaria confirmatio Sedis Apostolicæ.*

7 *Episcopus an possit indicere festũ Sancti adhuc non canonizati. Cleri consensus an requiratur in indicendo festo in Diœcesi nu.* 8.9.10. *& 11. Et an requiratur populi consensus nu.*12.13.14. *&* 15. *Et quid dicendum sit, quando Clerus, & populus contradicit nu.*16.17.18. *&* 19. *Auctoris opinio.nu.*20. *&* 25. *Intellectus* cap.finali de ferijs. *nu.*21.22. *&* 23.

26 *Festa indicta ab Episcopo sunt seruanda etiam à Regularibus.*

27 *Episcopus pro obseruantia festorum an possit imponere nouã pœnam.*

28 *Festum indictum ab Episcopo, etiam populo, & Clero cõtradicentibus non potest cõtemni.*

29 *Episcopus an possit apponere pœnam excommunicationis contra non seruantes festa.*

30 *Episcopus non debet indicere festum in sua Diœcesi nisi ex causa rationabili.*

31 *Quæ sit ratio ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in uno loco, quam in alio. Causę propter quas potest indici festum nu.*32.33. *&* 35.

34 *Ciuitas Neapolitana solemni ritu bis in anno celebrat festũ Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris.*

36 *Prouida dispositio Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. & Sacræ Congregationis Rituum super obseruantia festorum.*

Quis possit indicere Festum in honorem Dei.

CAP. XI.

1 DE Summo Pontifice nulla est dubitatio quin possit indicere festum, seruandum de necessitate per totum Christianum orbem: nam cum ipse solus in Orbe toto iurisditionem spiritualem obtineat, *c. cuncta per Mundum* 40. *dist. cap.fin.de constit.* vicesque Dei gerat in terris, *cap.quam graui de crim.falsi, cap.vlt. de pact.in* 6. sequitur quod cum facultas indicendi festum sit mere spiritualis, eo quod directè, & immediatè ad bonum animæ referatur, *Butr. in cap.fin. sub nu.*17. *de ferijs, cum alijs per Suarez de Religione tom.*1. *lib.*2. *cap.*12. *num.*2. ad eum solum pertinet indicere festum in tota Ecclesia in Dei honorẽ seruandum, *cap.*2. *& fin.de ferijs, cap.*1. *de reliquijs, & venerat.Sanctorum lib.*6. *clem.*1. *eod. tit. cap.*1. *de consecrat.dist.*3. *& ibi Turrecrem. num.* 23. *in fin. vers.*

Digitized by Google

verſ. ad tertiam D. Ant. par. 2. tit. 9. cap. 7. § 1. Suarez loc. cit.

2 Dixi de feſtis in tota Eccleſia ſeruandis, quia licet Summus Pontifex eadem facultate poſſit indicere feſtum ſeruandum in aliqua Diæceſi, vel loco particulari, hoc tamen facere non conſueuit, ſed ad ſummum in dicta eadem facultate ab Epiſcopis confirmare ſolet, *Suarez lib. 2. cap. 11. nu. 4.*

3 Quæ dicimus de Summo Pontifice, procedũt etiam in Concilio Generali legitimè congregato, nam, & illud poteſtatem habet indicendi feſta in Eccleſia vniuerſali, non ſecus ac faciendi alia, quæ ad ſpiritualem pertinent poteſtatem, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3 Suarez loc. cit. Sayr. in claui Regia, lib. 7. cap. 3. nu. 16.*

4 Eadem ratione qua Summus Pontifex, & Concilium poſſunt indicere feſtum ſeruandum in Eccleſia vniuerſali, Epiſcopi poſſunt indicere feſtum ſeruandum in ſuis Diæceſibus, nàm & ipſi habent ſpiritualem poteſtatem, à qua indicendi facultas dependet, *d. cap. fin. de ferijs, & ibi Doctores communiter Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de regular. Suarez, & Sayr. locis cit. ille nu. 4. hic ſub nu. 16.*

5 Multoque magis Conciliũ Prouinciale, nàm & illud habet poteſtatem indicendi feſtum in tota Prouincia, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.* quæ eſt diſpoſitio Cõcilij Prouincialis Lugdunenſis.

6 Et vbi feſtum in Prouincijs, aut locis particularibus eſt indictum auctoritate Epiſcopi, ſeu Concilij Prouincialis, non eſt neceſſaria confirmatio Apoſtolica, *Suarez, & Sayr. loc. cit.* ſufficit enim ad actum ſubſtinẽdum, quod fiat auctoritate iuris, *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult.*

7 Dubitatur primò, an Epiſcopus poſsit indicere feſtum Sancti adhuc non canonizati? & quidem licèt olim eſſet de hoc aliqua controuerſia inter Doctores, hodiè tamen cõueniunt omnes, quod quẽadmodum nemo poteſt Sanctum canonizare niſi Pontifex Summus, *cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.* ità nemo præter eum poteſt indicere feſtum etiam in loco particulari ſeruandum, ità *gloſ. in d. cap. 1. verb. ſedis, & ibi Gemin. num. 12. Franch. nu. 3. & iterum gloſ. in cap. 1. verb. feſtiuitates de conſecratione diſt. 3. Innoc. in cap. 1. num. 3. de fer. & ibi Hoſt. num. 11. Ioan. Andr. nu. 8. Abb. num. 3. verſ. & hoc intelligo, Imol. num. 3. Bertrand. conſ. 285. vol. 3. par. 2. alias lib.*

Digitized by Google

6. *D. Anton. par. 3. tit. 12. cap. 8. §. 1. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 49. nu. 9.* estque nouissimè declaratum, & præceptum Decreto Sacræ Congregationis Rituum auctoritate Sanctissimi confirmatũ, & impressum in principio Breuiarij.

8 Dubitatur secundo an solus Episcopus possit indicere festum seruandum de necessitate in sua Diœcesi? & quoniam ex *cap. fin. de fer.* videtur requiri consensus cleri, & populi, ideò facilioris doctrinæ gratia quærendum primò. An requiratur consensus Cleri? Secundò an requiratur consensus Populi? Quoad primũ consensum Cleri esse necessarium fatentur, *Butr. in d. c. fin. sub nu. 17. ibique Imol. num. 3. Abb. num. 3. & Barbat. nu. 5. Suarez d. cap. 21. nu. 7. Cassan. de glor. mund. considerat. 48. Genuen. in praxi cap. 51. Azor. Moral. inst. par. 1. lib. 1. cap. 26. q. 3.*

9 Ducuntur ex *text. in d. cap. fin. de ferijs*, vbi postquam Sũmus Pontifex recensuit festa seruanda de præcepto in Ecclesia vniuersali, subiecit cæteras solemnitates, quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero, & populo duxerint sollemniter venerandas, cum quo *textu* cõcordat etiam *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

10 Secundò, quia in indictione festi, agitur de præiudicio Cleri, qui cogitur ad obseruãtiam, ergò debet audiri, prout in rebus, in quibus agitur de eius interesse *cap. gesta, & cap. vbi dist. 74.*

11 Contrarium puto verisimum, quia absoluta propositio est, quod in concernentibus cultum, & fauorem animarum iurisditio Episcopi est libera, *cap. cum sit generale de for. comp. cap. 2. & cap. nouit de iudic. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* At indicere festum in honorem Dei, & Sanctorũ concernit directè, & immediatè Dei cultum, & fauorem animæ, vt fatentur *Butr. & alij supracitati*, ergo, & hæc sententia placuit *Rotæ in Vlisbonen. Tabernariorũ x. Martij 1614. coram Dunozet.*

Non obstat *text. in cap. fin. de fer. & in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* quia respondebitur infrà.

12 Quo verò ad secundum, An requiratur consensus populi? non nulli sunt distinguendi casus. Primus vbi populus non dissentit, & omnes conueniunt, Episcopum solum posse indicere festum seruandum in sua Diœcesi, quia sufficit consensus tacitus, *Imola, Abb. & Barbatius in d. cap. fin. Cassan. de glor. mundi par. 3. con-*

Digitized by Google

conſid.48. verſ. quoniam in his Suarez d.cap.11. Azor.moral. inſt.par.1.lib.1.cap.26 quæſt.2. & hic quidem conſenſus ſemel à populo præſtitus, non poteſt ampliùs reuocari, *Suarez d.cap.11.nu.9.verſ.hac autem locum habent.*

13 Quin conſenſus huiuſmodi tranſit ad eos, qui ſuccedunt de populo, ità vt teneantur ſeruare feſta, quibus conſenſere maiores eorum, *Nauar. in manual.cap.12.nu.79. Medina 1.2.q.90.ar.3. Lopez, Rodriq.& alij*, quos refert, & ſequitur *Sayr. in claui Regia, lib.7.cap.3.nu.19.*

14 Secundus eſt caſus, quãdo conuenit Epiſcopus cum clero, reliquus verò populus contradicit, & tunc etiam poteſt Epiſcopus indicere feſtũ, quia ipſe ſimul cum clero faciunt ad hunc effectum maiorem partem, vt benè conſiderat *Suarez d cap.11.nu.9.*

15 Tertiùs eſt caſus, vbi contradicit clerus, & populus, ſed cõtradictio eſt iniuſta, veluti quia agitur de indicendo feſtum alicui Sancto loci oriũdo, & tunc pariter poteſt Epiſcopus contradictionem, veluti inuidam reijcere, & feſtum indicere ſeruandum de neceſsitate, *gloſ. in d. cap.1. in fin. de conſecration. diſtinct. 3. Abb. in d.cap.fin.num. Caſſan.d.conſider.48.verſ.dicto tamen Abb. Genuen.in prax.c.51. Suarez loc. cit.*

16 Quartus eſt caſus, vbi cõtradicit clerus, & populus, & non apparet de iniuſtitia cõtradictionis, & tunc duæ ſunt opiniones. Prima, quod Epiſcopus nequeat hoc feſtum indicere, quam tuentur *Archid.in d.cap.1.ſub nu.4.de conſecrat.diſt.3. Abb.in d.cap.fin. ſub n.4.ibique Imol & Barbat. Ang.in verb.feſtum nu.5. Tabien.nu.10. Sylueſt.in verb.Dominica nu.3. D.Anton.in ſum. par.2. tit.9. cap.7. §.1. Suarez d.cap.11.nu.7.& 8. Sayr.in claui Reg.lib.7.cap.3.nu.16.verſ. 3.propoſitio.*

17 Mouentur tum ex *d.c. fin. de fer.& ex d.cap.1.de conſecrat. diſt.3.* tum etiam ex argumẽto ab intereſſe populi, quia cogitur illa die ab opere ceſſare.

18 Pro reſolutione ſupponendũ primò, quod feſtum quandoque indicitur quoad officium, nempè vt de Sãcto recitetur officium, & miſſa celebretur, & tũc dubio procul non requiritur conſenſus populi, quia functio diuinorum officiorum non pertinet ad ipſum.

19 Quandoque indicitur ſollemniter, ità vt Clerus teneatur recitare officium, & celebrare

Digitized by Google

brare missam, populus verò tenetur missam audire, & ab opere cessare, & tunc dicitur festum venerari cum Clero, & populo, *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3.*

20 Hoc stãte, perpensa dispositione Iuris, arbitror Episcopum libere posse indicere festum, vtroque modo, quia, ex ratione supra deducta, nõpè quia eius facultas, quo ad hoc non est limitata, vt *Suarez, & alij*, qui contrariam sententiam opinantur, sed libera, ex *cap. cum sit generale de fer. comp.*

21 Non obstat *tex. in d. cap. fin.* nam verba illa *cum Clero, & populo* non sunt adiecta ad significandum cõsensum Cleri, & populi requiri ad effectum; vt Episcopi possint festum indicere, sed ad significandum, festum non esse de præcepto, & consequenter non obligare ad obseruantiam, nisi quando indicitur solemniter, ità, vt Clerus teneatur recitare diuina, populus verò missam audire, & ab operibus abstinere, quam sensum ante nos visus est sentire *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3. Cassan. d. consid. 48.*

22 Redditur hoc intellectus clarior ex sequentibus eiusdẽ textus verbis, dum ait, *quibus vtique solemnibus festis vsque adeò conuenit obseruari, vt consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneatur.*

23 Ex quibus patet, quod tota illius textus dispositio tendit ad declarandum quæ festa debeant seruari, non autẽ quis possit indicere festum, & consequenter verba illa *cum Clero, & populo* non possunt referri ad potestatẽ indicendi festum.

24 Non obstat secundum argumentum, quia interesse populi non tollit Episcopo facultatem, quam habet, quãuis operetur, q. Episcopus debebat illud præ oculis habere, nè inducatur ad victus necessitatem, quæ iusta est causa, vt Episcopus abstineat, cum necessitas operatur, vt die festo possit cum populo dispensari *d. c. fin. in fin.*

25 Ex his remanet constitutum, quod solus Episcopus etiam Clero, & populo reclamante festum in sua Diœcesi seruandũ indicere potest, tã ex dispositione Iuris, quàm ex consuetudine, quam valere scribunt *Suarez d. cap. 11. num. 5. Azor. cap. 26. quæst. 4.*

Quæ conclusio extẽditur, Primò, vt procedat citrà difficultatem in festis, quæ indicuntur in synodo, *Rota in Vlisbonen. Tabernariorum 5. Maij 1611. & 28. Maij 1612*

Digitized by Google

coram Penia apud Farinac. tom. 2. Consil. decis. 327. & 361. & in eadem 10. Martij 1614. coram Dunozet, & decis. 757. par. 2. in recent.

26 Extenditur secundò, vt festa indicta per Episcopum sint seruanda etiam à Regularibus, *Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de regular.*

27 Extenditur tertiò, vt possit Episcopus adiuuando Canones addere nouam pœnam pro obseruantia festorum, etiam pecuniariam, & cõtra laicum, *Abb. in cap. licet nu. 8. de offic. iud. deleg. Felin. in cap. irrefragabilis. num. 5. vers. prima conclusio, de offic. ordin. Rot. in d. Vlisbonen. coram Dunozet.*

28 Extenditur quartò, vt festum indictum ab Episcopo etiam Clero, & populo contradicente, non possit contẽni, sed qui de eo sentiunt se grauatos possunt ad superiorem recurrere, *Suarez d. c. 11. nu. 7. vers. quod si grauis* quid quid in contrarium scripserit *Sayr. loc. cit. nu. 16. in fine.*

29 Eadem cõclusio, vt supra extensa limitatur primò, vt contra non seruantes festa nõ debeat Episcopus apponere pœnam excommunicationis, *Rot. d. decis. 327. & 361. & in coram Dunozet loc. cit.*

30 Limitatur secundò, vt quãuis Episcopus possit ipse solus festum in sua Diœcesi indicere, & indictum afficiat, & obliget ad obseruantiam, nihilominus non debet indicere, nisi ex causa rationabili; *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

Ratio est, tũ quia sicut natura nõ multiplicat entia sine causa, ità prudentes Reipublicæ Gubernatores, sine causa nouum constituere non debent *l. in nouis ff. de const. Prin. l. ex facto circà principium ff. de vulg. & pupill.* præsertim, quando nouitas infert grauamen, *l. solent C. noua vectigal.* tum etiam, quia festorum multiplicitate populus aduictus angustiã reducitur, quæ si iusta causa reputatur, vt ab obseruantia festi indicti dispensetur *c. 3. & fin. de ferijs*, multo magis reputari debet causa iusta, ne festa noua inducantur, *Sayr. d. cap. 3. nu. 16. propè fin.*

31 Causas autem indicendi nouum festum, antequam dicamus, supponendum primò dari rationem, ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in vno loco, quàm in aliò, nàm Ecclesia in colenda Sanctorum memoria non tã respicit gradum honoris, quẽ habuerunt in terris, quàm vtilitatis ab eo acceptæ, vt pluribus probat *Bellarm. in controuers. de Rom. Pont. lib. 1.*

cap.

Digitized by Google

cap. 27. pag. 708. in fine, vers. denique.

32 Hoc dato, causæ propter quas potest indici festum Sãcto canonizato, sunt quæ sequuntur. Prima si agatur de decernendo festo Sancto Titulari, seu Patrono, *glos. in d.c. 1. de consecrat. dist. 1. Abb. in c. fin. num. 5. & ibi Barbat. de fer. Cassan. de glor. mundi par. 3. cõsid. 48. vers. quod si populi, Suarez d. cap. 11. sub nu. 10.*

33 Secũda ob insigne aliquod beneficium acceptum à Sancto, potest illi festum anniuersarium indici *l. 1. ibi pro rebus feliciter gestis, C. de ferijs, Suarez loc. cit.*

34 Hac ratione Ciuitas Neapolitana sollemni ritu bis in anno celebrat festum Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris, ob insignia beneficia precibus illius a Deo accepta.

35 Tertia potest dari causa, si agatur de indicendo festo Dedicationis Ecclesiæ, *cap. 1. de consecrat. dist. 3.* nam non solum in veteri lege dies Dedicationis Ecclesiæ culta fuit, vt dictum est supra *cap. 1.* sed apud Gentiles venerationi fuisse, docemur ex *l. si interueniente 12. ff. ad senat consult. Turpill.* ibi, *honorem domus diuinæ*, qua ratione celebrari potest non obstante, quod eadẽ die celebratur festum Ecclesiæ Metropolitanæ, vt in facti contingentia, me tunc informante censuit *Rota in Casaraguſtana dedicationis 9. Iunij 1614. coram bon. me. Cardinali Verospio.* Idque cum publica solemnitate, vt fuit resolutũ in eadem causa 18. Decembris 1617. coram Manzanedo.

36 Cæterùm, quamuis prædicta de iure rectè procedant, nihilominus, quia quotidiana experientia docemur hodiè pauperes grauari, vt festa ab Ecclesia vniuersali in dicta propter inopiá vix posse seruari, meritò S. Rituum Congregatio eius decreto confirmato à Sanctissimo D.N. Vrbano Papa VIII. Episcoporũ facultatem in addendis festis coarctauit, & à pietatis cultu nõ recedens, ad terminos humanæ necessitatis reduxit. Decreti autem verba leguntur in Breuiario nuper impresso auctoritate Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. post eius constitutionem de Breuiarij emendatione.

SVMMARIVM.

1 *Princeps secularis non habet facultatem indicendi festum in honorem Dei, vel Sanctorum.*

2 *Hoc idem dicunt Lutherani, &*

Digitized by Google

Caluiniſtæ.

3 Marci Antonij de Dominis *error.*

4 *Facultas indicendi feſtum in honorem Dei eiuſque Sanctorũ, eſt poteſtatis ſpiritualis ſimpliciter, & directè.*

5 *Indicere feſtum in honorem Dei, vel Sanctorum eſt tempus Deo ſacrare.*

6 *Princeps ſecularis non poteſt abrogare feſtum indictum ab Eccleſia.*

7 *Reſponſio ad argumentum* Marci Antonij de Dominis.

8 *Princeps ſecularis non poteſt indicere feſtum in honorem Dei, & eius Sanctorum, etiam ſi à Deo conceſſum ſit inſigne beneficium Orbi Chriſtiano.*

9 *Princeps ſecularis non poteſt imponere pœnam contra non obſeruantes feſta.*

10 *Et ſi Princeps eam imponeret, eſt nulla, nec poteſt exigi ab Epiſcopo.*

11 *Princeps ſecularis non poteſt concedere licentiam laborandi in diebus feſtiuis.*

12 *Princeps ſecularis non poteſt præcipere ſubditis, vt feſta ſeruent, quando Epiſcopus conceſſit licentiam laborandi.*

13 *Quid ſit dicendum ſi Princeps ſecularis imponit eamdem pœnam, quæ eſt impoſita per ſacros Canones.*

14 *Vel imponit pœnam non directè ſuper obſeruantia feſti.*

Princeps fæcularis an poſſit indicere feſtum in honorem Dei, eiuſque Sanctorum.

CAP. XII.

1 CAtholici omnes concordant Principem fæcularem non habere facultatem indicendi feſtũ in honorem Dei, eiuſque Sãctorum, ſic enim ex Theologis affirmant *D. Anton. in ſum. par. 2. tit. 9. cap. 7. §. 1. Syluester in verb. Dominica num. 2. Emmanuel Sà in aphoriſm. verb. feſta, Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 3. num. 17. Suarez*, qui teſtatur eſſe omnium receptiſſimam *de relig. par. 1. lib. 2. cap. 12. num. 2.* ex noſtris *Abb. in cap. 2. num. 2. de ferijs, Alber. in l. omnes dies num. 1. verſ. item vidi dubitari, C. de fer. Menoch. de arbitr. q. 30. num. 12.*

2 Hanc eamdem ſentẽtiam admittunt Lutherani, & Caluiniſtæ, vt patet ex traditis *ſup. cap. 1.* Quinimò *Titelman. Hæshuſius lib. de error. Pontificium tit. 16.* pro monſtro nobis obijcit, quòd feſtum Domini noſtri Ieſu Chriſti à Iuſtiniano, Natiuitatis verò Beatæ Mariæ à Mauritio Imperatore ſint inſtituta, & quamuis in hoc decipiatur, vt oſtẽdimus *ſupra cap. 3.* nihilominus

Digitized by Google

nus errans satis ipse declarat quàm turpe esset si historiæ fides subsisteret.

3 Inter omnes, solus *Marcus Antonius de Dominis* frontosus nostrorum temporum Apostata, facultatem indicẽdi festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum, vt alia ferè omnia tribuit Principibus sæcularibus, *de Republica par. 2. lib. 6. cap. 6.* hoc tantùm argumento suffultus, quòd Imperatores circa festorum obseruantiam plures constitutiones ediderunt, de quibus in *l. 2. 3. 7. & fin.* & passim in *toto tit. C. de feriis.*

4 Quo parum, seu nihil obstante contraria opinio sicuti cõmuni calculo recipitur, ità est verissima. Primò siquidẽ facultas indicendi festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum est potestatis spiritualis simpliciter, & directè, vt ostendimus *supra cap. 4. nu.* cuius quidem potestatis Princeps sæcularis est omninò incapax *cap. Ecclesia de constitutione, cap. cum laici de rebus Ecclesię cap. 2. & cap. nouit de iudic. cap. cum sit generale de for. comp.*

5 Secundò, quia indicere festum in honorem Dei, eiusq; Sanctorum nihil aliud est, quàm sacrare tempus Deo, *l. fin. in princ. C. de feriis, Alberic. in l. omnes dies, num. 1. vers. sed quæritur, C. eod. tit.* At hoc non potest fieri, nisi per Ecclesiam, ergò.

Minor probatur, quia Princeps sæcularis ex defectu potestatis non potest sacrare locum in honorem Dei, *c. cum Ecclesia de immunit. eccles. c. 2: eod. tit. lib. 6.* ergò neque potest sacrare tempus, cum in vtroque eadem vigeat ratio.

6 Tertiò, Princeps sæcularis non potest abrogare festum indictũ ab Ecclesia, *Castrens. in leg. quadraginta, num. 2. C. de feriis, Suarez d. cap. 12. vers. & cõfirmatur,* ergò neque potest festum indicere, quia eius est abrogare, qui potest constituere *l. omni nouatione, C. de sacros. eccl.* & in specie *Lanfrãch. de oriano, in cap. quoniam contrà num. 79. de probat.*

7 Non obstat, quòd Imperatores leges tulerint circa festorum obseruantiam, quia aliud est festum indicere in honorem Dei, eiusque Sanctorum, aliud legem ferre, quòd festa ab Ecclesia indicta seruentur, Primum ad solam Ecclesiam pertinet, secundum pertinet ad curam Sacerdotum, & Principum *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.* proprium siquidem Catholici Principis est, sacrorum Canonum statuta suis legibus

Digitized by Google

bus coadiuuare, *cap. 1. de nou. oper. nunt. Auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos §. fin. de Eccleſiaſt. tit. in princ.* Sic leges latæ ſunt fidei dogmata concernentes, *l. 1. & l. nos reddentes, & l. liquet, C. de ſum. trin. & fide cathol. & paſſim in tot. tit. C. de hæret.*

8 Firma prætereà remanet concluſio, Feſtum in honorē Dei per Principem ſęcularē indici minimè poſſe. Quę extenditur primò, vt procedat etiam ſi feſtum indicatur ob inſigne beneficiū Orbi Chriſtiano à Deo conceſſum, nàm licèt cauſa indicendi iuſta ſit, nihilominus indictio fieri debet per Eccleſiam, ſic feſtum Sanctiſsimi Roſarij, quòd celebratur in prima Dominica Octobris ad agēdas Deo gratias ob beneficium toto Orbi Chriſtiano cōceſſum, vt Turcarum claſſis numero longè ſuperior quaſſata remanſerit, fuit indictum *à fœl. rec. Gregorio XIII. vt in conſtitutione*, quæ incipit, *Monet Apoſtolus, quæ eſt 5. in ordine nouiſſimi bullarij.*

9 Extenditur ſecundò, vt Princeps ſæcularis ſicuti non poteſt indicere feſtum in honorem Dei, ità nequeat imponere pœnam contrà non obſeruantes feſta, quia hoc ſupponit iuriſdictionem compe tentem, *Bartol. in l. fin. §. fin. in princ. ff. ſi quis in ius vocatus*, Azor. *moral. inſtit. par. 2. lib 1. cap. 26. q. 5. Suarez d. cap. 12. nu. 7. Alderan. in general ſtatut. interpetr. concl. 1. nu. 257. Barb. in tract. de Epiſcopo allegat. 105. ſub nu. 11. & 42.*

10 Etiā pari ratione extenditur tertiò, vt pœna impoſita per Principem ſæcularem circà feſtorum obſeruātiam, nec poſſit exigi ab Epiſcopo, quia cum pœna ſit nulla, conſequenter nulla eſt tranſgreſſio, *Alderan. & Barb. loc. cit.*

11 Eadem quoque ratione nequit Princeps ſæcularis cōcedere licentiam laborandi in diebus feſtiuis in honorem Dei, cum hoc tantùm pertineat ad Eccleſiam *cap. 3. de feriis*, & quatenus detur de facto, Princeps peccat, & nihilominus trāſgreſſores poſſunt ab Epiſcopo puniri, *Barboſ. & Alderan. loc. citatis.*

12 Rurſum, vbi Prælatus aliqua ex cauſa concedit licentiam laborandi diebus feſtiuis, non poteſt Princeps ſæcularis prēcipere ſubditis, quod illa licentia non obſtante feſta ſeruent, cum hæc omnia ſint extrà ſuam poteſtatem ex rationibus ſupradictis, atque ità in facti contingentia cenſuit *Sacra Congregatio Epiſcoporum de menſe Auguſti* 1618

Digitized by Google

rescribes Episcopo Vmbriaticensi.

13 Hæc vltima extensio declaratur primò, vt procedat in pœna diuersa ab ea, quę est imposita per sacros Canones, secus si Princeps imponat eãdem pœnam, quam sacri Canones imponũt, vt probat *tex. in l. 2. in fin. C. de ferijs*, vbi actus contentiosæ iurisdictionis facti in festo in honorem Dei decernuntur nulli eodẽ modo, quo in *cap. fin. eod. tit.*

14 Declaratur secundò quoties pœna non imponitur directè super obseruantia festi, sed super facto indecenti, tunc enim pœna valet, *l. fin. C. eod. tit.* vbi puniuntur representantes in die festo spectacula obscena, vel lacrimosa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod nulla festa seruentur est nullum, etiam si fieret per Ecclesiam vniuersalem.*

2 *Summus Pontifex potest statuere quod non seruetur aliquod festum.*

3 *Episcopus potest statuere, quod nõ seruẽtur aliqua festa particularia ipsius Diœcesis.*

4 *Statutum laicorum an possit tollere festa indicta in honorem Dei, eiusque Sanctorum.*

5 *Intellectus textus* in l. prouinciarum C. de ferijs.

6 *Statutum disponens, quod procedi possit etiam diebus feriatis quomodo intelligatur.*

7 *Rescriptum, cum clausula quod procedatur ferijs non obstantibus, quomodo intelligatur.*

8 *Compromissum cum facultate procedendi diebus feriatis, & non feriatis, quomodo intelligatur.*

An valeat statutum, quòd feriæ in honorem Dei non seruentur.

CAP. XIII.

1 NOnnullæ sunt conclusiones cõstituendæ, ex quibus materia tota liquebit.

Prima conclusio. Statutum quod nulla festa seruentur, est nullum ipso iure, etiam si fieret per Ecclesiam Vniuersalem, quia esset contra ius Diuinum, & naturale, quo docemur aliquod debere esse tempus, quo curis sepositis, Deo vacare possimus, *D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concl. 1.*

2 Secunda conclusio. Potest Summus Pontifex statuere, quod aliquod festum non seruetur, quia cum ipse possit festa in honorem Dei præcipere, vt latè dictum est *supra*

cap.

Digitized by Google

ter inhibitum peccatum, sed quia sanctitas temporis inducit maiorem malitiam, & deformitatem, quia peccans videtur abuti tempore sanctificato, *Suarez d. cap. 19. sub num. 12. & 14.*

23 Secunda conclusio. deformitas cõtenta in peccato facto die festo, non inducit nouam malitiam, sed continetur intra eãdem peccati speciem, nec transit in sacrilegiũ *D. Tho. in 3. dist. 37. art. 5. q. 2. ad secundum*, & consequenter non facit circumstãtiam necessariò confitẽdam, *Bellarm. d. cap. 10. in 4. propos. vers. respõdeo, Suarez loc. citato.*

24 Ratio est, quia peccatum in die festo non tendit directè contrà obseruantiam festi, & quamuis indirecte pariat aliquod impedimẽtum, nihilominus non reddit hominem prorsùs ineptum ad cultum, quia potest peccator post peccatum audire missã, interesse concioni, orare, & alia similia facere, etiam si vltrà peccatum sit excõmunicatus, *cap. qui studet verb. missioni 1. quæst. 1.* & latiùs explicat *Suarez d. cap. 19. num. 9. & 10.*

25 Præterea nõ tenemur omnes diei festi partes æqualiter reuereri, nisi quoad cessationem operum, in reliquis verò, dempta Missa, ad alias actiones sacras minimè tenemur, vt dictum est supra.

26 Hæc conclusio limitatur nè procedat, vbi peccatum perpatratum in die festo, fieret in contemptum festi; tũc enim transiret in sacrilegium declarandum specialiter in confessione, quia ex intẽtione formali opponitur Diuino cultui, *D. Thom. q. ij. de malo, art. 6. ad secundum, Sot. de iust. & iur. q. 4. ar. 4. Victor. in sum. de sacram. q. 4. nu. 195. Suarez loc. cit. nu. 16.*

27 In contemptum autem festi dicitur fieri, quando fit contrarium, vt legi cõtraueniat, & nè illi subijciatur, vel vt festum paruipẽderet, *Suarez de matrim. lib. 9. quæst. 12. nnm. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex indicere potest festum seruandum per totum orbem.*

2 *Summus Pontifex an possit indicere festum seruandum in aliqua Diœcesi.*

3 *Concilium Generale an possit indicere festum in Ecclesia vniuersali.*

4 *Episcopi possunt indicere festa seruanda in suis Diœcesibus.*

5 *Concilium prouinciale potest indicere festũ in tota prouincia.*

6 *In*

Digitized by Google

6 *In Festo indicto authoritate Episcopi, vel Concilij prouincialis, an sit necessaria confirmatio Sedis Apostolicæ.*

7 *Episcopus an possit indicere festũ Sancti adhuc non canonizati. Cleri consensus an requiratur in indicendo festo in Diœcesi nu.* 8.9.10. *& 11. Et an requiratur populi consensus nu.*12.13.14. *&* 15. *Et quid dicendum sit, quando Clerus, & populus contradicit nu.*16.17.18. *&* 19. *Auctoris opinio.nu.*20. *&* 25. *Intellectus* cap.finali de ferijs. *nu.*21.22. *&* 23.

26 *Festa indicta ab Episcopo sunt seruanda etiam à Regularibus.*

27 *Episcopus pro obseruantia festorum an possit imponere nouã pœnam.*

28 *Festum indictum ab Episcopo, etiam populo, & Clero cõtradicentibus non potest cõtemni.*

29 *Episcopus an possit apponere pœnam excommunicationis contra non seruantes festa.*

30 *Episcopus non debet indicere festum in sua Diœcesi nisi ex causa rationabili.*

31 *Quæ sit ratio ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in uno loco, quam in alio. Causæ propter quas potest indici festum nu.* 32.33. *&* 35.

34 *Ciuitas Neapolitana solemni ritu bis in anno celebrat festũ Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris.*

36 *Prouida dispositio Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. & Sacræ Congregationis Rituum super obseruantia festorum.*

Quis possit indicere Festum in honorem Dei.

CAP. XI.

1 DE Summo Pontifice nulla est dubitatio quin possit indicere festum, seruandum de necessitate per totum Christianum orbem: nam cum ipse solus in Orbe toto iurisditionem spiritualem obtineat, *c. cuncta per Mundum* 40. *dist. cap.fin.de constit.* vicesque Dei gerat in terris, *cap.quam graui de crim.falsi, cap.vlt. de pact.in* 6. sequitur quod cum facultas indicendi festum sit mere spiritualis, eo quod directè, & immediatè ad bonum animæ referatur, *Butr. in cap.fin. sub nu.*17. *de ferijs, cum alijs per Suarez de Religione tom.*1. *lib.*2. *cap.*12. *num.*2. ad eum solum pertinet indicere festum in tota Ecclesia in Dei honorẽ seruandum, *cap.*2. *& fin.de ferijs, cap.*1. *de reliquijs, & venerat.Sanctorum lib.*6. *clem.*1. *eod. tit. cap.*1. *de consecrat.dist.*3. *& ibi Turrecrem. num.* 23. *in fin. vers.*

Digitized by Google

verſ. ad tertiam D. Ant. par. 2. tit. 9. cap. 7. § 1. Suarez loc. cit.

2 Dixi de feſtis in tota Eccleſia ſeruandis, quia licet Summus Pontifex eadem facultate poſſit indicere feſtum ſeruandum in aliqua Diæceſi, vel loco particulari, hoc tamen facere non conſueuit, ſed ad ſummum in dicta eadem facultate ab Epiſcopis confirmare ſolet, *Suarez lib. 2. cap. 11. nu. 4.*

3 Quæ dicimus de Summo Pontifice, procedũt etiam in Concilio Generali legitimè congregato, nam, & illud poteſtatem habet indicendi feſta in Eccleſia vniuerſali, non ſecus ac faciendi alia, quæ ad ſpiritualem pertinent poteſtatem, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3 Suarez loc. cit. Sayr. in claui Regia, lib. 7. cap. 3. nu. 16.*

4 Eadem ratione qua Summus Pontifex, & Concilium poſſunt indicere feſtum ſeruandum in Eccleſia vniuerſali, Epiſcopi poſſunt indicere feſtum ſeruandum in ſuis Diæceſibus, nàm & ipſi habent ſpiritualem poteſtatem, à qua indicendi facultas dependet, *d. cap. fin. de ferijs, & ibi Doctores communiter Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de regular. Suarez, & Sayr. locis cit. ille nu. 4. hic ſub nu. 16.*

5 Multoque magis Conciliũ Prouinciale, nàm & illud habet poteſtatem indicendi feſtum in tota Prouincia, *cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.* quæ eſt diſpoſitio Cõcilij Prouincialis Lugdunenſis.

6 Et vbi feſtum in Prouincijs, aut locis particularibus eſt indictum auctoritate Epiſcopi, ſeu Concilij Prouincialis, non eſt neceſſaria confirmatio Apoſtolica, *Suarez, & Sayr. loc. cit.* ſufficit enim ad actum ſubſtinẽdum, quod fiat auctoritate iuris, *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult.*

7 Dubitatur primò, an Epiſcopus poſsit indicere feſtum Sancti adhuc non canonizati? & quidem licèt olim eſſet de hoc aliqua controuerſia inter Doctores, hodiè tamen cõueniunt omnes, quod quẽadmodum nemo poteſt Sanctum canonizare niſi Pontifex Summus, *cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum lib. 6.* ità nemo præter eum poteſt indicere feſtum etiam in loco particulari ſeruandum, ità *gloſ. in d. cap. 1. verb. ſedis, & ibi Gemin. num. 12. Franch. nu. 3. & iterum gloſ. in cap. 1. verb. feſtiuitates de conſecratione diſt. 3. Innoc. in cap. 1. num. 3. de fer. & ibi Hoſt. num. 11. Ioan. Andr. nu. 8. Abb. num. 3. verſ. & hoc intelligo, Imol. num. 3. Bertrand. conſ. 285. vol. 3. par. 2. alias lib.*

6. D.

Digitized by Google

6. *D. Anton. par. 3. tit. 12. cap. 8. §. 1. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 49. nu. 9.* estque nouissimè declaratum, & præceptum Decreto Sacræ Congregationis Rituum auctoritate Sanctissimi confirmatũ, & impressum in principio Breuiarij.

8 Dubitatur secundo an solus Episcopus possit indicere festum seruandum de necessitate in sua Diœcesi? & quoniam ex *cap. fin. de fer.* videtur requiri consensus cleri, & populi, ideò facilioris doctrinæ gratia quærendum primò. An requiratur consensus Cleri? Secundò an requiratur consensus Populi? Quoad primũ consensum Cleri esse necessarium fatentur, *Butr. in d. c. fin. sub nu. 17. ibique Imol. num. 3. Abb. num. 3. & Barbat. nu. 5. Suarez d. cap. 21. nu. 7. Cassan. de glor. mund. considerat. 48. Genuen. in praxi cap. 51. Azor. Moral. inst. par. 1. lib. 1. cap. 26. q. 3.*

9 Ducuntur ex *text. in d. cap. fin. de ferijs*, vbi postquam Sũmus Pontifex recensuit festa seruanda de præcepto in Ecclesia vniuersali, subiecit cæteras solemnitates, quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero, & populo duxerint sollemnirer venerandas, cum quo *textu* cõcordat etiam *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

10 Secundò, quia in indictione festi, agitur de præiudicio Cleri, qui cogitur ad obseruãtiam, ergò debet audiri, prout in rebus, in quibus agitur de eius interesse *cap. gesta, & cap. vbi dist. 74.*

11 Contrarium puto verissimum, quia absoluta propositio est, quod in concernentibus cultum, & fauorem animarum iurisditio Episcopi est libera, *cap. cum sit generale de for. comp. cap. 2. & cap. nouit de iudic. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* At indicere festum in honorem Dei, & Sanctorũ concernit directè, & immediatè Dei cultum, & fauorem animæ, vt fatentur *Butr. & alij supracitati*, ergo, & hæc sententia placuit *Rotæ in Vlisbonen. Tabernariorũ x. Martij 1614. coram Dunozet.*

Non obstat *text. in cap. fin. de fer. & in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* quia respondebitur infrà.

12 Quo verò ad secundum, An requiratur consensus populi? non nulli sunt dispiciendi casus. Primus vbi populus non dissentit, & omnes conueniunt, Episcopum solum posse indicere festum seruandum in sua Diœcesi, quia sufficit consensus tacitus, *Imola, Abb. & Barbatius in d. cap. fin. Cassan. de glor. mundi par. 3.*

con-

conſid.48. verſ. quoniam in his Suarez d.cap.11. Azor.moral. inſt.par.1.lib.1.cap.26 queſt.2. & hic quidem conſenſus ſemel à populo præſtitus, non poteſt ampliùs reuocari, *Suarez d.cap.11.nu.9.verſ.hac autem locum habent.*

13 Quin conſenſus huiuſmodi tranſit ad eos, qui ſuccedunt de populo, ità vt teneantur ſeruare feſta, quibus conſenſere maiores eorum, *Nauar. in manual.cap.12.nu.79. Medina 1.2.q.90.ar.3. Lopez, Rodriq.& alij*, quos refert, & ſequitur *Sayr. in claui Regia, lib.7.cap.3.nu.19.*

14 Secundus eſt caſus, quãdo conuenit Epiſcopus cum clero, reliquus verò populus contradicit, & tunc etiam poteſt Epiſcopus indicere feſtũ, quia ipſe ſimul cum clero faciunt ad hunc effectum maiorem partem, vt benè conſiderat *Suarez d cap.11.nu.9.*

15 Tertiùs eſt caſus, vbi contradicit clerus, & populus, ſed cõtradictio eſt iniuſta, veluti quia agitur de indicendo feſtum alicui Sancto loci oriũdo, & tunc pariter poteſt Epiſcopus contradictionem, veluti inuidam reijcere, & feſtum indicere ſeruandum de neceſsitate, *gloſ. in d. cap.1. in fin. de conſecration. diſtinct. 3. Abb. in d.cap.fin.num. Caſſan.d.conſider.48.verſ.dicto tamen Abb. Genuen.in prax.c.51. Suarez loc. cit.*

16 Quartus eſt caſus, vbi cõtradicit clerus, & populus, & non apparet de iniuſtitia cõtradictionis, & tunc duæ ſunt opiniones. Prima, quod Epiſcopus nequeat hoc feſtum indicere, quam tuentur *Archid.in d.cap.1.ſub nu.4.de conſecrat.diſt.3. Abb.in d.cap.fin. ſub n.4.ibique Imol & Barbat. Ang.in verb.feſtum nu.5. Tabien.nu.10. Sylueſt.in verb.Dominica nu.3. D.Anton.in ſum. par.2. tit.9. cap.7. §.1. Suarez d.cap.11.nu.7.& 8. Sayr.in claui Reg.lib.7.cap.3.nu.16, verſ. 3.propoſitio.*

17 Mouentur tum ex *d.c. fin. de fer.& ex d.cap.1.de conſecrat. diſt.3.* tum etiam ex argumẽto ab intereſſe populi, quia cogitur illa die ab opere ceſſare.

18 Pro reſolutione ſupponendũ primò, quod feſtum quandoque indicitur quoad officium, nempè vt de Sãcto recitetur officium, & miſſa celebretur, & tũc dubio procul non requiritur conſenſus populi, quia functio diuinorum officiorum non pertinet ad ipſum.

19 Quandoque indicitur ſollemniter, ità vt Clerus teneatur recitare officium, & celebrare

Digitized by Google

brare missam, populus verò tenetur missam audire, & ab opere cessare, & tunc dicitur festum venerari cum Clero, & populo, *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3.*

20 Hoc stante, perpensa dispositione Iuris, arbitror Episcopum libere posse indicere festum, vtroque modo, quia, ex ratione supra deducta, nempè quia eius facultas, quo ad hoc non est limitata, vt *Suarez, & alij*, qui contrariam sententiam opinantur, sed libera, ex *cap. cum sit generale de for. comp.*

21 Non obstat *tex. in d. cap. fin.* nam verba illa *cum Clero, & populo* non sunt adiecta ad significandum cõsensum Cleri, & populi requiri ad effectum; vt Episcopi possint festum indicere, sed ad significandum, festum non esse de præcepto, & consequenter non obligare ad obseruantiam, nisi quando indicitur solemniter, ità, vt Clerus teneatur recitare diuina, populus verò missam audire, & ab operibus abstinere, quam sensum ante nos visus est sentire *Bal. in d. cap. fin. ante nu. 3. Cassan. d. consid. 48.*

22 Redditur hoc intellectus clarior ex sequentibus eiusdē textus verbis, dum ait, *quibus vtique solemnibus festis vsque adeò consuetis obseruari, vt consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneantur.*

23 Ex quibus patet, quod tota illius textus dispositio tendit ad declarandum quæ festa debeant seruari, non autē quis possit indicere festum, & consequenter verba illa, *cum Clero, & populo* non possunt referri ad potestatē indicendi festum.

24 Non obstat secundum argumentum, quia interesse populi non tollit Episcopo facultatem, quam habet, quāuis operetur, q. Episcopus debebat illud præ oculis habere, nè inducatur ad victus necessitatem, quæ iusta est causa, vt Episcopus abstineat, cum necessitas operatur, vt die festo possit cum populo dispensari *d. c. fin. in fin.*

25 Ex his remanet constitutum, quod solus Episcopus etiam Clero, & populo reclamante festum in sua Diœcesi seruandū indicere potest, tā ex dispositione Iuris, quàm ex consuetudine, quam valere scribunt *Suarez d. cap. 11. num. 5. Azor. cap. 26. quæst. 4.*

Quæ conclusio extēditur, Primò, vt procedat citrà difficultatem in festis, quæ indicuntur in synodo, *Rota in Vlisbonen. Tabernariorum 5. Maij 1611. & 28. Maij 1612*

Digitized by Google

coram Penia apud Farinac. tom. 2. Consil. decis. 327. & 361. & in eadem 10. Martij 1614. coram Dunozet, & decis. 757. par. 2. in recent.

26 Extenditur secundò, vt festa indicta per Episcopum sint seruanda etiam à Regularibus, *Conc. Trid. sess. 25. c. 2. de regular.*

27 Extenditur tertiò, vt possit Episcopus adiuuando Canones addere nouam pœnam pro obseruantia festorum, etiam pecuniariam, & cõtra laicum, *Abb. in cap. licet nu. 8. de offic. iud. deleg. Felin. in cap. irrefragabilis. num. 5. vers. prima conclusio, de offic. ordin. Rot. in d. Vlisbonen. coram Dunozet.*

28 Extenditur quartò, vt festum indictum ab Episcopo etiam Clero, & populo contradicente, non possit contẽni, sed qui de eo sentiunt se grauatos possunt ad superiorem recurrere, *Suarez d. c. 11. nu. 7. vers. quod si grauis* quid quid in contrarium scripserit *Sayr. loc. cit. nu. 16. in fine.*

29 Eadem cõclusio, vt supra extensa limitatur primò, vt contra non seruantes festa nõ debeat Episcopus apponere pœnam excommunicationis, *Rot. d. decis. 327. & 361. & in coram Dunozet loc. cit.*

30 Limitatur secundò, vt quãuis Episcopus possit ipse solus festum in sua Diœcesi indicere, & indictum afficiat, & obliget ad obseruantiam, nihilominus non debet indicere, nisi ex causa rationabili, *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.*

Ratio est, tũ quia sicut natura nõ multiplicat entia sine causa, ità prudentes Reipublicæ Gubernatores, sine causa nouum constituere non debent *l. in nouis ff. de const. Prin. l. ex facto circà principium ff. de vulg. & pupill.* præsertim, quando nouitas infert grauamen, *l. solent C. noua vectigal.* tum etiam, quia festorum multiplicitate populus aduictus angustiã reducitur, quæ si iusta causa reputatur, vt ab obseruantia festi indicti dispensetur *c. 3. & fin. de ferijs*, multo magis reputari debet causa iusta, ne festa noua inducantur, *Sayr. d. cap. 3. nu. 16. propè fin.*

31 Causas autem indicendi nouum festum, antequam dicamus, supponendum primò dari rationem, ob quam festum alicuius Sancti sit venerabilior in vno loco, quàm in aliò, nàm Ecclesia in colenda Sanctorum memoria non tá respicit gradum honoris, quẽ habuerunt in terris, quàm vtilitatis ab eo acceptæ, vt pluribus probat *Bellarm. in controuers. de Rom. Pont. lib. 1.*

cap.

Digitized by Google

cap. 27. pag. 708. in fine, vers. denique.

32 Hoc dato, causæ propter quas potest indici festum Sãcto canonizato, sunt quæ sequuntur. Prima si agatur de decernendo festo Sancto Titulari, seu Patrono, *glos. in d.c. 1. de consecrat. dist. 1. Abb. in c. fin. num. 5. & ibi Barbat. de fer. Cassan. de glor. mundi par. 3. cõsid. 48. vers. quod si populi, Suarez d. cap. 11. sub nu. 10.*

33 Secũda ob insigne aliquod beneficium acceptum à Sancto, potest illi festum anniuersarium indici *l. 1. ibi pro rebus feliciter gestis, C. de ferijs, Suarez loc. cit.*

34 Hac ratione Ciuitas Neapolitana sollemni ritu bis in anno celebrat festum Sancti Ianuarij Episcopi, & Martyris, ob insignia beneficia precibus illius a Deo accepta.

35 Tertia potest dari causa, si agatur de indicendo festo Dedicationis Ecclesiæ, *cap. 1. de consecrat. dist. 3.* nam non solum in veteri lege dies Dedicationis Ecclesiæ culta fuit, vt dictum est supra *cap. 1.* sed apud Gentiles veneration i fuisse, docemur ex *l. si interueniente 12. ff. ad senat consult. Turpill.* ibi, *honorem domus diuinæ*, qua ratione celebrari potest non obstante, quod eadẽ die celebratur festum Ecclesiæ Metropolitanæ, vt in facti contingentia, me tunc informante censuit *Rota in Caesaraugustana dedicationis 9. Iunij 1614. coram bon. me. Cardinali Verospio.* Idque cum publica solemnitate, vt fuit resolutũ in eadem causa 18. Decembris 1617. coram Manzanedo.

36 Cæterùm, quamuis prædicta de iure rectè procedant, nihilominus, quia quotidiana experientia docemur hodiè pauperes grauari, vt festa ab Ecclesia vniuersali in dicta propter inopiã vix posse seruari, meritò S. Rituum Congregatio eius decreto confirmato à Sanctissimo D.N. Vrbano Papa VIII. Episcoporũ facultatem in addendis festis coarctauit, & à pietatis cultu nõ recedens, ad terminos humanæ necessitatis reduxit. Decreti autem verba leguntur in Breuiario nuper impresso auctoritate Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. post eius constitutionem de Breuiarij emendatione.

SVMMARIVM.

1 *Princeps secularis non habet facultatem indicendi festum in honorem Dei, vel Sanctorum.*

2 *Hoc idem dicunt Lutherani, &*

Digitized by Google

Caluinistæ.

3 Marci Antonij de Dominis *error.*

4 *Facultas indicendi festum in honorem Dei eiusque Sanctorũ, est potestatis spiritualis simpliciter, & directè.*

5 *Indicere festum in honorem Dei, vel Sanctorum est tempus Deo sacrare.*

6 *Princeps secularis non potest abrogare festum indictum ab Ecclesia.*

7 *Responsio ad argumentum* Marci Antonij de Dominis.

8 *Princeps secularis non potest indicere festum in honorem Dei, & eius Sanctorum, etiam si à Deo concessum sit insigne beneficium Orbi Christiano.*

9 *Princeps secularis non potest imponere pœnam contra non obseruantes festa.*

10 *Et si Princeps eam imponeret, est nulla, nec potest exigi ab Episcopo.*

11 *Princeps secularis non potest concedere licentiam laborandi in diebus festiuis.*

12 *Princeps secularis non potest præcipere subditis, vt festa seruent, quando Episcopus concessit licentiam laborandi.*

13 *Quid sit dicendum si Princeps secularis imponit eamdem pœnam, quæ est imposita per sacros Canones.*

14 *Vel imponit pœnam non directè super obseruantia festi.*

Princeps fæcularis an possit indicere festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum.

CAP. XII.

1 CAtholici omnes concordant Principem fæcularem non habere facultatem indicendi festũ in honorem Dei, eiusque Sãctorum, sic enim ex Theologis affirmant *D. Anton. in sum. par. 2. tit. 9. cap. 7. §. 1. Syluester in verb. Dominica num. 2. Emmanuel Sà in aphorism. verb. festa, Sayr. in claui Regia lib. 7. cap. 3. num. 17. Suarez*, qui testatur esse omnium receptissimam *de relig. par. 1. lib. 2. cap. 12. num. 2.* ex nostris *Abb. in cap. 2. num. 2. de ferijs, Alber. in l. omnes dies num. 1. vers. item vidi dubitari, C. de fer. Menoch. de arbitr. q. 30. num. 12.*

2 Hanc eamdem sentẽtiam admittunt Lutherani, & Caluinistæ, vt patet ex traditis *sup. cap. 1.* Quinimò *Titelman. Hæshusius lib. de error. Pontificium tit. 16.* pro monstro nobis obijcit, quòd festum Domini nostri Iesu Christi à Iustiniano, Natiuitatis verò Beatæ Mariæ à Mauritio Imperatore sint instituta, & quamuis in hoc decipiatur, vt ostẽdimus *supra cap. 3.* nihilominus

Digitized by Google

nus errans satis ipse declarat quàm turpe esset si historiæ fides subsisteret.

3 Inter omnes, solus *Marcus Antonius de Dominis* frontosus nostrorum temporum Apostata, facultatem indicẽdi festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum, vt alia ferè omnia tribuit Principibus sæcularibus, *de Republica par. 2. lib. 6. cap. 6.* hoc tantùm argumento suffultus, quòd Imperatores circa festorum obseruantiam plures constitutiones ediderunt, de quibus in *l. 2. 3. 7. & fin.* & passim in *toto tit. C. de feriis.*

4 Quo parum, seu nihil obstante contraria opinio sicuti cõmuni calculo recipitur, ità est verissima. Primò siquidẽ facultas indicendi festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum est potestatis spiritualis simpliciter, & directè, vt ostendimus *supra cap. 4. nu.* cuius quidem potestatis Princeps sæcularis est omninò incapax *cap. Ecclesia de constitutione, cap. cum laici de rebus Ecclesię cap. 2. & cap. nouit de iudic. cap. cum sit generale de for. comp.*

5 Secundò, quia indicere festum in honorem Dei, eiusq; Sanctorum nihil aliud est, quàm sacrare tempus Deo, *l. fin. in princ. C. de feriis, Alberic. in l. omnes dies, num. 1. vers. sed quæritur, C. eod. tit.* At hoc non potest fieri, nisi per Ecclesiam, ergò.

Minor probatur, quia Princeps sæcularis ex defectu potestatis non potest sacrare locum in honorem Dei, *c. cum Ecclesia de immunit. eccles. c. 2: eod. tit. lib. 6.* ergò neque potest sacrare tempus, cum in vtroque eadem vigeat ratio.

6 Tertiò, Princeps sæcularis non potest abrogare festum indictũ ab Ecclesia, *Castrens. in leg. quadraginta, num. 2. C. de feriis, Suarez d. cap. 12. vers. & cõfirmatur,* ergò neque potest festum indicere, quia eius est abrogare, qui potest constituere *l. omni nouatione, C. de sacros. eccl.* & in specie *Lanfrãch. de oriano, in cap. quoniam contrà num. 79. de probat.*

7 Non obstat, quòd Imperatores leges tulerint circa festorum obseruantiam, quia aliud est festum indicere in honorem Dei, eiusque Sanctorum, aliud legem ferre, quòd festa ab Ecclesia indicta seruentur, Primum ad solam Ecclesiam pertinet, secundum pertinet ad curam Sacerdotum, & Principum *cap. 1. in fin. de consecrat. dist. 3.* proprium siquidem Catholici Principis est, sacrorum Canonum statuta suis legibus

Digitized by Google

bus coadiuuare, *cap. 1. de nou. oper. nunt. Auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos §. fin. de Eccleſiaſt. tit. in princ.* Sic leges latæ ſunt fidei dogmata concernentes, *l. 1. & l. nos reddentes, & l. liquet, C. de ſum. trin. & fide cathol. & paſſim in tot. tit. C. de hæret.*

8 Firma prætereà remanet concluſio, Feſtum in honorē Dei per Principem ſęcularē indici minimè poſſe. Quę extenditur primò, vt procedat etiam ſi feſtum indicatur ob inſigne beneficiū Orbi Chriſtiano à Deo conceſſum, nàm licèt cauſa indicendi iuſta ſit, nihilominus indictio fieri debet per Eccleſiam, ſic feſtum Sanctiſsimi Roſarij, quòd celebratur in prima Dominica Octobris ad agēdas Deo gratias ob beneficium toto Orbi Chriſtiano cōceſſum, vt Turcarum claſſis numero longè ſuperior quaſſata remanſerit, fuit indictum *à fæl. rec. Gregorio XIII. vt in conſtitutione*, quæ incipit, *Monet Apoſtolus, quæ eſt 5. in ordine nouiſſimi bullarij.*

9 Extenditur ſecundò, vt Princeps ſæcularis ſicuti non poteſt indicere feſtum in honorem Dei, ità nequeat imponere pœnam contrà non obſeruantes feſta, quia hoc ſupponit iuriſdictionem compe tentem, *Bartol. in l. fin. §. fin. in in princ. ff. ſi quis in ius vocatus, Azor. moral. inſtit. par. 2. lib 1. cap. 26. q. 5. Suarez d. cap. 12. nu. 7. Alderan. in general ſtatut. interpetr. concl. 1. nu. 257. Barb. in tract. de Epiſcopo allegat. 105 ſub nu. 11. & 42.*

10 Etiā pari ratione extenditur tertiò, vt pœna impoſita per Principem ſæcularem circà feſtorum obſeruātiam, nec poſſit exigi ab Epiſcopo, quia cum pœna ſit nulla, conſequenter nulla eſt tranſgreſſio, *Alderan. & Barb. loc. cit.*

11 Eadem quoque ratione nequit Princeps ſæcularis cōcedere licentiam laborandi in diebus feſtiuis in honorem Dei, cum hoc tantùm pertineat ad Eccleſiam *cap. 3. de feriis*, & quatenus detur de facto, Princeps peccat, & nihilominus trāſgreſſores poſſunt ab Epiſcopo puniri, *Barboſ. & Alderan. loc. citatis.*

12 Rurſum, vbi Prælatus aliqua ex cauſa concedit licentiam laborandi diebus feſtiuis, non poteſt Princeps ſæcularis pręcipere ſubditis, quod illa licentia non obſtante feſta ſeruent, cum hæc omnia ſint extrà ſuam poteſtatem ex rationibus ſupradictis, atque ità in facti contingentia cenſuit *Sacra Congregatio Epiſcoporum de menſe Auguſti* 1618

re-

Digitized by Google

rescribes Episcopo Vmbriaticensi.

13 Hæc vltima extensio declaratur primò, vt procedat in pœna diuersa ab ea, quę est imposita per sacros Canones, secus si Princeps imponat eãdem pœnam, quam sacri Canones imponũt, vt probat *tex. in l. 2. in fin. C. de ferijs*, vbi actus contentiosæ iurisdictionis facti in festo in honorem Dei decernuntur nulli eodẽ modo, quo in *cap. fin. eod. tit.*

14 Declaratur secundò quoties pœna non imponitur directè super obseruantia festi, sed super facto indecenti, tunc enim pœna valet, *l. fin. C. eod. tit.* vbi puniuntur representantes in die festo spectacula obscena, vel lacrimosa.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod nulla festa seruentur est nullum, etiam si fieret per Ecclesiam vniuersalem.*

2 *Summus Pontifex potest statuere quod non seruetur aliquod festum.*

3 *Episcopus potest statuere, quod nõ seruẽtur aliqua festa particularia ipsius Diœcesis.*

4 *Statutum laicorum an possit tollere festa indicta in honorem Dei, eiusque Sanctorum.*

5 *Intellectus textus* in l. prouinciarum *C. de ferijs.*

6 *Statutum disponens, quod procedi possit etiam diebus feriatis quomodo intelligatur.*

7 *Rescriptum, cum clausula quod procedatur ferijs non obstantibus, quomodo intelligatur.*

8 *Compromissum cum facultate procedendi diebus feriatis, & non feriatis, quomodo intelligatur.*

An valeat statutum, quòd feriæ in honorem Dei non seruentur.

CAP. XIII.

1 NOnnullæ sunt conclusiones cõstituendæ, ex quibus materia tota liquebit.

Prima conclusio. Statutum quod nulla festa seruentur, est nullum ipso iure, etiam si fieret per Ecclesiam Vniuersalem, quia esset contra ius Diuinum, & naturale, quo docemur aliquod debere esse tempus, quo curis sepositis, Deo vacare possimus, *D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concl. 1.*

2 Secunda conclusio. Potest Summus Pontifex statuere, quod aliquod festum non seruetur, quia cum ipse possit festa in honorem Dei præcipere, vt latè dictum est *supra*

cap.

Digitized by Google

cap. 10. poteſt etiam abrogare *l. omni innouatione, C. de ſacroſ. eccl.* & notat in ſpecie *Lanfranch. de Orian. in cap. quoniam contra nu.* 79. *de probat.*

3 Hac eadem ratione poteſt hoc idem fieri ab Epiſcopo in eius Diœceſi quo ad feſta peculiaria ipſius Diœceſis, vel Ciuitatis, non autem quo ad feſta indicta à Summo Pontifice, vel Concilio generali.

4 Tertia concluſio. Statutum laicorum poteſt tollere feſta indicta in honorem Dei, eiuſque Sanctorum, *Bal. in l. feriatis, num.* 5. *de ferijs, Alex. in l. præſides n.* 2. *& 3. ff eod. Carp. ad ſtatuta Mediolani c.* 400. *nu.* 1. *& 2. Franc. March. deciſ.* 410. *par.* 1. Ducuntur *ex l prouinciarum C. de ferijs*, vbi in cauſis inſignium latronum, poteſt procedi etiam in die Paſchatis.

5 Sed hic textus ad rem minimè facit, quia loquitur in cauſis criminalibus atrocioribus, in quibus Princeps nõ tollit ferias, ſed procedit interpretando, quod tunc ceſſet prohibitio, ob præſumptã Dei volũtatem, qui vult omni die multorum incolumitati ſuccurri, vt apertè illius textus verba indicant. Contrarium propterea tenẽt *Alber. in l. omnes dies ſub num.* 1. *uerſ. item quæritur, Bal. conſ.* 176 *num.* 2. *lib.* 2. *Caſtrenſ. in l. quatraginta, C. eod. Soccin. conſ.* 8. *num.* 13. *lib.* 4. *Carpan. ad ſtatuta Mediolani par.* 3. *cap.* 275. *num.* 150. *par.* 2. *& iterum cap.* 493. *lit. C.* Ratio eſt, quia ſi hoc non poteſt fieri per Principem, vt dictum eſt *ſupra cap.* 21. tanto minus per ſtatutum. Nec refert, quod poſsit fieri per cõſuetudinem, quia ratio eſt valde diuerſa, vt dicetur in cap. ſequenti.

6 Ex quo deducitur, quod ſtatutũ, vt procedi poſsit etiã diebus feriatis ſemper intelligitur præter quam in feriatis in honorẽ Dei, & Sanctorũ, *Carpan. d. c.* 399. *n.* 158. *par.* 1.

7 Reſcriptum etiam Principis, & Summi Pontificis cum clauſula, quod procedatur ferijs non obſtantibus intelligitur de ferijs inductis ad vtilitatem hominum, non autẽ in honorem Dei, *Clem. ſæpè, vbi gloſ. in verb. ob neceſſitates, de verb. ſignif.*

8 Et ſimiliter, compromiſſum cum facultate procedẽdi diebus feriatis, & non feriatis intelligitur de feriatis in vtilitatem hominum, quia ex pacto fieri poteſt, nè ſeruentur feriæ in honorem hominum, *gloſ. in l. ſi feriatis, verb. ex voluntate, ff. de fer. Frane. March. deciſ.* 410. *in princ. par.* 1.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo laicorum non potest inducere obligationem diei festi.*

2 *Consuetudo laicorum, & clericorum simul, non inducit obligationem diei festi, nisi accedat consensus Episcopi.*

3 *Quæ requirantur ad hoc vt dicatur inducta consuetudo seruandi festum.*

4 *In celebrandis festis attendenda est consuetudo Ecclesiæ Romanæ.*

5 *Consuetudo celebrandi festum diuerso modo, quo celebratur in Ecclesia Romana, an valeat.*

Consuetudo legitimè introducta potest extendere, & limitare tempus, & alias circumstantias festi nu. 6. & 7.

8 *Consuetudine potest fieri, vt festum quod non seruatur, seruetur.*

9 *Consuetudine potest fieri, vt festum seruandum ex præcepto, non seruetur.*

Consuetudine an possit induci festum in honorem Dei, eiusque Sanctorum.

CAP. XIIII.

1 SVpponendum primò; Solam cõsuetudinem laicorum non posse inducere obligationem diei festi, quia cum obseruatio debeat esse communis clericis, & laicis, ac specialiori modo pertineat ad clerum, non potest sola laicorum consuetudo clerum afficere, *cap. 3. de consuetud. Suarez de religione tom. 1. lib. 2. cap. 12. num. 5.* & suffragatur regula *l. 1. C. ne res inter alios acta.*

2 Suppono secundò; Consuetudinem laicorum, & clericorum simul, non inducere obligationẽ diei festi, nisi accedente consensu Episcopi, vt probatur ex *cap. cum consuetudinis eod. tit. de consuetudine, Suar. loc. cit.* Ratio est, quia potestas inducendi festum spectat ad Episcopum, non autẽ ad populum, seu clerum, vt plenè dictum est *supra cap. 11 n. 8. & seq.* ideoq; eius consensus requiritur expressus, aut saltim tacitus, aliàs non inducit obligationem, *Suarez loc. cit.*

4 Suppono tertiò; Quod ad hoc, vt dicatur inducta cõsuetudo seruandi festum, non sufficit si fiat, quod in festo fieri debet, nempè audire missam, & ab operibus seruilibus cessare, etiam si omnia fiant sollemniter, & processionaliter, hoc enim fieri potest propria voluntate ex deuotione, vel ex voto, sed re-

Digitized by Google

quiritur, quod obſeruantia fiat ex obligatione, *Rot. in Valentina cappellæ 30. Aprilis 1599. coram Iuſto.*

4 His itaque ſuppoſitis ſit prima concluſio. In feſtis celebrandis attendenda eſt conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, vt quæ vnicuique Sacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis, *cap. de jis 12. diſt.*

5 Secunda concluſio. Valet conſuetudo celebrandi feſtum diuerſo modo, quo celebratur in Eccleſia Romana *cap. 2.* vbi tradunt omnes *de feriis, Vitalin. in clem. dignum num. 59. de celebrat. miſſarum, Antonin. Piagg. in tract. de conſuetud. q. 2. num. 102. Rot. dec. 4 num. 3. de elect. in nouis, & in Cæſaraguſtana dedicationis 9. Iunij 1614. coram bo. mem. D. Cardinale Fabritio Veraſpio.*

6 Tertia concluſio. Conſuetudo legitimè introducta, poteſt extendere, & limitare tempus, & alias feſti circumſtantias, nempè quando debeat incipere, vel finire *cap. 2. in princ. de fer.* & ibi *Doctores paſſim.*

7 Hoc idem dicendũ, quod feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis celebretur in octauis Pẽtecoſtes, vel in Dominica prima antè aduentũ, in his enim & ſimilibus circumſtantijs defertur conſuetudini, nàm cum ſpeciale tempus feſti ſit de iure eccleſiaſtico, *D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4.* poteſt conſuetudine mutari, *d. cap. 2. §. præterea.*

8 Quarta concluſio. Conſuetudine fieri poteſt, vt feſtum, quod non ſeruatur, ſeruetur, hoc enim varijs ex cauſis cõtingere poteſt, vt dictum eſt *ſup. cap. 15. nu. 5.*

9 Quinta concluſio. Fieri conſuetudine poteſt, vt feſtũ ex præcepto ſeruandum, non ſeruetur, *Bar. in l. quadraginta de fer. Bal. in l. filius familias, ſub nu. 5. ff. de donat.* & iterum *Bal. in l. ſi feriatis ſub num. 3. ff. de fer. Alex. in l. ſi Præſides, n. 2. & 3. ff. eod. tit. Iaſ. in l. 1. §. excipiuntur nu. 13. ff. de fer. Caccialup. in l. omnes populi nu. 58. ff. de iuſt. & iur. Carpan. ad ſtatuta Mediolani par. 1. cap. 110. num. 6.*

SVMMARIVM

1 *Opus ex ſua natura illicitum in die feſto, an poſſit fieri licitum per conſuetudinem.*

Piſcatores, Barbitonſores, & vendentes pileos, & calceas, an poſſint in die feſto exercere eorum artes. num. 2. 3. & 4.

5 *Conſuetudo an poſſit facere, vt feſta non ſeruentur.*

5 Quę

Digitized by Google

Quæ differentia sit inter statutum, & consuetudinem in hac materia.

Consuetudine an fieri possit, vt opus in die festo sua natura illicitum, efficiatur licitum.

CAP. XV.

1 FIeri posse scribunt *D. Antonin. in summ. par. 2 tit. 9 cap. 7. §. 1. Caiet. in verb. festorum violatio, & iterũ 2. 2. q. 122. art. 4. Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. Tabiena in verb. feriæ n. 14. Armill. verb. festum num. 8. Nauar. in Manual. cap. 13. num 8. Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 33. nu. 12.* & hæc est vera, suppositò quòd consuetudo sit introducta scionte, & patiente Prælato.

Ratio est, quia sicuti consuetudine potest induci, & abrogari festum, vt dictum est *supra cap.* ità potest abrogari in aliqua parte, *l. quæ de tota ff. de acquir. hæred. cap. 2. de fer.*

2 Hac ratione attenta excusantur Piscatores, Barbitonsores tondentes capillos, & barbam accedentibus in die festo ad Ciuitatem, à qua sũt

3 eodem die recessuri. Item, & vendentes pileos, calceas, & similia, quia cũ emptores regulariter accedere soleãt ad emendum die festo, æquiparantur piscibus, & auibus certo tempore transeuntibus, *d. c. 3. de fer. Caiet. loc. cit.* & ob id succurritur necessitati ementium, & vendentium, *Suarez d. cap. 33. nu. 16.*

4 Patet hoc exemplo, quia de iure seruandi sunt septem dies post Pasca, *d. cap. fin. de feriis*; & nihilominus videmus seruari duos dies tantùm.

5 Contrà prædicta obiici potest, quòd nos ex multorum auctoritate scripsimus *supra cap. 14.* non valere statutum laicorũ circa festa, seu quod festa in aliquibus causis non seruentur, si enim hoc non potest fieri per statutum, ergò neque per cõsuetudinem, cum prædicta à pari procedant, *§. plebis citum, inst. de iur. nat.*

6 Respondeo, latam esse inter statutum, & consuetudinem differentiam in hac materia, Siquidem statutũ procedit tãtum à laicis, quorum in rebus ecclesiasticis nulla prorsùs est potestas, *l. omni innouatione C. de sacros. eccl.* cũ aliis, de quibus *supra cap. 12.* Consuetudo verò procedit à populo, & clero cum aucto-

ritate Episcopi tacita, vel expressa, *vt sup.* dictum est, *cap.* 11. atq; ideo ab vno ad aliud non infertur *l. Papinianus ff. de minor.*

SVMMARIVM.

1 *In die festo debemus cessare ab opere.*
2 *Operum alia sunt spiritualia, alia libera, & alia seruilia.*
3 *Obseruantia Dominicæ, & aliorum festorum succedit obseruantiæ Sabbati, sed non ex præcepto Diuinæ legis, sed constitutione Ecclesiæ.*
4 *Ecclesia multa concedit in festis, quæ in veteri lege negabantur in Sabbato.*

A quibus operibus sit cessandum vt satisfiat præcepto seruandi festa in honorem Dei.

CAP. XVI.

1 PRæter Missam tenemur die festo cessare ab opere. cum autem non omnia opera dicantur prohibita, vt res tota explice
2 tur. Præmitto primo, operum omnium, alia esse spiritualia, alia liberalia, alia seruilia.
3 Præmitto secundò, quod licet obseruantia Dominicæ, & consequenter aliorum festorum, in noua lege succedat obseruantiæ Sabbati, tamen non succedit ex præcepto legis Diuinæ, sed ex constitutione Ecclesiæ, ideò non est ita arcta, sicut erat in Sabbato, & ob id in festis multa
4 concedit Ecclesia, quæ in veteri lege negabantur in Sabbato, *cap. 2. & 3. de ferijs, D. Thom. 22. q. 122. art. 4. in respons. ad quartum.*

His suppositis dicendum primò de operibus naturalibus, & aliis necessariis in die festo permissis, aut veritis, secundò de operibus spiritualibus, tertiò de liberalibus, quartò de seruilibus.

SVMMARIVM.

1 *In lege veteri nec ignem accendere licebat in die Sabbati.*
2 *Ecclesia in prohibitione operum non est imitata obseruantiam ceremonialem sabbati, sed moralem.*
3 *Comedere, bibere, lauare corpus, & alia opera natur alia non cadunt sub præcepto sanctificandi festa.*
4 *Coquere cibos in die festo non cõprehenditur in hoc præcepto.*
5 *Ampliatur etiã in artificiosis cibis.*
6 *Excoriare animalia, & colligere fru-*

Digitized by Google

fructus an possint fieri in die festo.

7 *Pistorum opera an licita sint in die festo.*

8 *Romæ, & Neapolis, in festis Nativitatis, & Resurrectionis Domini edulia antecedenti die præparantur.*

9 *Opera necessaria ad salutem licet sint mechanica possunt in die festo exerceri propter necessitatem.*

10 *Medici, & alij ministri ad medelam exercendam possunt in die festo laborare.*

11 *Ministri ad medelam exercendam deputati non possunt in die festo parare ea quæ non sunt necessaria.*

12 *Tempore belli possunt in die festo foueas purgari, ageres erigi, & tormenta bellica, aliaque similia fieri.*

13 *In fluminis inundatione idem dicendum est.*

14 *Multa opera possunt fieri in die festo ob necessitatem, quia non possunt aptius alio die fieri.*

15 *Sed hęc intelligenda sunt, accepta prius Episcopi benedictione, si adiri potest.*

16 *In die festo possunt fieri opera necessaria ad salutem animalium.*

De operibus naturalibus, alijsq; necessarijs in die festo non prohibitis.

CAP. XVII.

1 SVpponendum primò, quod licet in veteri lege obseruantia Sabbati esset ita stricta, vt nec ignem accendere liceret, *Exodi c. 3.*

2 Ecclesia tñ in prohibitione operum non est imitata obseruantiam festi Sabbati, quæ erat ceremonialis, sed obseruantiam moralem, secũdum quam non erant prohibita, quæ ad vitam ducẽdam pertinent, *Exodi cap. 12. Nihil operis facietis in eis, exceptos his, quæ ad vescendum pertinent. D. Thom. 2. 2. quæst. 122. art. 4. ad quartum, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. in respons. ad tertium, Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 3.* Hoc etiam seruatum apud Ethniços docet *Macro. saturnal. lib. 1. cap. 16.* vbi ex Scęuolę sententia sic scribit. *Scæuola denique consultus, quid ferijs agi liceret; respondit, quod prætermissum noceret.*

3 Comedere ergo, & bibere, item & lauare non solum manus, sed totum corpus, aliaque opera naturalia facere, non cadit sub præcepto sanctificandi festa, *cap. peruenit de*

con-

Digitized by Google

conſecr. diſt. 3. Suarez loc. cit.

4 Cum autem ad comedendum, & bibendum opus ſit opera miniſtrorum, *Ariſtot. Politicor. 1. cap. 4.* inde conſequenter reſultat, vt quamuis actio coquendi cibos ſit ſeruilis, nihilominus non cenſeatur comprehenſa in præcepto ſanctificandi feſta.

5 Quod procedit non ſolum in his, quæ ad vitæ naturalis preſcriptum ſunt neceſſaria, ſed etiam in paſtillis, aliiſque artificioſis cibis, & delitioſis, *Sot. d. q. 4. in reſponſ. ad tertium, verſ. quarta cauſa, Suarez d. c. 21. ſub num. 3.* qui licet aſſerat hoc eſſe vigore receptæ conſuetudinis, nihilominus dicendum cenſeo eſſe, quia cũ non ſit in præcepto quod abſtineamus à cibo, & potu, nec reperiatur limitatus modus comedendi, & bibendi, intelligitur eo modo, quo comedi conſueuit.

6 Pari etiam ratione puto non comprehendi actiones excoriandi animalia, & colligendi fructus eodem die, vt recenſiores habeãtur, quamuis laudabiliùs ſit, ea quæ præparari poſſunt die præcedenti, in die feſto non differri.

7 Piſtorum opera regulariter in die feſto licita non exiſtimantur, eo quod commodè præparari poſsint, niſi fortè tantus eſſet feſtorum concurſus, aut populi multitudo, vt difficile eſſet tantum panem præparari, qui Populo ſufficeret; *Sot & Suarez locis cit.* 8

8 Romæ, atque Neapolis, vbi Deo benedicente Populus frequentiſsimus eſt, in feſto Natiuitatis, & Reſurrectionis 9
Domini noſtri Ieſu Chriſti, panis, caro, vinum, aliaque edulia antecedenti die præparantur, adeo vt cuilibet 1
fas ſit neceſſaria ad biduum ſibi præparare, quod ſi facere omittat, negligentiæ pæ- 1
nam abſtinentia neceſſaria luit, fores enim vendentium illis diebus nemini patent. 1

9 Naturalibus operibus proxima ſunt opera neceſſaria ad ſalutem, quæ quamuis mechanica, neceſsitatis tamen ratione poſſunt exerceri in quocumque die feſto, quoniam in præcepto ſanctificãdi non includuntur, *Suarez loc. cit. nu. 6. Umbro apud Macrob. ſaturnal. lib. 1. cap. 16.* negat pollui eum, qui aliquid ad vrgentem vitæ vtilitatem reſpiciens actitaſſet.

10 Hac ratione Medici, tam Phiſici, quam Chirurgiæ profeſsores, Pharmacopolæ, ſanguinis miſſores, aliique tam immediatè, quam mediatè ad medelam exercẽdam miniſtri

Digitized by Google

niſtri, poſſunt in die feſto laborare, nam & Chriſtus hominem lotum ſanauit in die Sabbati, & Iudæos arguit, quod de hoc indignarentur *Io. cap. 7.*

11 Animaduertendum tamẽ eſt, quod licet Pharmacopulę alijque ad medelam exercẽdam deputati, non includantur ſub hoc præcepto, hoc tamen debet intelligi ad præſcriptum neceſsitatis præſentis, poſſunt enim medicinas, colliria, cataplaſma, & alia ſimilia facere eatenus, quatenus ad præſentem infirmitatem neceſſaria requirãtur, non autem parare alia, quæ neceſſaria non ſunt, *Sot. de iuſtit. & iure lib. 2. q. 4. in reſponſ. ad octauum in quarta cauſa.*

12 Pari etiam ratione ſalutis, poſſunt tempore belli parari in die feſto tormenta bellica, ageres erigi, foueæ purgari, aliaque ſimilia fieri, quia omnia tendunt ad Reipublicæ ſalutem tuendam, *Sot. loc. cit.* & dictum eſt latè *ſupra cap. 17. num. 2.*

13 Et quæ de bello dicimus, locum ſibi vendicant etiam inundatione fluminis, nam & hæc iuſtam inducunt, neceſsitatis cauſam, *l. 1. C. de religioſ. & ſumpt. funer.* Trabem etiam teſti fractam amouere aut aliter ab imminenti ruina vindicare, *Macrob. ſaturnal. lib. 1. cap. 16.*

14 Sunt, & alia opera, quæ neceſsitatis ratione in die feſto licent, veluti opera, quæ non aptius alio die fieri poſsunt, quam in die feſto, *l. 3. C. de feriis*, cuius verba ſunt iſta, *Ruri poſiti, agrorum cultura liberi, libenterque inſeruiant, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſerobibus mandentur, ne occaſione momenti pereat comoditas cæleſti prouiſione conceſſa.* Ex quibus planè verbis patet, tẽporis neceſsitate poſse frumentum ſeminari, vineaſque fodi. Tempore Meſsis ſegetes colligi, teri, & flante aura grana purgari, quæ om-

15 nia intelligenda ſunt, accepta Epiſcopi benedictione ſi adiri poteſt; ſin autem alii Sacerdotis, *Sot. loc. cit. Egid. in c. 1. nu. 5. 6. & 7.* & latius dicetur infra.

Et quæ dicta ſunt, procedũt non ſolum in rebus neceſsariis ad ſalutem hominum, ſed etiam ad ſalutem animaliũ noſtrorum, nam Chriſtus aſinum ex fouea leuari poſſe docuit apud *Matth. cap. 12.* Maro etiam omnium diſciplinarum peritus, ſciens lauari ouem, aut lanæ purgandæ,

Digitized by Google

dæ, aut scabiei curandæ gratia, pronunciauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret.

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Adijciendo enim salubri, ostendit auuertendi morbi gratia tantum modo, non autem ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri concessum.

16 Hinc Marescalli soleas ferres iam factas applicare possunt æquis, ne vnguibus ledantur, *Sot. d. q. 4. in 3. operum genere, causa 4. vers. At qui*: Laterum etiã, ac vitri coctores eidem subiacent necessitati, accensis siquidem fornacibus, opera sine rei iactura retardari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Esercitia spiritualia præter missam in die festo, non sunt de præcepto.*

2 *Sacramenta omnia possunt exerceri in die festo.*

3 *Opera quæ immediatè pertinent ad Dei cultum, vel sunt cultui coniuncta possunt exerceri in die festo.*

4 *Sed quæ possunt ante festum præparari non possunt licitè fieri in die festo, nisi ex rationabili causa.*

Opera quæ remotè pertinent ad Dei cultum nec etiam possunt licitè fieri in die festo num. 5. & 6.

7 *Opera quæ proficiscuntur ex animo licet sint corporalia, si respiciunt Dei cultum, licitè fieri possunt in die festo.*

De operibus spiritualibus in die festo permissis, aut vetitis.

CAP. XVIII.

1 TRibus propositis conclusionibus res tota liquebit. Prima conclusio. Exercitia spiritualia in die festo, præter Missam, non sunt de præcepto, ex plenè dictis *cap. 9.*

2 Secunda conclusio. Omnia spiritualia, quæ gratiam conferunt, possunt licitè exerceri in die festo, ista sunt omnia sacramenta, *Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concluſ. 1.* sic & in veteri lege circumcisio administrabatur in Sabbato. *Io. cap. 7.*

3 Tertia conclusio. Omnia opera, quæ pertinent immediatè ad Dei cultum, vel sunt ipsi cultui cõiuncta, possunt die festo licitè exerceri. Negat *Vmbro apud Macrob. lib. 1. Satur. c. 16.* eũ pollui, qui opus vel ad Deos pertinens, sacrorumue causa fecisset. Sunt enim pars cultus, quo præcepto,

Digitized by Google

pto, censentur præcepta omnia, quæ sunt necessaria ad illum exercendum, *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. l. oratio. ff. de spõsa.* talia opera existimantur, Crucem, vel reliquiarũ statuas in processionibus baiulare, cãpanas, vel organa pulsare, & similia facere, nã & in veteri lege in Sabbato arcam deferre licebat *D. Th. 2. 2. q. 122. ar. 4. in respons. ad 3. & ibi Caiet. Sot. de iust. & iure lib. 2. q. 4. concl. 4 vers. redeundo igitur, Philiarch. de off. Sacerd. lib. 3.*

4 Quarta conclusio. Opera, quæ pertinent ad Diuinum cultum, quæ possunt ante festum præparari, in diebus festis non possunt licitè fieri, nisi ex rationabili causa, *vt Sot. & alij locis citatis* fatentur, talia sunt Templum, & altaria parare, hostias facere, & similia, vt Doctores mox citati fatentur, subdentes rationabilẽ causam esse, festum quod præparationem impediat, aut aliquid simile.

5 Quinta conclusio. Opera, quæ remotè pertinent ad cultum Diuinum, non possunt in die festo licitè exerceri, quia suapte natura sunt opera seruilia, & causa remota, quæ non consideratur, talia sunt cemẽta deferre pro Ecclesia construenda, vel reparanda, calices fabricare, colere agros Ecclesiæ pauperculę & similia facere, *Alex. de Ales par. 3. quæst. 32. membr. 5. art. 2. Caietan. 2. 2. quæst. 122. art. 4. Sot. lib. 2. de iust. & iur. quæst. 4. concluſ. 4. Nauar. in Manual. cap. 13. nu. 4. vers. 7. Philiar. de off. Sacerd. par. 2. lib. 3. cap. 23. Lopes in instruct. cap. 25. Sayr. loc. cit. nu. 3. vers. istis addi possunt.*

6 Nec refert, quod feruntur ad piam causam, quia causæ pietas operatur, vt possit à Prælato concedi dispensatio, nõ autem vt cesset præceptũ operandi *cap. 3. de feriis.*

7 Sexta conclusio; Opera, quæ proficiscuntur ex animo, quamuis corporalia sint, si respiciunt Dei cultum, non solum fiunt licitè, sed etiam commendantur: talia sunt, oratio, lectio sacræ Scripturæ, & similia, de quibus *Caiet. d. art. 4. § ad primum, Suarez de relig. tom. 2. lib. 2. cap. 22. n. 1.* & hoc difficultate caret.

SVMMARIVM.

1 *Opera liberalia in die festo non sunt prohibita.*

2 *Studium Theologiæ est licitum in die festo.*

Et quid sit dicendum, de studio forensi nu. 3. 5. 6. & 7.

Iudicia an sint prohibita in die festo nu. 4. & 8.

Digitized by Google

Studere, consulere, scribere & similia licitè fieri possunt in die festo. nu. 9. & 10.

11 *Ampliatur etiam si fiant ex sola causa lucri.*

De operibus liberalibus, An studere in die festo sit prohibitum.

CAP. XIV.

1 REgulariter opera liberalia in die festo nõ sunt prohibita, Ecclesia enim præcipit tantum abstinentiam ab operibus seruilibus, *cap. 3. de ferijs. D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ibique Caiet. & alij, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concluſ. 1. Archid. in cap. ieiunia de consecrat. dist. 3. cum alijs mox allegãdis.* Ideò dum quærimus an studere in die festo sit prohibitum.

2 De studio Theologiæ, vel alia materia spirituali, cõcordant omnes esse licitum, quia omnia tendunt ad religionẽ: de alijs vero studijs, & præsertim de studio forensi, non esse licitum ex Theologis scripsit *Abulens. Exod. c. 12. q. 26.* ex nostris *Butr. in cap. 1. de ferijs.*

3 Ducuntur quia finis primarius festorum est medio vacationis homines inducere ad Dei contemplationem, *cap. 2. in fine, 15. q. 4. D. Tho. & alij locis cit.* At studium forẽse abstrahit hominem à contemplationes ergo.

4 Hac ratione, prohibita sũt in die festo iudicia, ne forensi strepitu fideles abstrahantur à cultu, *cap. 1. de ferijs l. 2. 8. & fin. C. de ferijs.*

5 Contrarium, quod in die festo liceat studere etiam in materia forensi, & in quacũque alia, censuit *glos. in l. pen. verb. militarem ff. de ferijs DD. in l. omnes Iudices C. eod. tit. Archid. in cap. ieiunia de consecrat. dist. 3. Io. Andr. Anchar. Abb. & Barbat. in d. cap. 7. de ferijs, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. ad tertium. Nauarr. in Manual. c. 13. nu. 12. Azor. tom. 2. lib. 1. c. 27. q. 3. Suarez de relig. par. 1. lib. 2. cap. 22. num. 3.* vbi quod hæc sententia est vera, etiam si missa audita, totus dies in studio consumatur. Hanc quoque opinionem probat receptus vbiq. vsus, & signãter in Curia Romana, vbi Aduocati, Procurator, Sollicitatores, & Amanuenses, seu Copistę, satisfacto missæ præcepto, in studio, & scribẽdo, agendo, aliisque extraiudicialibus actionibus versantur. Ratio est, quia pro obseruantia festi sufficit abstinẽtia ab operibus seruilibus, *cap. 3. de ferijs cap. 1. de consecrat. dist. 1.*

D.

Digitized by Google

D.Th.& alij 2.2.q.122. art.4. studere autem, consulere, scribere, & similia non sunt opera seruilia, sed liberalia.

6 Non obstat contrarium; quia studere, consulere, scribere, & similia facere non distrahit hominem à contemplatione, & cultu, quia cum cultus totus in die festo consistat in Missa, & reliquæ spirituales actiones non sint in præcepto, vt dictũ est sup. *c.* 9 sequitur q; dũmodo missa audiatur, actus scribendi, studẽdi, consulendi, & similia non extrahũt, sed potest vtrunque sine impedimento exerceri.

7 Præterea studium forense, versatur in cultu iustitiæ, nẽpè in notitia boni, & equi, in separando licitum ab illicito, & vt vnicuique ius suũ reddatur *l.1.& l.iustitia, ff.de iust. & iure*, qui quidem actus sũt religionis, saltim in genere, cuius respectu Iureconsulti Sacerdotes appellantur, & consequenter religioni cohærent, *l. pen.C.de ferijs*.

8 Dices, hac ratione attenta, iudicia reddenda essent in festo, at contrarium statuitur in *cap. 1. de ferijs, in l. 2. 3. 7. 8.& fin.* ergo.

Respondeo, prohiberi quidem actus iudiciales, quatenus fiunt in contradictione, nempe quatenus continent executionem, coactionem, & controuersias, quæ verè a Dei cultu non parum abstrahunt, non autem quatenus continent actionem, quia actio ipsa exclusa controuersia, non abhorret a festo, ità probat *text.in d.l.actus omnes, & l.fin. C.de ferijs, & in cap.1. eod. tit.*

9 Firma propterea remanet cõclusio; Studere, consulere, scribere, & simliia facere, esse opera liberalia, & consequenter licitè fieri posse in die festo.

10 Hæc conclusio procedit etiam si prædicta fiant ex sola causa lucri, vt scribunt omnes citati *DD.* & signanter probat *Suarez de relig. lib. 2. cap.19.nu.6.& cap.22.num.6.* quibus nouissimè accedit, *Zaccharias Pasqualigi decision. moral.138.*

11 Contrarium tenent *Iaſ. in l.Diuus Traianus nu.3. ff.de ferijs, Moditius in §.responsa prudentum dub.9. num. 2. Sylu in verb.Dominica nu. 7.*

At prior opinio, sicuti est receptior, communique praxi recepta, ita est verior, quia studium de per se liberale nõ transit in seruile, ex eo quod merces interueniat, quia merces accedit accidentaliter, & actus substantiam nõ mutat.

SVMMARIVM.

1 *Scribere proprios conceptus in die festo licitè fieri potest.*
2 *Amanuenses qui aliorum scripta, per mercedem exemplantur, an licitè possint in die festo scribere.*
Negatiua opinio, ibid. & n. 3.
Affirmatiua opinio nu. 4. & 6.
5 *Vsus Romanæ Curiæ in hac materia.*
7 *Pingere in die festo, an sit licitum.*
8 *Designare in die festo an liceat.*
9 *Tipographiam exercere in die festo, an liceat.*
10 *Rationes subducere in die festo an liceat.*

Scribere an liceat die festo.

CAP. XX.

1 NOn dubitatur de scribentibus proprios cõceptus, isti enim nõ minus dicuntur studere, quã scribere: atque ideo sicuti studere licet in die festo, vt dictum est in cap. præcedenti, ità & studia scriptis mandare, & in hoc conueniunt omnes in cap. præcedenti allegati.

2 Dubitatio ergo refertur ad Amanuenses, per quos scripta aliorum exemplantur causa mercedis; & quod scribere non liceat, docent *Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad secundum. D. Anton. par. 2. tit. 9. cap. 7. §. quantum, Riccard. in 3 dist. 37. art. 2. quæst. 4. Sot. lib. 2. de iust. & iure, quæst. 4. art. 4. ad tertiũ. Astens. lib. 1. tit. 22 art. 4. & tit. 23. ar. 3. q. 5. Summa confess. lib. 1. tit. 12. quæst. 9. Angel. in verbo feria num. 9. & 31. Tabien. n. 39. & 40. Azor. Moral. inst. par. 2. lib. 1. cap. 27. q. 4. Nauarr. in Manual. cap. 13. nnm. 14. Fernandez in exam. Theolog. p. 1. c. 7. §. 1. n. 10. Vega in Summa tom. 1. cap. 114. casu 3. Reginal. tom. 1. lib. 19. cap. 3. nu. 40. in fine, Sanchez opusc. tom. 2 lib. 5. cap. 2. dub. 9. num. 4.*

3 Ratio horum est, quia trã scribere propter mercedem, suapte natura nõ est effectus mentis, aut alicuius artis liberalis, sed purus labor corporalis, & ob id mechanicus.

4 Contrarium quod etiam si quis vti simpliciter Amanuensis scribat, seù transcribat, licitè operetur censuerũt *Medina lib. Instr. 1. cap. 14. §. 8 Lopez instructor. par. 1. cap. 52. Sayr. in Claui regia lib. 7. c. 2. n. 15. Rodriquez in summa tom. 3. cap. 16. num. 3. Sà Aphorism. verbo festum, num. 5. Laiman. lib. 4. Theologiæ moral. tract. 7. cap. 2. num. 3. Suarez de relig. tom. 1.*

Digitized by Google

tom. 1. lib. 2. cap. 25. nu. 4. Molfes. in summa tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42. Castr. Palaos par. 2. tract. 3. disput. 2. punt. 5. num. 4. Ioan. à Cruce Direct. casuum conscientię præcep. 3. art. 1. num. 2. Bonac. de 3. præcepto Decalogi q. vnica, puncto 2. nu. 5. Gorden. lib. 6. Theologiæ moral. q. 7. cap. 6. vers. At quid saltim, & hanc opinionem vsus probauit, & præsertim Romanæ Curiæ, in qua Amanuenses passim audita missa, informationes Aduocatorũ transcribunt.

6 Horum ratio est, quia scriptio, vel fit dictante Authore scripturæ, & scribens consideratur tamquam instrumentum animatũ scribentis, adeo vt sicuti famulus potest subministrare Domino necessaria, ità Amanuensis potest subministrare operam Auctori: hac ratione, famuli Iudicum, & Aduocatorum possunt scribere vota, & informationes. Vel fit per solam transcriptionem, & tunc licet fiat modo materiali, non potest dici opus mechanicũ, quia actus ordinatur ad cõcipiendum conceptus animi, quod sufficit ne dicatur opus mechanicum.

Ex his remanet sublata ratio contrariæ opinionis.

7 Pingere in die festo an sit licitum dixerunt hinc inde, *Suarez d. lib. 2. cap. 26. Azor. Moral. inst. par. 2. lib. 1. cap. 27. q. 6. Zacchar. Pasqualigi decis. moral. 141. & 142.* qui etiam
8 *decis. 147.* disputat an liceat die festo designare? & *decis. 148.* an liceat pingere acu? &
9 *decis. 149.* an liceat exercere Tipographiam? & *decis. 150.*
10 an liceat rationes subducere?

SVMMARIVM.

1 *Venari, & aucupari in die festo recreationis causa, an liceat.*
2 *Venari, & aucupari recreationis causa in quo differat, à venari, & aucupari causa lucri.*
3 *Venatio est opus corporale.*
4 *Venari, & aucupari in die festo propter lucrum, an liceat.*
5 *Venatio habet vim reficiendi animum.*
6 *Venatio fuit gratissima Claris Principibus.*
Romani multum amauerunt venationem nu. 7. & 8.
9 *Venatio an sit opus mechanicum.*

Ve-

Venatio an ſit licita die feſto.

CAP. XXI.

1 SVnt qui putant licitum eſſe venari, & aucupari in die feſto recreationis gratia, ſecus ſi fiat lucri faciendi cauſa, ita *Sylu. in verbo Dominica quæſt. 5. concluſ. 6. Roſell. in verbo feriæ nu. 10. Angel. ibidem num. 26. Tol. in Summa cap. 24. num. 3. Godon. lib. 6. Theologiæ moral. q. 6. cap. 6. verſ. queres.*

2 Hæc ſententia mihi non probatur, nam aucupari, & venari recreationis gratia, vel propter lucrum differunt in ſolo fine, non facit differentiam prohibitionis, vt conſiderant, & rectè. *Nauar. in Manual. cap. 13. num. 11. §. 6. Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 2.*

3 Secunda propterea fuit opinio, Venationem ſui natura conſideratam, eſſe opus corporale, & laborioſum, cui homo addit ſolam artem, & induſtriam, non ſecus ac ruſticus laborat in ſcindēdis arboribus, & lignis colligendis, & proinde mechanicum, & prohibitum, & ita opinantur *Abulenſis Exodi cap. 12. q. 24. Suarez loco cit. num. 3. Caſtr. Palaus par. 2. tract. 3. diſp. 2. punto 5. num. 9. Fagundez ad præcepta Eccleſiæ lib. 1. cap. 11. num. 16.*

5 Tertia eſt opinio aſſerentium, licere venari, & aucupari, non ſolum cauſa recreationis, ſed etiam propter lucrum, ita *Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. q. 4. art. 4. ad tertium in tertio genere operum licitarum, Medina lib. 1. ſummę cap. 14. §. 8. Nauar. d. cap. 13. num. 11. §. 6. Lopez inſtruct. lib. 1. cap. 52. Emanuel sà in Aphoriſma Verbor. feſtum num. 5. Bonacina in 3. præcepto diſput. vnica, puncto 2. num. 25. Sanchez reſponſ. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 14. num. 2. Io. a Cruce direct. præcept. 3. art. 1. num. 2. Layman lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 4. verſ. dico 7. Rodriquez in ſum. par. 2. cap. 122. num. 2.* & hanc opinionem communis conſuetudo probat, vt teſtantur omnes etiam pro contraria opinione allegati.

5 Ratio huius opinionis eſt, quia venatio habet vim reficiendi animum, & ob id eſt communis tam ſeruis, quam ingenuis, quod ſufficit, ne dici poſſit opus mechanicum.

6 Præterea, venatio claris fuit Principibus ſemper gratiſsima, & quaſi peculiaris exercitatio, ſpeciem enim nō paruam fortitudinis fert, & eſt bello ſimillima.

Ale-

Digitized by Google

Alexander Macedo vbi ab armis quies aliqua erat, assidua venatione oblectabatur, leonem miræ magnitudinis quasi laborum Hæculis æmulus peremit: nec minori diligentia venationis disciplinam, quam rei militaris studebat, *Plutarchus in eius vita.*

7 Quanti venationem fecerint Romani, quamquam etiam ad bellicam disciplinã Populum instituere arbitrati sunt, vel ex hoc cerni posset. Præbebant post magnas aliquas Victorias Populo spectaculum innumerabili impensa, immanesque beluæ lacerabantur, non modo nostrates, sed transmarinis, longisque Prouincijs accersitis, quarum non solum seuitia terroris erat, verum truculentus aspectus, & horrendæ species nunquã alias in nostris regionibus visæ *Plin. lib. 8. c. 16.* Meditationi maximarũ rerum, aptã venationem esse, testem habemus *Plinium secundum Epist. 6. lib. 1.* Cuius verba sunt ista, *mirum est, vt animus à cogitatione, motuque corporis excitatur. Iam vndique Siluæ, & solitudo, ipsumque illud silentiũ, quod venationi datur, magnæ cogitationis incitamenta sunt, proindæ tam venabare licebit auctore me, & panarium, & languſculam, sic etiam pugillares feras: experieris non Dianam non montibus magis montibus quod Mineruam in errare.*

8 Pelopidas Thebanus vir, cum venationem assiduè exerceret, duodecim tantum senatoribus, quibus consiliũ suum crediderat, comitatus, Athenas ingreditur cum venaticis canibus, retibus, venabulis, vestituque agresti, vt sepè consueuerat vergente iam ad occasum sole, comitatus venatoribus suis, & paucis exulibus, cæsis aduersariis, se, suosque ab exilio, & patriam à Tiranni deliberauit *Probus in Pelopida, et Plutach. in eius vita.*

9 Hæc ità cum sint, Nemo plane dicet venatione opus esse meccanicum, cum ea ingenij viribus maximè dirigatur, & ad magna meditanda sit idonea.

SVMMARIVM.

1 *Piscare recreationis causa, vel propter lucrum, an liceat.*
Piscatio an sit opus indifferens, vel seruile nu. 2. & 3.
Summus Pontifex quomodo dispensat in piscatione in die festo num. 4. & 5.

Pi-

Digitized by Google

Piscare, an liceat in die festo.

CAP. XXII.

1 Esse licitum, siue fiat ex causa recreationis, siue propter lucrum, existimant *Medina Instr. confess. lib. 1. cap. 12. §. 8. Nauar. in summa cap. 13. num. 11. §. 6. Lopez instruct. par. 1. cap. 52. Io. à Cruce direct. par. 1. præcept. 3. art. 1. num. 2. Sanchez respon. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 15. num. 2. Zachar. Pasqualig. decis. moral. 144. num. 5.*

2 Ducuntur; quod piscatio sit opus indifferens, veluti maximè recreatiuum, ideoq. commune, tam ingenuis, quàm seruis.

3 Contrarium quod sit opus seruile, & consequenter prohibitum in die festo, tenent *DD.* communiter *in cap. 3. de feriis, Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 28. Castr. Palao par. 2. tract. 3. disp. 2. puncto 5. num. 9. Emanuel Sà Aplorismi verb. festum, num. 5. Fagundez ad præcepta Ecclesiæ lib. 1. cap. 11. n. 16. Victorell. ad Tolet. in summa lib. 4. cap. 25. verb. Piscationem*, et hec de iure est citra controuersiam verissima, quæ irrefragabiliter probatur ex *text. in d. c. 3.* vbi Summus Pontifex præmissa necessitate cessandi die festo ab omni opere seruili, dispensatiuè concedit captioni aleciarum intendere, si ingruente necessitate terrę se inclinauerint.

4 Nec ad rem facit responsio *Patris Pasqualigij loco cit.* quod ibi summus Pontifex non declarat piscationem esse opus seruile, sed ex suppositione quod sit, indulget, vt concurrentibus circumstantiis ibi explicatis, posset exerceri die festo, quia hæc responsio confunditur tum ex verbis illis, *& in his ab omni opere seruili cessandum*, tum etiam quia Summus Pontifex non dispensat per suppositionem, sed cum causæ cognitione, vt nouissimè pluribus probat *Eruditissimus comprouincialis meus Pirrus Corradus in Romana Curia diù laudabiliter veratus, in Praxi Dispensationum lib. 1. cap. 1. & lib. 7. cap. 2. nu. 1.* Nec dispensatio datur nisi contra iuris communis dispositionē, *vt idem comprobat ead. praxi lib. 7. c. 2. num. 45.* & ideo cum in dicto *cap. 3.* dispensauerit, dubitandum non est quin iuris dispositio sit in contrarium.

5 His additur quod dispensatio *in d. cap. 3.* datur ita, quod post factam capturam, Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruā faciant portionem, quod quidem fieri non solet, nisi

vbi

Digitized by Google

vbi actus non est de sui natura licitus. *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. in respons. ad tertium.* Reliqua, quæ circa dispensationem dicenda forent dicētur, *infra cap. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Militaris vita cōtinet in se multas virtutis partes.*
Militare, est opus hominum ingenuorū & nobilium, ibidem.
2 *Exercitia quæ pertinent ad disciplinam militarem sunt licita in die festo.*
3 *In bellicis armis possumus etiam Deo placere.*
4 *Pugna siue actus bellandi citra necessitatem an sit licitus in die festo.*
5 *Iustum bellum exercere in die festo vrgente necessitate est licitum.*
6 *Defensio necessaria in belli materia regulatur ex belli iustitia.*
An necessitas operetur, vt bellū possit exerceri in festis maioribus à nu. 7. vsque ad finem.

An liceat in die festo militare.

CAP. XXIII.

1 ALiquibus conclusionibus subiectis, res tota liquebit.

Prima conclusio. Militaris vita cōtinet in se multas virtutis partes, de quibus *Arist. Polit. 2. cap. 7.* estque opus hominum ingenuorum, & nobilium, *idem Ethicorum cap. 6. cap. militare 23. q. 1.*

2 Exercitia ergo, quæ ad disciplinam militarē pertinent, in die festo sunt licita, *l. Diuus ff. de feriis* non secus ac licent studia, quibus secularia iudicia instruuntur, *Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 28 num. 8.* obseruātia enim festorum sicuti non impedit ea, quæ ordinantur ad salutem hominis corporalem, ità multo minus debet impedire, quæ ordinantur ad salutem Reipub. *D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 4. in resolutione, & ibi Caiet. vers. ad secundum Bannes ibidem dub. 4. Valentia disput. 6. q. 16. puncto 5. q. 111. Suarez de virtut. Theologiæ disp. 13. de bello sect. 7. nu. 24.* At talia sunt exercitia militaria, ergo.

3 His accedit, quod possumus etiam in bellicis armis Deo placere, nam Dauid, cui Dominus tam magnum peribuit testimonium, & ille Cēturio, qui Domino dixit *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum*, Bellatores Deo gratissimi fuerunt, *cap. noli existimare 23, q. 1.*

4 Secunda conclusio. Pugna

Digitized by Google

dæ, aut scabiei curandæ gratia, pronunciauit tunc ouem per ferias licere mersari, si hoc remedij causa fieret.

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Adijciendo enim salubri, ostendit auuertendi morbi gratia tantum modo, non autem ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri concessum.

16 Hinc Marescalli soleas ferres iam factas applicare possunt æquis, ne vnguibus ledantur, *Sot. d. q. 4. in 3. operum genere, causa 4. vers. At qui:* Laterum etiã, ac vitri coctores eidem subiacent necessitati, accensis siquidem fornacibus, opera sine rei iactura retardari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Exercitia spiritualia præter missam in die festo, non sunt de præcepto.*

2 *Sacramenta omnia possunt exerceri in die festo.*

3 *Opera quæ immediatè pertinent ad Dei cultum, vel sunt cultui coniuncta possunt exerceri in die festo.*

4 *Sed quæ possunt ante festum præparari non possunt licitè fieri in die festo, nisi ex rationabili causa.*

Opera quæ remotè pertinent ad Dei cultum nec etiam possunt licitè fieri in die festo num. 5. & 6.

7 *Opera quæ proficiscuntur ex animo licet sint corporalia, si respiciũt Dei cultum, licitè fieri possunt in die festo.*

De operibus spiritualibus in die festo permissis, aut vetitis.

CAP. XVIII.

1 TRibus propositis conclusionibus res tota liquebit. Prima conclusio. Exercitia spiritualia in die festo, præter Missam, non sunt de præcepto, ex plenè dictis *cap. 9.*

2 Secunda conclusio. Omnia spiritualia, quæ gratiam conferunt, possunt licitè exerceri in die festo, ista sunt omnia sacramenta, *Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concluſ. 1.* sic & in veteri lege circumcisio administrabatur in Sabbato. *Io. cap. 7.*

3 Tertia conclusio. Omnia opera, quæ pertinent immediatè ad Dei cultum, vel sunt ipsi cultui cõiuncta, possunt die festo licitè exerceri. Negat *Vmbro apud Macrob. lib. 1. Satur. c. 16.* eũ polluisse, qui opus vel ad Deos pertinens, sacrorumue causa fecisset. Sunt enim pars cultus, quo præcepto,

Digitized by Google

pto, censentur præcepta omnia, quæ sunt necessaria ad illum exercendum, *l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. l. oratio. ff. de spõsa.* talia opera existimantur, Crucem, vel reliquiarũ statuas in processionibus baiulare, cãpanas, vel organa pulsare, & similia facere, nã & in veteri lege in Sabbato arcam deferre licebat *D. Th. 2. 2. q. 122. ar. 4. in respons. ad 3. & ibi Caiet. Sot. de iust. & iure lib. 2. q. 4. concl. 4 vers. redeundo igitur, Philiarch. de off. Sacerd. lib. 3.*

4 Quarta conclusio. Opera, quæ pertinent ad Diuinum cultum, quæ possunt ante festum præparari, in diebus festis non possunt licitè fieri, nisi ex rationabili causa, *vt Sot. & alij locis citatis* fatentur, talia sunt Templum, & altaria parare, hostias facere, & similia, vt Doctores mox citati fatentur, subdentes rationabilẽ causam esse, festum quod præparationem impediat, aut aliquid simile.

5 Quinta conclusio. Opera, quæ remotè pertinent ad cultum Diuinum, non possunt in die festo licitè exerceri, quia suapte natura sunt opera seruilia, & causa remota, quæ non consideratur, talia sunt, cemẽta deferre pro Ecclesia construenda, vel reparanda, calices fabricare, colere agros Ecclesiæ pauperculę & similia facere, *Alex. de Ales par. 3. quæst. 32. membr. 5. art. 2. Caietan. 2. 2. quæst. 122. art. 4. Sot. lib. 2. de iust. & iur. quæst. 4. concluſ. 4. Nauar. in Manual. cap. 13. nu. 4. vers. 7. Philiar. de off. Sacerd. par. 2. lib. 3. cap. 23. Lopes in instruct. cap. 25. Sayr. loc. cit. nu. 3. vers. istis addi possunt.*

6 Nec refert, quod feruntur ad piam causam, quia causæ pietas operatur, vt possit à Prælato concedi dispensatio, nõ autem vt cesset præceptũ operandi *cap. 3. de feriis.*

7 Sexta conclusio; Opera, quæ proficiscuntur ex animo, quamuis corporalia sint, si respiciunt Dei cultum, non solum fiunt licitè, sed etiam commendantur: talia sunt, oratio, lectio sacræ Scripturæ, & similia, de quibus *Caiet. d. art. 4. § ad primum, Suarez de relig. tom. 2. lib. 2. cap. 22. n. 1.* & hoc difficultate caret.

SVMMARIVM.

1 *Opera liberalia in die festo non sunt prohibita.*

2 *Studium Theologiæ est licitum in die festo.*

Et quid sit dicendum, de studio forensi nu. 3. 5. 6. & 7.

Iudicia an sint prohibita in die festo nu. 4. & 8.

Digitized by Google

Studere, consulere, scribere & similia licitè fieri possunt in die festo. nu. 9. & 10.

11 *Ampliatur etiam si fiant ex sola causa lucri.*

De operibus liberalibus, An studere in die festo sit prohibitum.

CAP. XIV.

1 REgulariter opera liberalia in die festo nõ sunt prohibita, Ecclesia enim præcipit tantum abstinentiam ab operibus seruilibus, *cap. 3. de ferijs. D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ibique Caiet. & alij, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. concluſ. 1. Arcbid. in cap. ieiunia de consecrat. dist. 3. cum alijs mox allegãdis.* Ideò dum quærimus an studere in die festo sit prohibitum.

2 De studio Theologiæ, vel aliæ materia spirituali, cõcordant omnes esse licitum, quia omnia tendunt ad religionẽ: de alijs vero studijs, & præsertim de studio forensi, non esse licitum ex Theologis scripsit *Abulens. Exod. c. 12. q. 26.* ex nostris *Butr. in cap. 1. de ferijs.*

3 Ducuntur quia finis primarius festorum est medio vacationis homines inducere ad Dei contemplationem, *cap. 2. in fine, 15. q. 4. D. Tho. & alij locis cit.* At studium foresse abstrahit hominem à contemplatione ergo.

4 Hac ratione, prohibita sũt in die festo iudicia, ne forensi strepitu fideles abstrahantur à cultu, *cap. 1. de ferijs l. 2. 8. & fin. C. de ferijs.*

5 Contrarium, quod in die festo liceat studere etiam in materia forensi, & in quacũque alia, censuit *glos. in l. pen. verb. militarem ff. de ferijs DD. in l. omnes Iudices C. eod. tit. Archid. in cap. ieiunia de consecrat. dist. 3. Io. Andr. Anchar. Abb. & Barbat. in d. cap. 7. de ferijs, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. ad tertium. Nauarr. in Manual. c. 13. nu. 12. Azor. tom. 2. lib. 1. c. 27. q. 3. Suarez de relig. par. 1. lib. 2. cap. 22. num. 3.* vbi quod hæc sententia est vera, etiam si missa audita, totus dies in studio consumatur. Hanc quoque opinionem probat receptus vbiq. vsus, & signãter in Curia Romana, vbi Aduocati, Procurator, Sollicitatores, & Amanuenses, seu Copistę, satisfacto missæ præcepto, in studio, & scribẽdo, agendo, aliisque extraiudicialibus actionibus versantur. Ratio est, quia pro obseruantia festi sufficit abstinẽtia ab operibus seruilibus, *cap. 3. de ferijs cap. 1. de consecrat. dist. 1.*

D.

Digitized by Google

D.Th.& alij 2.2.q.122. art.4. ſtudere autem, conſulere, ſcribere, & ſimilia non ſunt opera ſeruilia, ſed liberalia.

6 Non obſtat contrarium; quia ſtudere, conſulere, ſcribere, & ſimilia facere non diſtrahit hominem à contemplatione, & cultu, quia cum cultus totus in die feſto conſiſtat in Miſſa, & reliquæ ſpirituales actiones non ſint in præcepto, vt dictũ eſt ſup. c. 9 ſequitur q; dũmodo miſſa audiatur, actus ſcribendi, ſtudẽdi, conſulendi, & ſimilia non extrahũt, ſed poteſt vtrunque ſine impedimento exerceri.

7 Præterea ſtudium forenſe, verſatur in cultu iuſtitiæ, nẽpe in notitia boni, & equi, in ſeparando licitum ab illicito, & vt vnicuique ius ſuũ reddatur *l.1.& l.iuſtitia, ff.de iuſt. & iure*, qui quidem actus ſũt religionis, ſaltim in genere, cuius reſpectu Iureconſulti Sacerdotes appellantur, & conſequenter religioni cohærent, *l. pen. C. de ferijs*.

8 Dices, hac ratione attenta, iudicia reddenda eſſent in feſto, at contrarium ſtatuitur in *cap. 1. de ferijs, in l. 2. 3. 7. 8. & fin.* ergo.

Reſpondeo, prohiberi quidem actus iudiciales, quatenus fiunt in contradictione, nempe quatenus continent executionem, coactionem, & controuerſias, quæ verè a Dei cultu non parum abſtrahunt, non autem quatenus continent actionem, quia actio ipſa excluſa controuerſia, non abhorret a feſto, ità probat *text. in d.l. actus omnes, & l. fin. C. de ferijs, & in cap. 1. eod. tit.*

9 Firma propterea remanet cõcluſio; Studere, conſulere, ſcribere, & ſimliia facere, eſſe opera liberalia, & conſequenter licitè fieri poſſe in die feſto.

10 Hæc concluſio procedit etiam ſi prædicta fiant ex ſola cauſa lucri, vt ſcribunt omnes citati *DD.* & ſignanter probat *Suarez de relig. lib. 2. cap. 19. nu. 6. & cap. 22. num. 6.* quibus nouiſſimè accedit, *Zaccharias Paſqualigi deciſion. moral. 138.*

11 Contrarium tenent *Iaſ. in l. Diuus Traianus nu. 3. ff. de feriis, Moditius in §. reſponſa prudentum dub. 9. num. 2. Sylu. in verb. Dominica nu. 7.*

At prior opinio, ſicuti eſt receptior, communique praxi recepta, ita eſt verior, quia ſtudium de per ſe liberale nõ tranſit in ſeruile, ex eo quod merces interueniat, quia merces accedit accidentaliter, & actus ſubſtantiam nõ mutat.

SVMMARIVM.

1 *Scribere proprios conceptus in die festo licitè fieri potest.*
2 *Amanuenses qui aliorum scripta, per mercedem exemplantur, an licitè possint in die festo scribere.*
Negatiua opinio, ibid. & n. 3.
Affirmatiua opinio nu. 4. & 6.
5 *Vsus Romanæ Curiæ in hac materia.*
7 *Pingere in die festo, an sit licitum.*
8 *Designare in die festo an liceat.*
9 *Typographiam exercere in die festo, an liceat.*
10 *Rationes subducere in die festo an liceat.*

Scribere an liceat die festo.

CAP. XX.

1 NOn dubitatur de scribentibus proprios cõceptus, isti enim nõ minus dicuntur studere, quã scribere: atque ideo sicuti studere licet in die festo, vt dictum est in cap. præcedenti, ità & studia scriptis mandare, & in hoc conueniunt omnes in cap. præcedenti allegati.

2 Dubitatio ergo refertur ad Amanuenses, per quos scripta aliorum exemplantur causa mercedis; & quod scribere non liceat, docent *Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad secundum. D. Anton. par. 2. tit. 9. cap. 7. §. quantum, Riccard. in 3. dist. 37. art. 2. quæst. 4. Sot. lib. 2. de iust. & iure, quæst. 4. art. 4. ad tertiũ. Astens. lib. 1. tit. 22 art. 4. & tit. 23. ar. 3. q. 5. Summa confess. lib. 1. tit. 12. quæst. 9. Angel. in verbo feria num. 9. & 31. Tabien. n. 39. & 40. Azor. Moral. inst. par. 2. lib. 1. cap. 27. q. 4. Nauarr. in Manual. cap. 13. nnm. 14. Fernandez in exam. Theolog. p. 1. c. 7. §. 1. n. 10. Vega in Summa tom. 1. cap. 114. casu 3. Reginal. tom. 1. lib. 19. cap. 3. nu. 40. in fine, Sanchez opusc. tom. 2 lib. 5. cap. 2. dub. 9. num. 4.*

3 Ratio horum est, quia trãscribere propter mercedem, suapte natura nõ est effectus mentis, aut alicuius artis liberalis, sed purus labor corporalis, & ob id mechanicus.

4 Contrarium quod etiam si quis vti simpliciter Amanuensis scribat, seù transcribat, licitè operetur censuerũt *Medina lib. Instr. 1. cap. 14. §. 8 Lopez instructor. par. 1. cap. 52. Sayr. in Claui regia lib. 7. c. 2. n. 15. Rodriquez in summa tom. 3. cap. 16. num. 3. Sà Aphorism. verbo festum, num. 5. Laiman. lib. 4. Theologiæ moral. tract. 7. cap. 2. num. 3. Suarez de relig. tom. 1.*

Digitized by Google

tom. 1. lib. 2. cap. 25. nu. 4. Molfes. in summa tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42. Castr. Palaos par. 2. tract. 3. disput. 2. punt. 5. num. 4. Ioan. à Cruce Direct. casuum conscientię præcep. 3. art. 1. num. 2. Bonac. de 3. præcepto Decalogi q. vnica, puncto 2. nu. 5. Gorden. lib. 6. Theologiæ moral. q. 7. cap. 6. vers. At quid saltim, & hanc opinionem vsus probauit, & præsertim Romanæ Curiæ, in qua Amanuenses passim audita missa, informationes Aduocatorũ transcribunt.

6 Horum ratio est, quia scriptio, vel fit dictante Authore scripturæ, & scribens consideratur tamquam instrumentum animatũ scribentis, adeo vt sicuti famulus potest subministrare Domino necessaria, ità Amanuensis potest subministrare operam Auctori: hac ratione, famuli Iudicum, & Aduocatorum possunt scribere vota, & informationes. Vel fit per solam transcriptionem, & tunc licet fiat modo materiali, non potest dici opus mechanicũ, quia actus ordinatur ad cõcipiendum conceptus animi, quod sufficit ne dicatur opus mechanicum.

Ex his remanet sublata ratio contrariæ opinionis.

7 Pingere in die festo an sit licitum dixerunt hinc inde, *Suarez d. lib. 2. cap. 26. Azor. Moral. inst. par. 2. lib. 1. cap. 27. q. 6. Zacchar. Pasqualogi decis. moral. 141. & 142.* qui etiam
8 *decis. 147.* disputat an liceat die festo designare? & *decis. 148.* an liceat pingere acu? &
9 *decis. 149.* an liceat exercere Tipographiam? & *decis. 150.*
10 an liceat rationes subducere?

SVMMARIVM.

1 *Venari, & aucupari in die festo recreationis causa, an liceat.*
2 *Venari, & aucupari recreationis causa in quo differat, à venari, & aucupari causa lucri.*
3 *Venatio est opus corporale.*
4 *Venari, & aucupari in die festo propter lucrum, an liceat.*
5 *Venatio habet vim reficiendi animum.*
6 *Venatio fuit gratissima Claris Principibus.*
Romani multum amauerunt venationem. nu. 7. & 8.
9 *Venatio an sit opus mechanicum.*

Venatio an sit licita die festo.

CAP. XXI.

1 SVnt qui putant licitum esse venari, & aucupari in die festo recreationis gratia, secus si fiat lucri faciendi causa, ita *Sylu. in verbo Dominica quæst. 5. conclus. 6. Rosell. in verbo feriæ nu. 10. Angel. ibidem num. 26. Tol. in Summa cap. 24. num. 3. Godon. lib. 6. Theologiæ moral. q. 6. cap. 6. vers. queres.*

2 Hæc sententia mihi non probatur, nam aucupari, & venari recreationis gratia, vel propter lucrum differunt in solo fine, non facit differentiam prohibitionis, vt considerant, & rectè. *Nauar. in Manual. cap. 13. num. 11. §. 6. Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 2.*

3 Secunda propterea fuit opinio, Venationem sui natura consideratam, esse opus corporale, & laboriosum, cui homo addit solam artem, & industriam, non secus ac rusticus laborat in scindēdis arboribus, & lignis colligendis, & proinde mechanicum, & prohibitum, & ita opinantur *Abulensis Exodi cap. 12. q. 24. Suarez loco cit. num. 3. Castr. Palaus par. 2. tract. 3. disp. 2. punto 5. num. 9. Fagundez ad præcepta Ecclesiæ lib. 1. cap. 11. num. 16.*

5 Tertia est opinio asserentium, licere venari, & accupari, non solum causa recreationis, sed etiam propter lucrum, ita *Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. art. 4. ad tertium in tertio genere operum licitarum, Medina lib. 1. summę cap. 14. §. 8. Nauar. d. cap. 13. num. 11. §. 6. Lopez instruct. lib. 1. cap. 52. Emanuel sà in Aphorismo Verbor. festum num. 5. Bonacina in 3. præcepto disput. vnica, punctо 2. num. 25. Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 14. num. 2. Io. a Cruce direct. præcept. 3. art. 1. num. 2. Layman lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 4. vers. dico 7. Rodriquez in sum. par. 2. cap. 122. num. 2.* & hanc opinionem communis consuetudo probat, vt testantur omnes etiam pro contraria opinione allegati.

5 Ratio huius opinionis est, quia venatio habet vim reficiendi animum, & ob id est communis tam seruis, quam ingenuis, quod sufficit, ne dici possit opus mechanicum.

6 Præterea, venatio claris fuit Principibus semper gratissima, & quasi peculiaris exercitatio, speciem enim nō paruam fortitudinis fert, & est bello simillima.

Ale-

Digitized by Google

Alexander Macedo vbi ab armis quies aliqua erat, assidua venatione oblectabatur, leonem miræ magnitudinis quasi laborum Hærculis æmulus peremit: nec minori diligentia venationis disciplinam, quam rei militaris studebat, *Plutarchus in eius vita.*

7 Quanti venationem fecerint Romani, quamquam etiam ad bellicam disciplinã Populum instituere arbitrati sunt, vel ex hoc cerni posset. Præbebant post magnas aliquas Victorias Populo spectaculum innumerabili impensa, immanesque beluæ lacerabantur, non modo nostrates, sed transmarinis, longisque Prouincijs accersitis, quarum non solum seuitia terroris erat, verum truculentus aspectus, & horrendæ species nunquã alias in nostris regionibus visæ *Plin. lib. 8. c. 16.* Meditationi maximarũ rerum, aptã venationem esse, testem habemus *Plinium secundum Epist. 6. lib. 1.* Cuius verba sunt ista, *mirum est, vt animus à cogitatione, motuque corporis excitatur. Iam vndique Siluæ, & solitudo, ipsumque illud silentiũ, quod venationi datur, magnæ cogitationis incitamenta sunt, proinde tam venabare licebit auctore me, & panarium, & languſculam, sic etiam pugillares feras: experieris non Dianam non montibus magis montibus quod Mineruam in errare.*

8 Pelopidas Thebanus vir, cum venationem assiduè exerceret, duodecim tantum senatoribus, quibus consiliũ suum crediderat, comitatus, Athenas ingreditur cum venaticis canibus, retibus, venabulis, vestituque agresti, vt sepè consueuerat vergente iam ad occasum sole, comitatus venatoribus suis, & paucis exulibus, cæsis aduersariis, se, suosque ab exilio, & patriam à Tiranni deliberauit *Probus in Pelopida, et Plutach. in eius vita.*

9 Hæc ità cum sint, Nemo plane dicet venatione opus esse meccanicum, cum ea ingenij viribus maximè dirigatur, & ad magna meditanda sit idonea.

SVMMARIVM.

1 *Piscare recreationis causa, vel propter lucrum, an liceat.*
Piscatio an sit opus indifferens, vel seruile nu. 2. & 3.
Summus Pontifex quomodo dispensat in piscatione in die festo num. 4. & 5.

Pi-

Digitized by Google

Piscare, an liceat in die festo.

CAP. XXII.

1 ESse licitum, siue fiat ex causa recreationis, siue propter lucrum existimant *Medina Instr. confess. lib. 1. cap. 12. §. 8. Nauar. in summa cap. 13. num. 11. §. 6. Lopez instruct. par. 1. cap. 52. Io. à Cruce direct. par. 1. præcept. 3. art. 1. num. 2. Sanchez respon. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 15. num. 2. Zachar. Pasqualig. decis. moral. 144. num. 5.*

2 Ducuntur, quod piscatio sit opus indifferens, veluti maximè recreatiuum, ideoq. commune, tam ingenuis, quàm seruis.

3 Contrarium quod sit opus seruile, & consequenter prohibitum in die festo, tenent *DD.* communiter *in cap. 3. de feriis, Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 28. Castr. Palao par. 2. tract. 3. disp. 2. puncto 5. num. 9. Emanuel Sà Aphorismi verb. festum, num. 5. Fagundez ad præcepta Ecclesiæ lib. 1. cap. 11. n. 16. Victorell. ad Tolet. in summa lib. 4. cap. 25. verb. Piscationem*, et hec de iure est citra controuersiam verissima, quæ irrefragabiliter probatur ex *text. in d. c. 3.* vbi Summus Pontifex præmissa necessitate cessandi die festo ab omni opere seruili, dispensatiuè concedit captioni aleciarum intendere, si ingruente necessitate terrę se inclinauerint.

4 Nec ad rem facit responsio *Patris Pasqualigij loco cit.* quod ibi summus Pontifex non declarat piscationem esse opus seruile, sed ex suppositione quod sit, indulget, vt concurrentibus circumstantiis ibi explicatis, posset exerceri die festo, quia hæc responsio confunditur tum ex verbis illis, *& in his ab omni opere seruili cessandum*, tum etiam quia Summus Pontifex non dispensat per suppositionem, sed cum causæ cognitione, vt nouissimè pluribus probat *Eruditissimus compræsidialis meus Petrus Corradus in Romana Curia diù laudabiliter veratus, in Praxi Dispensationum lib. 1. cap. 1. & lib. 7. cap. 2. nu. 1.* Nec dispensatio datur nisi contra iuris communis dispositionē, *vt idem comprobat ead. praxi lib. 7. c. 2. num. 45.* & ideo cum in dicto *cap. 3.* dispensauerit, dubitandum non est quin iuris dispositio sit in contrarium.

5 His additur quod dispensatio *in d. cap. 3.* datur ita, quod post factam capturam, Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruā faciant portionem, quod quidem fieri non solet, nisi

vbi

Digitized by Google

vbi actus non est de sui natura licitus. *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. in respons. ad tertium.* Reliqua, quæ circa dispensationem dicenda forent dicētur, *infra cap. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Militaris vita cōtinet in se multas virtutis partes.*
Militare, est opus hominum ingenuorū & nobilium, ibidem.
2 *Exercitia quæ pertinent ad disciplinam militarem sunt licita in die festo.*
3 *In bellicis armis possumus etiam Deo placere.*
4 *Pugna siue actus bellandi citra necessitatem an sit licitus in die festo.*
5 *Iustum bellum exercere in die festo vrgente necessitate est licitum.*
6 *Defensio necessaria in belli materia regulatur ex belli iustitia.*
An necessitas operetur, vt bellū possit exerceri in festis maioribus à nu. 7. vsque ad finem.

An liceat in die festo militare.

CAP. XXIII.

1 A Liquibus conclusionibus subiectis, res tota liquebit.

Prima conclusio. Militaris vita cōtinet in se multas virtutis partes, de quibus *Arist. Polit. 2. cap. 7.* estque opus hominum ingenuorum, & nobilium, *idem Ethicorum cap. 6. cap. militare 23. q. 1.*

2 Exercitia ergo, quæ ad disciplinam militarē pertinent, in die festo sunt licita, *l. Diuus ff. de ferijs* non secus ac licent studia, quibus secularia iudicia instruuntur, *Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 28 num. 8.* obseruātia enim festorum sicuti non impedit ea, quæ ordinantur ad salutem hominis corporalem, ità multo minus debet impedire, quæ ordinantur ad salutem Reipub. *D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 4. in resolutione, & ibi Caiet. vers. ad secundum Bannes ibidem dub. 4. Valentia disput. 6. q. 16. puncto 5. q. 111. Suarez de virtut. Theologia disp. 13. de bello sect. 7. nu. 24.* At talia sunt exercitia militaria, ergo.

3 His accedit, quod possumus etiam in bellicis armis Deo placere, nam Dauid, cui Dominus tam magnum peribuit testimonium, & ille Cēturio, qui Domino dixit *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum*, Bellatores Deo gratissimi fuerunt, *cap. noli existimare 23, q. 1.*

4 Secunda conclusio. Pugna

Digitized by Google

ipsa, seu actus bellandi citra necessitatem, est in die festo prohibitus, non quia sit opus seruile, vt opinatur *Suarez d. cap. 28. num. 8.* Sed quia ob maximas solicitudines quas habet, continet in se moralẽ quandam repugnãtiam cum obseruantia festorũ, *D. Thom. 2.2.q.40.art.4. & ibi Caiet.in 2. dub.* hac ratione die festo prohibita sunt iudicia contentiosa, Mercatus, & alia, de quibus *in cap. 1. de feriis l. 2. 3. 7. & fin. C.eod.tit.* atque ideo multo magis debet censeri prohibita pugna, & bellũ actuale, *cap. 1. de tregua, & pace*; inducendo eum à fortiori, nam si tregua rumpi non potest ab Aduẽtu Domini vsq; ad octauam Epiphaniæ, & à septuagesima vsque ad octauam Paschæ, quæ tendunt in honorem festiuitatum futurarum, *l. quadraginta C. de feriis*, equidem multo magis debet censeri prohibitũ bellum ipso die festo.

5 Tertia conclusio. Necessitate existente, licitum est iustum bellũ in die festo exercere, quia respicit salutem Reipublicæ, cuius ratione laudabiliter Machabæi in die Sabbatorũ in prælium prodiere, *Machab. lib. 1. cap. 2. c. 4 extra de reg. iuri*, adeo vt à bello se abstinere vrgẽte necessitate sit Deum tentare, *d. cap. si nulla 23. q. 8. D. Tho. d. art. 4. circa finem.*

6 Quarta conclusio. Necessaria defensio in materia belli, regulatur ex belli iustitia, *cap. Dominus 23. q. 2. Caiet. 2. 2. quæst. 40. art. 4. in primo dub. vers. nec litera oppositum*, quæ quidem iustitia stante, sicuti licet agredi hostem ex insidijs, & aperto Marte, prout sibi magis commodum erit, *d. cap. Dominus*, ità in die festo licebit non solum se defendere, sed agredi causa victoriæ consequẽdæ, oblata opportunitate, quæ prætermittenda non est, ne temporis momento pereat commoditas cælesti prouisione concessa, *l. 3. C. eod. Caiet. loc. cit. cap 3. de feriis.*

7 Dubitatur, An necessitas operetur, vt bellum possit exerceri in festis maioribus, cuiusmodi sunt dies Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes? & respondendum videtur negatiuè, quia in *d. c. de feriis*, festiuitates maiores excipiuntur.

8 Quo non obstante, contrarium puto verius, quia vt supra dictũ est, per bellum necessarium succurritur Reipublicæ, quod fieri posse in maioribus festiuitatibus pro-

Digitized by Google

probatur primò, quia Sabbatum erat maior festiuitas testamenti veteris, cuius strictissima erat obseruantia, vt dictum est supra *cap.* 7. & nihilominus stante necessitate licebat se defẽdere, *Machab. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. & similiter Asinum de fouea eripere *Matthei* 12.

9 Secundò, hoc idem probatur *Ioan. cap.* 7. vbi Dominus consuluit saluti eius, qui infirmabatur, ergo multo magis consulere licebit saluti Reipublicæ, in qua plurimorum salus continetur *d. cap. si nulla* 23. *q.* 8.

10 Tertiò his accedit, *text. in l. Prouinciarum C. de ferijs*, vbi ne differatur sceleratorum proditio consiliorum potest contra eos procedi etiam die Paschatis.

11 Ad rem quidem *Macrob. saturnal. lib.* 1. *cap.* 16. in hæc verba loquitur. *Sciendum est tamen eligendi ad pugnandum diem Romanis tunc fuisse licentiam si ipsi inferrent bellum, at cum exciperent nullum obstitisse diem, quominus vel salutem suã vel publicam defenderent dignitatem. Quis enim obseruationi locus, cum eligendi facultas non superfit.* Et paulo infra, *Ad rẽ sanè militarem nihil attinere notat Varro, vtrum fastus, vel ne fastus dies sit.*

12 Non obstat *tex. in d. cap. fin.* quia necessitas capiendi alecia non potest dici necessitas respectu nisi lucri cessantis aliquibus personis, & ob id non est æquiparanda necessitati tuendi totam Rempublicam.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ quomodo originem duxerunt.*

2 *Nundinæ sunt valdè necessariæ Reipublicæ.*

3 *Nundinæ an fuerint connumeratæ inter ferias à Priscis.*

4 *Nundinæ an sint vetitæ in die feriato.*

5 *Et quid de iure municipali Regni Galliæ seruetur.*

6 *Nundinæ quomodo differant à mercatu.*

Nundinæ, siue mercatus in die festo, an excusari possint consuetudine num. 7. *&* 8.

9 *Mercatus qui semel, vel bis in hebdomada celebrantur si incidant in die festo, vel præueniũtur, vel transferuntur in sequentem diem.*

10 *Consuetudo celebrandi mercatus in die festo, non debet introduci.*

11 *Consuetudo celebrandi nundinas in die festo, valet.*

12 *Episcopus potest ex iusta causa concedere licentiam faciendi nundinas in die festo.*

Digitized by Google

13 *Quæ sint causæ faciendi nundinas in die festo.*

14 *Episcopus potest præcipere ne fiat nundinæ in die festo, etiam si antiquitus fieri consueuissent.*

15 *Mercatus qui fiebant in Ciuitate Neapolis in festis Annunciationis, & Pentecostes.*

16 *In nundinis solemnibus quæ fiũt pluribus continuatis diebus, si incidat festum, audita missa, cõmercium nõ interrumpitur.*

17 *Acta facta ab officialibus Nundinarum in die festo, valent.*

Nundinæ, siue Mercatus, possunt ne licitè fieri in die festo.

CAP. XXIV.

1 NVndinarum originẽ quidã Romulo assignant, quem communicato Regno cum T. Tatio, sacrificijs, & sodalitatibus institutis, nundinas quoque adiecisse commemorat. sed *Cassius* Seruium Tullium fecisse nundinas dicit, vt in Vrbem ex agris conuenirent, vrbanas rusticasque res ordinaturi. *Geminius* ait, diem Nundinarum exactis regibus cæpisse celebrari, quia pleriq; de plebe repetita Seruij Tullij memoria parentarent ei nundinis, cui rei etiam *Varo* consentit. *Rutilius* scribit Romanos instituisse nundinas; vt octo quidẽ diebus in agris rustici opus facerent; nono autem die intermisso rure ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent, vt scita, atq; consulta frequenti ore populo referentur hæc omnia, & alia in hãc rem faciẽtia *Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 16.*

2 Quidquid de nundinarum origine sit, certum est Nundinas Reipublicæ valdè necessarias esse, ex Platonis sententia scribit *Callistratus Iurisconsult. in l. 2. ff. de nundin.* cui consensit *Plin. lib. 18. c. 3. & lib. 28. cap. 2.*

3 Fuerint ne apud Priscos inter ferias cõnumeratæ disserunt *Macrob. loc. cit.* ad quẽ lectorem sciendi cupidum remitto.

4 Nos nundinas die feriato vetitas esse, eo quod diuinum cultum maxime impediunt, docemur, tum ex *cap. 1. de feriis*, tum etiam ex *Cõstitutione Pij V. quæ incipit Cum primum §. 7. quæ est 5. in ordine nouissimi Bullarij*, quæ cum loquantur per verba præceptiua obligant sub pœna peccati mortalis, *Clem. si Dominum §. ideoq; de reliq. & venerat. Sanctorum Abb. in cap. dolentes de celebrat. Miss. Felin. in cap. nam concupi-*

scen-

Digitized by Google

scentiam de const. DD. in Clem. Dudum de sepul. Nauar. in manual. cap. 23. num. 52. Grat. dec. Marchia 21. num. 2.

5 Iure etiam municipali Regni gallici hoc idē seruatur, *Rebuff. tit. de Mercat. §. vnico, glos. vlt. nu. 5. Tholosan. syntag. par. 3. lib. 25. cap. 3. nu. 8.* quod etiam in omni bene constituta Ecclesia fieri debere, docemus ex *Constit. Ecclesia Mediolanē visit. de festorum dierū cultu §. 3.* & scribit *Fusebus de visit. lib. 2. cap. 22. n. 41.*

6 Nundinæ licet stricto iure à Mercatu differant in aliquibus, de quibus per *Foller. in addit. ad Marantam in praxi par. 4. verb. vt iudicium mercatorum sub nu. 49.* nihilominus pro eodem sunt vsurpatæ, tū apud antiquos, vt apud *Macrob. saturnal. lib. 1. cap. 16.* tum etiam apud nos, vt in *l. 2. ff. de Nundin. & in l. 1. C. eod. tit.*

Difficultas est, an Nundinæ, siuè Mercatus excusari possint consuetudine, quæ pluribus in locis vigere videtur.

7 Et nō excusari scribit *Host. in cap. 1. de ferijs*, quem ibi sequitur *Abb. num. 5.* asserens esse consuetudinem prauam, & irrationabilem, *Butr. nu. 3. Rocchus in cap. fin. in princ. n. 14 Rebuff. in tract. de consuetudin. num. 44.*

8 Contrarium scribunt *Bal. in l. quadraginta Cod. de ferijs Franc. March. decis. 410. in fine par. 1. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. & iterum in summa verb. festorum violatio, Nauarr. in manual. cap. 13. num. 8. Suarez d. cap. 29. nu. 4.*

9 Ego veritas vt liqueat infrascriptas conclusiones constituendas existimo; Prima, Mercatus, qui celebrantur semel, vel bis in Hebdomada, si incidant in die festo, vel præueniuntur, vel transferuntur in sequentem diem, *Frāc. March. decis. 268. par. 1.* & hoc iure passim vtimur, nec contraria consuetudo in his mercatibus inoleuit, & propterea non est vlterius circa eam immorandum.

10 Secunda conclusio. Consuetudo celebrandi mercatus in die festo, vbi non est introducta prouidendum est ne introducatur, quia negari nō potest, quin negotiationes, & tumultus, qui ibi fiunt, subministrent occasionem violandi festa, *cap. 2. §. caueant de immunit. eccl. cap. qualitas de penit. dist. 1.*

11 Tertia conclusio. Valet consuetudo celebrandi nundinas in die festo, quia obseruantia festorum est de iure Ecclesiastico, cui per contrariam consuetudinem ritè introducta

Digitized by Google

troductam, poteſt derogari, *cap.2. de feriis, Bal. in l quadraginta C. de feriis, & conſ. 166. in fin. lib. 5. Franc. Marc. deciſ. 410. par. 1. Caietan. 2. 2. q. 122. art. 4. Nanarr. in manual. cap. 13. num. 8. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. q. 4. Maranta in ſpecul. diſt. 16. num. 92. verſ. & inter alia: & nu. 94.* quidquid in cõtrarium ſcripſerint *Hoſtienſ. in d. cap. 1. & ibi Abb. num. 5.*

12 Quarta concluſio. Poteſt Epiſcopus ex iuſta cauſa concedere licentiam faciendi nundinas in die feſto, *Abb. loc. cit. Bar. de repreſal. quæſt. 9. principali q. 4. Gratian. deciſ. 21. num. 12.*

13 Cauſæ autem eſſe poſſunt, publica neceſsitas, vel ad cõſulendum, vt ruſticis, & pauperibus, qui non poſſunt alijs diebus operas ſuas deſerere, ſine diſpendio, *l. 2. ff. de Nundin.* Hoc autem accipi debet, vt nec conſuetudo, nec licentia debeat extendi, vt Miſſa poſsit omitti, ſine ſpeciali neceſsitate, quia Mercatus facultatem audiendi Miſſam non excludit, *Suarez loc. cit. ſub num. 4. in fine.*

14 Quinta concluſio. Poteſt Epiſcopus præcipere ne in die feſto fiant Nundinæ, etiã ſi ex antiquo fieri conſueuiſſent, ex *d. Cõſtitutionem Pij V. quæ eſt 5. in ordine Bullarij §. 7. Gratian. deciſ. 21. num. 5. 6. 7. & 8.* & ſic in facti contingentia fuiſſe determinatum per Sacram Congregationem in Mercatibus, qui fiebant in 15 Ciuitate Neapolitana in feſto Sanctiſsimæ Annuntiationis, & in feſto Pentecoſtes in Eccleſia Spiritus Sancti ſcribunt *Ioann. Franciſcus de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de mercatis num. 10. Gratian. deciſ. Marchiæ 21. à nu. 17. cum ſeq.* cuius decreti verba ſunt, quæ ſequuntur.

Præceptum de Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis, ſub prætextu mercatuum, & feriarum nullatenus eſſe violandum. Cæterum his diebus licere Agaſonibus, ac alijs Iumẽtorum vectoribus, ſeu mercium conductoribus, baiulis, ac miniſtris, ſarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, incæptumque iter, miſſa tamen prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare; non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque mercatoribus, aut alijs Ciuibus, & viatoribus, ijs diebus, etiam clauſis apothecis, merces uendere, emere, aut diſportare licere, niſi tantum ad victum neceſſaria, aut

Digitized by Google

aut alia munuſcula, & modici momenti opera iam conflata, & elaborata, per tranſeuntium, hoſpitum, Aduenarum, & exterorum viginti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate, in quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt in primis hi feſti dies debita obſeruatione colantur, ſimulque Populorum eò confluentium neceſſitatibus; quantum ſine diuina offenſione fieri poteſt cõſulatur. Quo ad iudicia autem, quæ dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit, quod iure communi permittitur, in quibuſdam vrgentibus caſibus, qui moram, & dilationem nõ patiuntur, in quibus, & alijs iuriſdictionem Conſulum Nundinis præpoſitorum concernentibus, conſtitutiones Sũmorum Pontificum, ſi quæ habent priuilegia, & allegatum Breue fel. record. Pij V. ſeruanda eſſe ſtatuit.

16 Sexta concluſio. In nundinis ſollemnibus, quæ fiunt pluribus continuatis diebus, ſi incidat aliquod feſtum, equum eſt, vt Miſſa audita, commercium non interrumpatur, hoc enim expoſcit vtilitas publica, ne tot homines, qui ad eas ex longinquo aduenerũt retardẽtur, ſed ad ſua opera reuertantur *l. 1. ff. de Nundinis.*

17 Ex his infertur, quod acta per officiales deputatos ad miniſtrandam iuſtitiam in nundinis facta in die feſto, ſunt valida, *Maranta in praxi par. 4. diſt. 16. num. 83.* pluribus ſequitur *Carauita ritu 80 num. 4. verſ. 4. limita, Mandoſ. in commiſſ. 13. quæſt. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Omnes actus iuriſdictionis contentioſæ, facti tempore feriato ſunt nulli.*
2 *Tempore feriato, iuriſdictio eſt ſuſpenſa.*
3 *Actus iuriſdictionis contentioſæ facti in die feriato etiam de partium conſenſu ſunt nulli.*
4 *Nec poſſunt ratificari.*
5 *Appellans à ſententia lata in die feriato, non dicitur approbare ſententiam.*
6 *Procedere in cauſa per aliquos dies tempore feriarum, non dicitur renunciatum ferijs.*
7 *Extenditur etiam in cauſis, in quibus poteſt procedi ex arbitrio.*
8 *Iudex qui habet facultatem procedendi diebus feriatis, non poteſt procedere in ferijs indictis in honorem Dei.*
9 *Sententia lata tempore feriato, an poſſit confirmari.*
10 *Citatio facta in die feriato, an valeat.*
11 *Mandatum de citando, eſt actus iudiciarius, & ſubſtantialis*

Digitized by Google

tialis proceſſus.

12 *Citatio facta in die iuridica ad comparẽdum vſque ad diem Dominicum, vel Paſchatis eſt valida,*

13 *Extenditur, etiam ſi ſit facta ad comparendum ad diem Dominicum.*

14 *Citatio facta ad comparendum in die feſto, eſt nulla.*

15 *Et citatus poteſt repetere expenſas.*

16 *Extenditur, etiam ſi citatio eſſet facta à Principe ſeculari.*

17 *Citatus vno die, ſi in illo incidat feſtum, tenetur comparere die ſequenti.*

Citatus vt compareat die feſto, nec etiam tenetur comparere in ſequentibus diebus iuridicis nu. 18. *&* 19.

Citatio decreta die iuridica, ad comparendum die iuridica, ſi exequatur die feriata an valeat nu. 20. 21. 22. *&* 23.

24 *Teſtes non poſſunt recipi die feriata, ſecus ſi præſtiterint iuramentum die iuridica.*

25 *Citatus die feriato in his quæ poſſunt expediri eadem die, tenetur comparere.*

26 *Exequutio an poſsit fieri die feriato.*

27 *Actus factus die feriato, an poſſit reuocari tempore feriato.*

28 *An hæc omnia procedant etiam in diebus feriatis in honorem hominum.*

De actibus iuriſdictionis, factis die feriato.

CAP. XXV.

1 DIes feriato in honorẽ Dei, eiuſque Sanctorum, actus omnes contentioſæ iuriſdictionis facti tempore feriato, ſunt nulli *c. fin. in fine extra de ferijs, l.* 2. 7. 8. *& fin. C. eod. tit. Theſa. dec.* 95. *Gratian. dec.* 144.

2 Licet enim tempore feriato iuriſdictio non ſit peremptа, nihilominus eſt ſuſpenſa, & Iudex caret exercitio, ex quo inducitur defectus iuriſdictionis, ne litigantium iurgiis cultui feſtorum impedimentum paretur, *l. Præſides, vbi Iaſ. ff. de ferijs, Bal. in l. cum antea, col. penult. verſ. vlterius ſciendum C. de arbitr. & in l. ſi feriatis, Anchar. conſ.* 201. *ſub num.* 3. *Alex. conſ.* 213. *num.* 2. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 124. *num.* 8. *lib.* 2. *plenè Menoch. de arbitr. q.* 30. *num.* 7. *Carpan. ad ſtatuta Mediolan. p.* 1. *c.* 107. *nu.* 5. *Magon. deciſ. Lucenſi* 25. *num.* 36. *Gratian. deciſ.* 144. *num.* 3.

3 Hæc producunt primò, etiam ſi ſententia, vel alter actus cõtentioſæ iuriſdictionis eſſent facti de partium conſenſu, nam partes nequeunt renunciare feſtis indictis in honorem Dei, ſiuè conſen

ſiant

Digitized by Google

ſiant expreſsè, ſiue tacitè *d.c. fin. in fine, vbi gl. in verb. vindemias, de ferijs, Alber. Bal. & Angel. in l. 1. ff. eod. Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. num. 130. Menoch. loco citato nu. 11.*

4 Et ſicuti nequeunt expreſsè, vel tacitè renũciari, vt fiat actus cõtentioſæ iuriſdictionis, ita nequeunt actus facti ratificari, nec confirmari, *Bal. in l. cum antea num. 8. C. de arb. & in d. l. ſi feriatis, col. 1. verſ. extra quæro, ff. de ferijs.*

5 Procedit ſecundò, vt ſi à ſententia lata in die feriato in honorem Dei appelletur, appellans non dicatur approbare ſententiam, quia cenſetur appellaſſe à ſententia non vti benè lata, ſed vti taliter lata, *Bal. in d. l. cũ antea, col. 3. verſ. vlterius ſciendum, Felin in cap. ſignificaſti, num. 7. verſ. tenemẽti, de foro compet. Gratian. d. dec. 144. nu. 8.*

6 Procedit tertiò, etiam ſi tempore feriarum fuerit incauſa per aliquot dies proceſſum, nam nõ ideo dicitur renunciatum ferijs etiam in cauſis ſummarijs, & exequutiuis, feriæ enim ſemper poſſunt opponi, *Lanfranch. in cap. quoniam contra cap. 12. num. 34. de probat. Marſil. in praxi §. attingatur nu. 19. verſ. item adducit, Aſinius in praxi c. 3. num. 46. Carpan. ad ſtatuta Mediolani lib. 2. cap. 202. num. 6.*

7 Procedit quartò, etiam in cauſis, in quibus procedi poteſt ex arbitrio cum facultate procedẽdi diebus feriatis, & non feriatis, *l. omnes dies, vbi gloſ. in verb arbitros C. de ferijs, l. idem, Pomponius §. fin. vbi gloſ. in verbo non cogeretur, & in l. ſi feriatis, verb. ex voluntate ff. de ferijs ibique Bald. Imol. & alij*, quos refert, & ſequitur *Menoch. d. q. 30. num. 1. Blanch. de comprem. q. 1. nu. 42. Carpan. ad ſtatuta Mediolani lib. 1. cap. 110. num. 15. & cap. 115. num. 296.* & ſimiliter

8 Iudex cui eſt data facultas procedendi diebus feriatis, nõ poteſt procedere in feriis indictis in honorẽ Dei, *Clem. ſæpè, vbi gloſ. in verb. ob neceſſitates de verb. ſignif.*

Procedit quintò, etiam in diebus hebdomadæ ſanctæ *Theſaur. dec. 95. Gratian. deciſ. 144. in princ.*

9 An autem ſententia lata tempore feriato, poſſit confirmari? cõſulendi ſunt *Alex. conſ. 53. nu. 2. & 17. lib. 5. Gratian. deciſ. Marchiæ 144. à num. 8. cum ſeq.*

10 Dubitatur primò an citatio facta in die feriato valeat? & facilioris doctrinæ gratia, præmitti primum oportet, in citatione tria conſiderari,

Digitized by Google

ipsa, seu actus bellandi citra necessitatem, est in die festo prohibitus, non quia sit opus seruile, vt opinatur *Suarez d. cap. 28. num. 8.* Sed quia ob maximas solicitudines quas habet, continet in se moralẽ quandam repugnãtiam cum obseruantia festorũ, *D. Thom. 2.2.q.40.art.4. & ibi Caiet. in 2. dub.* hac ratione die festo prohibita sunt iudicia contentiosa, Mercatus, & alia, de quibus *in cap. 1. de ferijs l. 2. 3. 7. & fin. C. eod. tit.* atque ideo multo magis debet censeri prohibita pugna, & bellũ actuale, *cap. 1. de tregua, & pace*; inducendo eum à fortiori, nam si tregua rumpi non potest ab Aduẽtu Domini vsq; ad octauam Epiphaniæ, & à septuagesima vsque ad octauam Paschæ, quæ tendunt in honorem festiuitatum futurarum, *l. quadraginta C. de ferijs*, equidem multo magis debet censeri prohibitũ bellum ipso die festo.

5 Tertia conclusio. Necessitate existente, licitum est iustum bellũ in die festo exercere, quia respicit salutem Reipublicæ, cuius ratione laudabiliter Machabæi in die Sabbatorũ in prælium prodiere, *Machab. lib. 1. cap. 2. c. 4 extra de reg. iuri*, adeo vt à bello se abstinere vrgẽte necessitate sit Deum tentare, *d. cap. si nulla 23. q. 8. D. Tho. d. art. 4. circa finem.*

6 Quarta conclusio. Necessaria defensio in materia belli, regulatur ex belli iustitia, *cap. Dominus 23. q. 2. Caiet. 2. 2. quæst. 40. art. 4. in primo dub. vers. nec litera oppositum*, quæ quidem iustitia stante, sicuti licet agredi hostem ex insidijs, & aperto Marte, prout sibi magis commodum erit, *d. cap. Dominus*, ità in die festo licebit non solum se defendere, sed agredi causa victoriæ consequẽdæ, oblata opportunitate, quæ prætermittenda non est, ne temporis momento pereat commoditas cælesti prouisione concessa, *l. 3. C. eod. Caiet. loc. cit. cap 3. de ferijs.*

7 Dubitatur, An necessitas operetur, vt bellum possit exerceri in festis maioribus, cuiusmodi sunt dies Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes? & respondendum videtur negatiuè, quia in *d. c. de ferijs*, festiuitates maiores excipiuntur.

8 Quo non obstante, contrarium puto verius, quia vt supra dictũ est, per bellum necessarium succurritur Reipublicæ, quod fieri posse in maioribus festiuitatibus pro-

Digitized by Google

probatur primò, quia Sabbatum erat maior festiuitas testamenti veteris, cuius strictissima erat obseruantia, vt dictum est supra *cap.* 7. & nihilominus stante necessitate licebat se defẽdere, *Machab. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. & similiter Asinum de fouea eripere *Matthei* 12.

9 Secundò, hoc idem probatur *Ioan. cap.* 7. vbi Dominus consuluit saluti eius, qui infirmabatur, ergo multo magis consulere licebit saluti Reipublicæ, in qua plurimorum salus continetur *d. cap. si nulla* 23. *q.* 8.

10 Tertiò his accedit, *text. in l. Prouinciarum C. de ferijs*, vbi ne differatur sceleratorum proditio consiliorum potest contra eos procedi etiam die Paschatis.

11 Ad rem quidem *Macrob. saturnal. lib.* 1. *cap.* 16. in hæc verba loquitur. *Sciendum est tamen eligendi ad pugnandum diem Romanis tunc fuisse licentiam si ipsi inferrent bellum, at cum exciperent nullum obstitisse diem, quominus vel salutem suã vel publicam defenderent dignitatem. Quis enim obseruationi locus, cum eligendi facultas non superst.* Et paulo infra, *Ad rẽ sanè militarem nihil attinere notat Varro, vtrum fastus, vel ne fastus dies sit.*

12 Non obstat *text. in d. cap. fin.* quia necessitas capiendi alecia non potest dici necessitas respectu nisi lucri cessantis aliquibus personis, & ob id non est æquiparanda necessitati tuendi totam Rempublicam.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ quomodo originem duxerunt.*

2 *Nundinæ sunt valdè necessariæ Reipublicæ.*

3 *Nundinæ an fuerint connumeratæ inter ferias à Priscis.*

4 *Nundinæ an sint vetitæ in die feriato.*

5 *Et quid de iure municipali Regni Galliæ seruetur.*

6 *Nundinæ quomodo differant à mercatu.*

Nundinæ, siue mercatus in die festo, an excusari possint consuetudine num. 7. *&* 8.

9 *Mercatus qui semel, vel bis in hebdomada celebrantur si incidant in die festo, vel præueniũtur, vel transferuntur in sequentem diem.*

10 *Consuetudo celebrandi mercatus in die festo, non debet introduci.*

11 *Consuetudo celebrandi nundinas in die festo, valet.*

12 *Episcopus potest ex iusta causa concedere licentiam faciendi nundinas in die festo.*

Digitized by Google

13 *Quæ ſint cauſæ faciendi nundinas in die feſto.*

14 *Epiſcopus poteſt præcipere ne fiãt nundinæ in die feſto, etiam ſi antiquitus fieri cõſueuiſſent.*

15 *Mercatus qui fiebant in Ciuitate Neapolis in feſtis Annunciationis, & Pentecoſtes.*

16 *In nundinis ſolemnibus quæ fiũt pluribus continuatis diebus, ſi incidat feſtum, audita miſſa, cõmercium nõ interrumpitur.*

17 *Acta facta ab officialibus Nundinarum in die feſto, valent.*

Nundinæ, ſiue Mercatus, poſſunt ne licitè fieri in diè feſto.

CAP. XXIV.

1 NVndinarum originẽ quidã Romulo aſſignant, quem communicato Regno cum T. Tatio, ſacrificijs, & ſodalitatibus inſtitutis, nundinas quoque adieciſſe commemorat. ſed *Caſſius* Seruium Tullium feciſſe nundinas dicit, vt in Vrbem ex agris conuenirent, vrbanas ruſticaſque res ordinaturi. *Geminius* ait, diem Nundinarum exactis regibus cæpiſſe celebrari, quia pleriq; de plebe repetita Seruij Tullij memoria parentarent ei nundinis, cui rei etiam *Varo* conſentit. *Rutilius* ſcribit Romanos inſtituiſſe nundinas; vt octo quidẽ diebus in agris ruſtici opus facerent; nono autem die intermiſſo rure ad mercatum, legeſque accipiendas Romam venirent, vt ſcita, atq; conſulta frequenti ore populo referentur hæc omnia, & alia in hãc rem faciẽtia *Macrobius ſaturnal. lib. 1. cap. 16.*

2 Quidquid de nundinarum origine ſit, certum eſt Nundinas Reipublicæ valdè neceſſarias eſſe, ex Platonis ſententia ſcribit *Calliſtratus Iuriſconſult. in l. 2. ff. de nundin.* cui conſenſit *Plin. lib. 18. c. 3. & lib. 28. cap. 2.*

3 Fuerint ne apud Priſcos inter ferias cõnumeratæ diſſerunt *Macrob. loc. cit.* ad quẽ lectorem ſciendi cupidum remitto.

4 Nos nundinas die feriato vetitas eſſe, eo quod diuinum cultum maxime impediunt, docemur, tum ex *cap. 1. de feriis*, tum etiam ex *Cõſtitutione Pij V. quæ incipit Cum primum §. 7. quæ eſt 5. in ordine nouiſſimi Bullarij*, quæ cum loquantur per verba præceptiua obligant ſub pœna peccati mortalis, *Clem. ſi Dominum §. ideoq; de reliq. & venerat. Sanctorum Abb. in cap. dolentes de celebrat. Miſſ. Felin. in cap. nam concupiſcen-*

Digitized by Google

scentiam de const. DD. in Clem. Dudum de sepul. Nauar. in manual. cap. 23. num. 52. Grat. dec. Marchiæ 21. num. 2.

5 Iure etiam municipali Regni gallici hoc idẽ seruatur, *Rebuff. tit. de Mercat. §. vnico, glos. vlt. nu. 5. Tholosan. syntag. par. 3. lib. 25. cap. 3. nu. 8.* quod etiam in omni bene constituta Ecclesia fieri debere, docemur ex *Constit. Ecclesia Mediolanensis tit. de festorum dierũ cultu §. 3.* & scribit *Fuschus de visit. lib. 2. cap. 22. n. 41.*

6 Nundinæ licet stricto iure à Mercatu differant in aliquibus, de quibus per *Foller. in addit. ad Marantam in praxi par. 4. verb. vt iudicium mercatorum sub nu. 49.* nihilominus pro eodem sunt vsurpatæ, tũ apud antiquos, vt apud *Macrob. saturnal. lib. 1. cap. 16.* tum etiam apud nos, vt in *l. 2. ff. de Nundin. & in l. 1. C. eod. tit.*

Difficultas est, an Nundinæ, siuè Mercatus excusari possint consuetudine, quæ pluribus in locis vigere videtur.

7 Et nõ excusari scribit *Host. in cap. 1. de ferijs*, quem ibi sequitur *Abb. num. 5.* asserens esse consuetudinem prauam, & irrationabilem, *Butr. nu. 3. Rocchus in cap. fin. in princ. n. 14 Rebuff. in tract. de consuetudin. num. 44.*

8 Contrarium scribunt *Bal. in l. quadraginta Cod. de ferijs Franc. March. decis. 410. in fine par. 1. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. & iterum in summa verb. festorum violatio, Nauarr. in manual. cap. 13. num. 8. Suarez d. cap. 29. nu. 4.*

9 Ego veritas vt liqueat infrascriptas conclusiones constituendas existimo; Prima, Mercatus, qui celebrantur semel, vel bis in Hebdomada, si incidant in die festo, vel præueniuntur, vel transferuntur in sequentem diem, *Frãc. March. decis. 268. par. 1.* & hoc iure passim vtimur, nec contraria consuetudo in his mercatibus inoleuit, & propterea non est vlterius circa eam immorandum.

10 Secunda conclusio. Consuetudo celebrandi mercatus in die festo, vbi non est introducta prouidendum est ne introducatur, quia negari nõ potest, quin negotiationes, & tumultus, qui ibi fiunt, subministrent occasionem violandi festa, *cap. 2. §. caueant de immunit. eccl. cap. qualitas de penit. dist. 1.*

11 Tertia conclusio. Valet consuetudo celebrandi nundinas in die festo, quia obseruantia festorum est de iure Ecclesiastico, cui per contrariam consuetudinem ritè introduc-

Digitized by Google

troductam, poteſt derogari, *cap.2. de feriis, Bal. in l quadraginta C. de feriis, & conſ. 166. in fin. lib. 5. Franc. Marc. deciſ. 410. par. 1. Caietan. 2.2. q. 122. art. 4. Nanarr. in manual. cap. 13. num. 8. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. q. 4. Maranta in ſpecul. diſt. 16. num. 92. verſ. & inter alia: & nu. 94.* quidquid in cõtrarium ſcripſerint *Hoſtienſ. in d. cap. 1. & ibi Abb. num. 5.*

12 Quarta concluſio. Poteſt Epiſcopus ex iuſta cauſa concedere licentiam faciendi nundinas in die feſto, *Abb. loc. cit. Bar. de repreſal. quæſt. 9. principali q. 4. Gratian. deciſ. 21. num. 12.*

13 Cauſæ autem eſſe poſſunt, publica neceſsitas, vel ad cõſulendum, vt ruſticis, & pauperibus, qui non poſſunt alijs diebus operas ſuas deſerere, ſine diſpendio, *l. 2. ff. de Nundin.* Hoc autem accipi debet, vt nec conſuetudo, nec licentia debeat extendi, vt Miſſa poſsit omitti, ſine ſpeciali neceſsitate, quia Mercatus facultatem audiendi Miſſam non excludit, *Suarez loc. cit. ſub num. 4. in fine.*

14 Quinta concluſio. Poteſt Epiſcopus præcipere ne in die feſto fiant Nundinæ, etiã ſi ex antiquo fieri conſueuiſſent, ex *d. Cõſtitutionem Pij V. quæ eſt 5. in ordine Bullarij §. 7. Gratian. deciſ. 21. num. 5. 6. 7. & 8.* & ſic in facti contingentia fuiſſe determinatum per Sacram Congregationem in Mercatibus, qui fiebant in
15 Ciuitate Neapolitana in feſto Sanctiſsimæ Annuntiationis, & in feſto Pentecoſtes in Eccleſia Spiritus Sancti ſcribunt *Ioann. Franciſcus de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de mercatis num. 10. Gratian. deciſ. Marchiæ 21. à nu. 17. cum ſeq.* cuius decreti verba ſunt, quæ ſequuntur.

Præceptum de Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis, ſub prætextu mercatuum, & feriarum nullatenus eſſe violandum. Cæterum his diebus licere Agaſonibus, ac alijs Iumẽtorum vectoribus, ſeu mercium conductoribus, baiulis, ac miniſtris, ſarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, incæptumque iter, miſſa tamen prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare; non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque mercatoribus, aut alijs Ciuibus, & viatoribus, ijs diebus, etiam clauſis apothecis, merces uendere, emere, aut diſportare licere, niſi tantum ad victum neceſſaria,

aut

Digitized by Google

aut alia munuſcula, & modici momenti opera iam conflata, & elaborata, per tranſeuntium, hoſpitum, Aduenarum, & exterorum viginti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate, in quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt in primis hi feſti dies debita obſeruatione colantur, ſimulque Populorum eò confluentium neceſſitatibus; quantum ſine diuina offenſione fieri poteſt cõſulatur. Quo ad iudicia autem, quæ dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit, quod iure communi permittitur, in quibuſdam vrgentibus caſibus, qui moram, & dilationem nõ patiuntur, in quibus, & alijs iuriſdictionem Conſulum Nundinis præpoſitorum concernentibus, conſtitutiones Sũmorum Pontificum, ſi quæ habent priuilegia, & allegatum Breue fel. record. Pij V. ſeruanda eſſe ſtatuit.

16 Sexta concluſio. In nundinis ſollemnibus, quæ fiunt pluribus continuatis diebus, ſi incidat aliquod feſtum, equum eſt, vt Miſſa audita, commercium non interrumpatur, hoc enim expoſcit vtilitas publica, ne tot homines, qui ad eas ex longinquo aduenerũt retardẽtur, ſed ad ſua opera reuertantur *l. 1. ff. de Nundinis.*

17 Ex his infertur, quod acta per officiales deputatos ad miniſtrandam iuſtitiam in nundinis facta in die feſto, ſunt valida, *Maranta in praxi par. 4. diſt. 16. num. 83.* pluribus ſequitur *Carauita ritu 80 num. 4. verſ. 4. limita, Mandoſ. in commiſſ. 13. quæſt. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Omnes actus iuriſdictionis contentioſæ, facti tempore feriato ſunt nulli.*
2 *Tempore feriato, iuriſdictio eſt ſuſpenſa.*
3 *Actus iuriſdictionis contentioſæ facti in die feriato etiam de partium conſenſu ſunt nulli.*
4 *Nec poſſunt ratificari.*
5 *Appellans à ſententia lata in die feriato, non dicitur approbare ſententiam.*
6 *Procedere in cauſa p aliquos dies tempore feriarum, non dicitur renunciatum ferijs.*
7 *Extenditur etiam in cauſis, in quibus poteſt procedi ex arbitrio.*
8 *Iudex qui habet facultatem procedendi diebus feriatis, non poteſt procedere in ferijs indictis in honorem Dei.*
9 *Sententia lata tempore feriato, an poſſit confirmari.*
10 *Citatio facta in die feriato, an valeat.*
11 *Mandatum de citando, eſt actus iudiciarius, & ſubſtantialis*

Digitized by Google

tialis proceſſus.

12 *Citatio facta in die iuridica ad comparẽdum vſque ad diem Dominicum, vel Paſchatis eſt valida,*

13 *Extenditur, etiam ſi ſit facta ad comparendum ad diem Dominicum.*

14 *Citatio facta ad comparendum in die feſto, eſt nulla.*

15 *Et citatus poteſt repetere expenſas.*

16 *Extenditur, etiam ſi citatio eſſet facta à Principe ſeculari.*

17 *Citatus vno die, ſi in illo incidat feſtum, tenetur comparere die ſequenti.*

Citatus vt compareat die feſto, nec etiam tenetur comparere in ſequentibus diebus iuridicis nu. 18. & 19.

Citatio decreta die iuridica, ad comparendum die iuridica, ſi exequatur die feriata an valeat nu. 20. 21. 22. & 23.

24 *Teſtes non poſſunt recipi die feriata, ſecus ſi præſtiterint iuramentum die iuridica.*

25 *Citatus die feriato in his quæ poſſunt expediri eadem die, tenetur comparere.*

26 *Exequutio an poſſit fieri die feriato.*

27 *Actus factus die feriato, an poſſit reuocari tempore feriato.*

28 *An hæc omnia procedant etiam in diebus feriatis in honorem hominum.*

De actibus iuriſdictionis, factis die feriato.

CAP. XXV.

1 DIes feriato in honorẽ Dei, eiuſque Sanctorum, actus omnes contentiolæ iuriſdictionis facti tempore feriato, ſunt nulli *c. fin. in fine extra de ferijs, l. 2. 7. 8. & fin. C. eod. tit. Theſa. dec. 95. Gratian. dec. 144.*

2 Licet enim tempore feriato iuriſdictio non ſit peremptа, nihilominus eſt ſuſpenſa, & Iudex caret exercitio, ex quo inducitur defectus iuriſdictionis, ne litigantium iurgiis cultui feſtorum impedimentum paretur, *l. Præſides, vbi Iaſ. ff. de ferijs, Bal. in l. cum antea, col. penult. verſ. vlterius ſciendum C. de arbitr. & in l. ſi feriatis, Anchar. conſ. 201. ſub num. 3. Alex. conſ. 213. num. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 124. num. 8. lib. 2. plenè Menoch. de arbitr. q. 30. num. 7. Carpan. ad ſtatuta Mediolan. p. 1. c. 107. nu. 5. Magon. deciſ. Lucenſi 25. num. 36. Gratian. deciſ. 144. num. 3.*

3 Hæc producunt primò, etiam ſi ſententia, vel alter actus cõtentioſæ iuriſdictionis eſſent facti de partium conſenſu, nam partes nequeunt renunciare feſtis indictis in honorem Dei, ſiuè conſen

ſiant

Digitized by Google

ſiant expreſsè, ſiue tacitè *d.c. fin. in fine, vbi gl. in verb. vindemias, de ferijs, Alber. Bal. & Angel. in l. 1. ff. eod. Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. num. 130. Menoch. loco citato nu. 11.*

4 Et ſicuti nequeunt expreſsè, vel tacitè renũciari, vt fiat actus cõtentioſæ iuriſdictionis, ita nequeunt actus facti ratificari, nec confirmari, *Bal. in l. cum antea num. 8. C. de arb. & in d. l. ſi feriatis, col. 1. verſ. extra quæro, ff. de ferijs.*

5 Procedit ſecundò, vt ſi à ſententia lata in die feriato in honorem Dei appelletur, appellans non dicatur approbare ſententiam, quia cenſetur appellaſſe à ſententia non vti benè lata, ſed vti taliter lata, *Bal. in d. l. cũ antea, col. 3. verſ. vlterius ſciendum, Felin in cap. ſignificaſti, num. 7. verſ. teneme-ri, de foro compet. Gratian. d. dec. 144. nu. 8.*

6 Procedit tertiò, etiam ſi tempore feriarum fuerit incauſa per aliquot dies proceſſum, nam nõ ideo dicitur renunciatum ferijs etiam in cauſis ſummarijs, & exequutiuis, fetię enim ſemper poſſunt opponi, *Lanfranch. in cap. quoniam contra cap. 12. num. 34. de probat. Marſil. in praxi §. attingatur nu. 19. verſ. item adducit, Aſinius in praxi c. 3. num. 46. Carpan. ad ſtatuta Mediolani lib. 2. cap. 202. num. 6.*

7 Procedit quartò, etiam in cauſis, in quibus procedi poteſt ex arbitrio cum facultate procedẽdi diebus feriatis, & non feriatis, *l. omnes dies, vbi gloſ. in verb arbitros C. de ferijs, l. idem, Pomponius §. fin. vbi gloſ. in verbo non cogeretur, & in l. ſi feriatis, verb. ex voluntate ff. de ferijs ibique Bald. Imol. & alij*, quos refert, & ſequitur *Menoch. d. q. 30. num. 1. Blanch. de comprem. q. 1. nu. 42. Carpan. ad ſtatuta Mediolani lib. 1. cap. 110. num. 15. & cap. 115. num. 296.* & ſimiliter

8 Iudex cui eſt data facultas procedendi diebus feriatis, nõ poteſt procedere in feriis indictis in honorẽ Dei, *Clem. ſæpè, vbi gloſ. in verb. ob neceſſitates de verb. ſignif.*

Procedit quintò, etiam in diebus hebdomadæ ſanctæ *Theſaur. dec. 95. Gratian. deciſ. 144. in princ.*

9 An autem ſententia lata tempore feriato, poſſit confirmari? cõſulendi ſunt *Alex. cenſ. 53. nu. 2. & 17. lib. 5. Gratian. deciſ. Marchiæ 144. à num. 8. cum ſeq.*

10 Dubitatur primò an citatio facta in die feriato valeat? & facilioris doctrinæ gratia, præmitti primum oportet, in citatione tria conſiderari,

Digitized by Google

nempè mãdatum de citãdo, executio citationis,& cõparitio: quo ſtante infraſcriptæ cõcluſiones cõſtitui poſſunt.

11 Prima. Mandatum de citã do die feſto eſt nullum, quia eſt actus iudiciarius, & ſubſtantialis proceſſus, *cap. fin. in fine de ferijs, l. fin. verb. admonitio C. eod.* & ibi *Albert. & Salicetus, Bar. in d. l. 2. num. 4. ff. ſi quis in ius vocatus, & in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunt. & ibi Iaſ. num. 9.* vbi teſtatur de communi, de qua etiam teſtantur *Abb. in d. cap. fin. nu. 20. Lanfranc. in cap. quoniam contra n. 78. de probat. Carauit. ritu 8. nu. 3.*

12 Secunda concluſio. Citatio facta die iuridica ad comparendum vſq; ad diem Dominicum, vel Paſchatis, eſt valida, quia dictio illa, vſque, eſt appoſita excluſiuè, *Bar. in l. 2. §. fin. ſub num. 4. ff. ne quis in ius vocat.* plenè *Abb. in d. c. fin n. 22.* & ſic intelligitur *tex. in cap tum ex literis §. quo circa de in integr. reſt. cap. veniens §. vnde, de accuſat.*

13 Idem dicendum, ſi citatio ſit facta ad comparẽdum ad diem Dominicũ, nam dictio, ad, & vſque, idem important *cap. cum dilecti, de dolo, & contum.*

14 Tertia concluſio. Citatio ad comparendum in die feſto, dubio procul eſt nulla ipſo iure, quia eſt directè contra honorem feſti, & præceptum Eccleſiæ, de quo in *d. cap. fin. & in l. 2. 7. 8. & fin. C. de ferijs gloſ. in d. l. fin. verb. apparitio, & ibidem Salicet. num. 2 verſ. 2. actus l. 2. vbi Bart. in princ. num. 27. & in §. fin. ſub nu. 4. & 6. ff. ſi quis in ius vocat. Innoc. Ioan. Andr. Butr. & Abb. in d. cap. fin. Caſtrenſ. conſ. 270. lib. 1. in ſpecul. p. 6. §. propoſui nu. 119. cum ſeq.*

15 Quod procedit primò, vt nec ſit opus proponere exceptionem feriarum, eo quia actus eſt nullus ipſo iure, & ſic non afficit ad aliquod, *Alber in d. l. fin. nu. 3.* Quinnimo ſi compareat, poterit repetere expenſas, tamquam temere citatus, *Caſtrenſ. in l. fin. nu. 3. C. de ferijs.*

16 Procedit ſecundò, etiam ſi citatio fuiſſet facta à Principe ſeculari, nam ſicuti ipſe non poteſt abrogare feſtum indictum ab Eccleſia, vt dictum eſt ſupra, ità non poteſt diluere eius effectus.

17 Procedit tertiò, vt quamuis citatus vno die, ſi in illo incidat feſtum teneatur cõparere die ſequenti iuridico, *d. l. fin. verb. differatur C. eod. tit. & ibi Bar. nu. 6. Aſflict. in conſtitutione ſi quoniam noſtrorum num. 6. verſ. 3. concluſio. Carauit.*

Digitized by Google

18 *uit. ritu* 80.*nu.* 2. Nihilominus si in citatione sit expressum, quod compareat in die festo, est nulla, adeo vt nec teneatur sequentibus diebus iuridicis comparere, quia iudicatur perinde ac facta non fuisset, *Petr. de Bellapert. & Cinus in l. dies festos C. de feriis, Specul. tit. de citat. §. fin. vers. itē excipitur, Bar. in l. 2. num. 4. ff. si quis in ius vocatus, Canonistæ in d. cap. 1. de feriis, vbi Abb. num.* 21. testatur de communi, de qua etiam testatur *Boich nu.* 10. *Carauit. & Marāt. locis citat.*

Contrarium, nempè quod citatus teneatur comparere die sequenti iuridica, existimant *Innoc. & Butr. in d.c.* 1. eo tantum argumento ducti, quod in citatione duo continentur; primum, vt teneatur comparere, secundum certa die; quod si die præfixa comparere impediatur, non extinguitur præceptum, sed differtur, exemplo debitoris obligati ad soluendum intra certum tempus, nam si intra illud soluere nequeat, nō ideò remanet extincta obligatio soluendi, *cap. cum dilecti de dolo, & contum.*

19 Sed hoc argumentum facili negotio diluitur, quia ibi supponitur validitas obligationis, quæ cum non possit supponi in citatione, de qua agitur, merito argumentum, tamquam à diuerso non valet, *l. Papinianus ff. de minor.*

20 Quarta conclusio. Citatio decreta, seu demandata die iuridica, ad comparendum die iuridica, si exequatur die feriata, de iure est nulla, quia executio est specialiter prohibita, in *d. l. fin.* ibi à cunctis executionibus excusetur, *Alber. & Salicet. in d. l. dies festos, Bart. in l. 2. num. 4. ff. si quis in ius vocat.* & est communis, de qua testantur *Abb. in d. c.* 1. *num.* 20. *de feriis, Iaſ. in l.* 1. §. *nunciatio num.* 9. *Lanfranch. in cap. quoniam contra num.* 78. *de probat. Carauit. d. ritu* 80. *nu.* 2. refert alios *Tiraq. de retract. consang. in fine nu.* 80.

21 Consuetudine tamen receptum est, vt citatio decreta die iuridica, licet exequatur die feriata, nihilominus substineatur, *Clem.* 1. *verb. festiuis de foro comp. Din. in d. l.* 1. §. *nunciatio ff. de nou. oper. nunc. Ioan. Andr. in d. cap. fin. de feriis, & ibi Boich num.* 12. *Guido Papæ deciſ.* 215. refert alios idem *Tiraq. loco cit. num.* 79. *& per Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap.* 214. *num.* 2. *par.* 2.

22 Huic cōsuetudini causam dedisse opinor, quod stante negotiorum multiplcitate,

Digitized by Google

causæ instrui solent ab Actorum Magistris extraiudicialiter, à quibus partibus petentibus expediuntur sub die iuridica, & Iudici porriguntur subscribendæ absque strepitu, & reproducuntur in actis Iudice inscio, ideoq; tota solẽnitas, & strepitus fit; vbi citatio legitur coram Iudice.

23 Vt ergo huic consuetudini locus sit, oportet quòd data citationis sit sub die iuridica, cum termino ad comparendum die iuridica, *Bal. in l. in minorum num. 5. C. in quibus causis rerum non est necessaria*, *Carpan. d. c. 214. nu. 3.*

24 Die etiam feriata testes in causis cõtentiosæ iurisdictionis nõ posse recipi, docemur ex *cap. 1. de feriis*, quod si in die iuridico iuramentũ præstiterint, possunt examinari die feriato, quia examen trahitur ad diem iuramẽti, *Bar. in d. l. 2. S. fin. nu. 6. ff. si quis in ius vocat. & in l. si quando nu. 2. C. de testib.* & est communis vt per *Vinium opin. 300. lib. 2. Carpan. ad statuta Mediolani lib. 1. cap. 22. num. 90.* estque in Regno Neapolitano statutum *Ritu Mag. Curiæ 144. 148. & 150. & vtrobique Carauita, Rot. decis. 13. de procur. in nouis.*

25 Quinta conclusio. Citatus die feriato, in his, quæ possunt expediri eadem die, tenetur comparere, *Bar. in l. ex quacunque num. 14. & in §. itẽ si ff. si quis in ius vocatus.*

26 Die feriato non potest fieri exequutio, etiam quod in ea causæ cognitio non interueniat, secundum communem, de qua per *Alex. cons. 53 nu. 10. lib. 5. Mandos. commiss. 13. q. 15. Vant. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 131. Gratian. decis. 144. nu. 16. & 17. Thesaur. decis. 95.*

27 An autem actus factus die feriato, possit tempore feriato reuocari? vide *Bart. loc. cit. num. 7.*

28 Quæ dicta sunt in actibus contentiosæ iurisdictionis gestis die feriato in honorem Dei, procedũt etiam in gestis die feriato in honorem hominum, nam in respicientibus nullitatem, feriæ in honorem Dei, & hominũ æquiparantur, vt infra dicetur *cap. 28.*

Cæterum, de actibus gestis die feriato ob publicam hominum vtilitatem, dicetur *cap. 30. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex, vel Concilium Generale potest abrogare festa indicta in honorem Dei in Ecclesia Vniuersali,*

&

Digitized by Google

& Episcopus, festa indicta in sua propria Diœcesi.

2 *Nec Summus Pontifex, neque tota Ecclesia Vniuersalis potest statuere, vt nulla festa seruentur in Ecclesia.*

3 *Statutum laicorum disponens, quod non seruentur aliqua festa in honorem Dei, an valeat.*

4 *Statutum præcipiens, quod aliquę causę criminales agi possint etiam in festis in honorem Dei an valeat.*

5 *Et quid sit dicendum de consuetudine.*

7 *Laica potestas non habet potestatem nec incidendi, nec abrogandi festum in honorem Dei.*

8 *Inter statutum, & consuetudinẽ quæ differentia sit in hac materia.*

Intellectus text. in l. prouinciarum *nu.* 6. 9. *&* 11.

Causę insignium latronum an possint agi in diebus feriatis in honorem Dei. nu. 10. *&* 12

13 *In delictis grauioribus an possint examinari testes diebus feriatis in honorem Dei, & instrui processum.*

14 *Et an possit procedi ad tormenta, vel neci tradere, & sententias exequi.*

Quis possit abrogare festa indicta in honorem Dei.

CAP. XXVI.

1 QVi potest indicere festa, potest etiã abrogare, *l. omni innouatione* C. *de sacros. ecclesijs*, atque ideò cum festa in honorem Dei, eiusque Sanctorum præcipere in Ecclesia vniuersali spectet ad solũ Pontificem, vel Concilium generale, festa vero seruanda in propria cuiuscumq; Diœcesi, vel Ciuitate spectet ad Ecclesiarum Prælatos, prout dictum est supra *cap.* 6. merito ijdem possunt festa præcepta abrogare, *Lanfranc. in cap. quoniam contra, ante num.* 79. *de probat. Suarez de religione tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *num. post Oldrad. in l. fin. C. de fer.*

2 Hæc autem accipi debent circa aliqua festa particularia, nam neque Papa, neque tota vniuersalis Ecclesia statuere potest, vt nulla seruentur festa in Ecclesia, quia esset contra ius diuinum, & naturale, quo docemur, aliquod esse tempus quo curis sepositis, Deo in operum cessatione vacare possimus, *D. Tho.* 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *Sot. de iust. & iur. lib.* 2. *q.* 4. *concluſ.* 1.

3 Du-

Digitized by Google

3 Dubitatur an valeat ſtatutum laicorũ diſponens, quod aliqua feſta in honorem Dei non ſeruentur? & non valere ſcribit, *Bal.conſ.166.nu.2. lib. 2.Alber.in l.omnes dies ſub n.1. C.de fer. Caſtrenſ.in l.quadraginta C.eod. Soccin.conſ.8.num. 13.lib.4.Carpan.ad ſtatuta Mediolani par.1.cap.375.nu.150.*

Ratio eſt, quia feſta ſunt inducta de lege Eccleſiæ, ad inſtar iuris Diuini, & clarum eſt, laicam poteſtatem non poſſe tollere diſpoſitionem ſacrorum canonum, *d.l. omni inuocatione, C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ.in l.ſi feriatis verb. voluntate ff.de ferijs, Caſtrenſ. in d. l. quadraginta C. eod.tit. de fer.*

4 Limitari ſolet hæc concluſio, nè procedat in ſtatuto præcipiente, quòd aliquæ cauſæ criminales agi poſſint etiam in feſtis in honorem Dei, *Bal.in d.l quadraginta, & d.conſ.166.num.2. Bar.in l.filius familias ſub num. 5. ff. de donat.*

5 Ducũtur primò, quia hoc poteſt fieri conſuetudine, *c.2. de fer.* ergò per ſtatutũ, quòd eſt paris poteſtatis, *§.plebiſcitum, inſt.de iur. naturali.*

6 Secundò ex *tex. in l. Prouinciarum C. de ferijs*, vbi Imperator decernit, nullum tẽpus, nec Paſchæ diem excipiendum, nè differatur ſceleratorum proditio conſiliorũ, quæ per latronum tormenta quærenda eſt.

7 Sed hæc limitatio probanda non eſt, etiam ſi verum ſit, prout eſt veriſimum, quòd laica poteſtas non habet poteſtatem nec indicendi, neque abrogandi feſtum in honorẽ Dei, vt ſupra probatum eſt *cap.11.* quam nulla eſt ratio quarè poſsit ſtatuere reſpectu aliquarum cauſarũ, cum ſemper vigeat defectus poteſtatis.

8 Non obſtat, quòd poſsit fieri per cõſuetudinem, quia vt ſupra dictum eſt *cap. 14.* diuerſa admodum eſt in hac materia ratio inter conſuetudinem, & ſtatutum, & hoc eſt, quod maximè decepit Doctores aſſerentes poſſe ſtatuto laicorũ fieri, quòd aliquæ cauſæ agantur diebus feriatis in honorem Dei, quia putarunt eandem in hac materia poteſtatem eſſe ſtatuti, & conſuetudinis.

9 Minus obſtat *text. in d. l. Prouinciarum*, quia ibi Imperator non procedit diſponendo contrà præceptum ſanctificandi feſta, ſed interpretando præceptum Eccleſiæ in tali caſu non habere locũ, quia cum punire eos, qui in aliorum perniciem debaccãtur, ſpecies ſit ſacrificij, *c. quali*

in

Digitized by Google

in fine 23. q. 5. cap. nõ est, cum tribus seq. ead. caus. & quæst. vtique Imperator interpretatur hoc etiã in die Paschatis fieri posse, cum dicta die opera Deo placita quam maximè deceant, quamuis non sint in præcepto, *D. Thom. & alij 2. 2. q. 122. art. 4.* & quòd verè Imperator procedat declarando, maximè patet ex verbis illis, *moneantur*, & ibi *existiment excipiendum*, & ibi *cum facillimè in hoc summi Numinis speretur venia*, quæ omnia sunt verba doctrinalia, nõ autem præceptiua, qualia debent esse verba legis, *l. 3. & 9. C. de legib. l. legis virtus ff. de legibus.*

10 Ex hoc ergo non probatur, posse statuto laicorum fieri, quòd aliquæ causæ criminales possint agi etiam diebus feriatis in honorem Dei, sed causas insignium latronum, per quorum tormenta multorum salus, & incolumitas procuratur potest agi etiam in die sancto Paschatis, non secus ac aliæ plures, quæ pietatem respiciunt.

11 Hæc faciliùs vt liqueant animaduertere oportet, *text. in d. l. prouinciarum*, maximè loqui de Isauris, qui famosi erant, insignesque latrones, de quibus latè *Dio. lib. 55. & Marcellin. lib. 14.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Quotuplex dispensatio datur in obseruantia festorum num. 1. & 11.

2 *Textus in* cap. 3. de feriis *an vindicet sibi locum in omnibus piscium speciebus.*

3 *Et quid dicendum in aucupio auium certo tempore transeũtium.*

Quæ requirantur vt suffragetur dispensatio dicti cap. 3. de feriis *nu.* 4. 5. 6. & 7.

Pauperibus debet dari Ecclesijs, vel pauperibus an sit de præcepto, vel de consilio d. n. 7. & nu. 8.

9 *Hęc portio quanta debeat esse.*

10 *Et an debeatur integrè Ecclesijs, vel etiam pauperes debeant participes esse.*

11 *Dispensare super obseruantia festorum primario, & principaliter pertinet ad Summum Pontificem.*

12 *Episcopus an possit dispensare in festis indictis per Summum Pontificem in Ecclesia vniuersali.*

13 *Potestas dispensandi circa festa est moraliter necessaria ad bonum regimen animarum pro casibus repentinis.*

14 *Ordinarius inferior an habeat potestatem dispensandi in festis.*

15 *Vicarius foraneus, vel Parochus an possit ex commissione Episcopi dispensare circa obseruantiam festorum.*

16 *Dispensatio laborandi in die festo non requirit scripturam.*

17 *In hac dispensatione an sufficiat voluntas præsumpta.*

18 *Et quid dicendum sit, quando causa dispensationis esset dubia, & consuli potest Superior.*

19 *Et quid si causa esset in iure probata, vel probabilis, & Superior commodè non potest consuli.*

20 *Dispensatio concessa à iure, quomodo differat ab illa, quæ datur ab homine.*

21 *Causæ qualitas, vel quantitas, remittitur arbitrio Prælati.*

Hoc Prælati arbitrium quomodo debeat regulari numero 22. & 23.

24 *Prouida ordinatio Eminentissimi Domini Cardinalis Filamarini Archiepiscopi Neapolitani circa obseruantiam festorum.*

Episcopi dispensatio an etiam requiratur iusta existente causa num. 25. & 26.

Dispensare quis possit præcepto seruandi festa in honorem Dei.

CAP. XXVII.

3 CIrca festorũ obseruantiam, duplex datur dispensatio altera, quæ

Digitized by Google

quæ est comprehensa in corpore iuris, nempe in *cap. 3. de ferijs*, altera vero, quæ datur ab Ecclesiæ Prælatis.

2 Quantum ad dispensationẽ iuris attinet, cum illa tota versetur in dispositione *d. cap. 3.* ideo ad pleniorem intelligentiam illius. Quæritur primò, cũ ille textus loquatur de Alecibus, an vindicet sibi locum in aliis piscium speciebus? Et dicendum quidem est locum habere in omni specie piscium, quorum piscatio aliquo tempore fieri potest, cuiusmodi sunt tunni, seu pisces vulgariter nuncupati pisces spadi, vt in specie scribit, & rectè *Suarez de relig. tom. 1. de relig. cap. 33 num. 6.*

Ratio est, quia in his viget eadem ratio, quæ in Alecibus ideoq; dicuntur in eadem dispositione comprehensi, *l. illud ff. ad l. aquil.* Vbi enim ratio coniungit plures casus, obtinet vicem generis, quod includit sub se omnes æqualiter, nõ per extensionem, aut per similitudinem, sed per æqualem comprehensionem, *Bal. in l. de quibus nu. 35. ff. de legibus, & in l. omnes Populi, nu. 25. ff. de Iust. & Iure* cum alijs per *Surd. decis. 276. num. 8. & 9.*

3 Qua ratione attenta, idem puto dicendum in aucupio auium certo tempore transeũtium, quod maxime contigit in Ciuitatibus Capuę, & Massæ in Terra laboris.

4 Quæritur secundò, quæ requirantur vt dispositio d. *cap. 3* suffragetur? Et quidem tria copulatiuè requiruntur. Primum

5 Quod piscatio non fiat in maioribus anni festiuitatibus, nempè in die Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes, vt notat ibi *glos. in verbo maioribus*.

6 Secundum, quod adsit ingruens necessitas, quæ adesse dicitur eo ipso, quo pisces terræ se inclinant; tunc enim occasione festi periret piscandi commoditas, cœlesti prouisione concessa, *l. 3. in fine* C. *de ferijs*, cuius auctoritate hoc ipsum scribunt, *Host. & Abb. antiq. in d. cap. 3. Butr. ibid. num. 11. Panorm. n. 6.* Similiter fœnum, & segetes imminente periculo pluuiæ, vel incursus hostiũ, colligi possunt, *Abb. loco cit. nu. 7. Bellam. in cap. 1. nu. 7. eodem tit. de ferijs.*

7 Tertium, quod Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem *d. cap. 3. in fine*.

Quæri solet, an ista congrua sit de præcepto, vel de consilio? Et esse de consilio docent aliqui Summistæ, nempe *Sylu. in verbo Dominica q. 4. vers. quæ*

sunt necessitas Tabiena, in verbo feria 4. 253. num. 46. in fine. Armilla in verbo festum, num. 20. in fine; Ludouicus Lopez in instruct. cap. 50. Non peccant in festo. Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 10. num. 11.

8 At, quod sit de præcepto cessarunt maioris grauitatis Auctores, nempe *Bal. in d. cap. 3. num. 2. Butr. num. 8. & 12. Abb. num. 4. Ambrosius num. 8. Soto 2. 2. q. 122. art. 3. dub. penult. in 7. casu, & iterum in verb. festorum. violatio, §. violatio autem vers. 4. ex occursu. Angel. in verb. feria num. 35. Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 9. Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 33. num. 7.* vbi improbat opinionem contrariam, vt nullo fundamento suffultam, & addit, quod quicunque illa iuris dispensatione vtitur, teneatur ad conditionem implendam quasi ex pacto.

Probatur hæc opinio ex eodem *cap. 3.* vbi, postquam indulget, vt in diebus feriatis in honorem Dei possint alecia capi, statim subiungit, *ita quod post factam capturam Ecclesijs circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem.*

In his etenim verbis tria sunt quæ præceptum indicant, primum verbum illud *ita quod*, de cuius natura est, vt restringat antecedentem concessionem, & inducat modum de necessitate seruandum, *l. si quis ff. quod quisque iuris, l. hæc autem in fine ff. de seruit. vrban. prad.* & quod non possit actus, nisi modo expresso fieri, *l. si quis ex argentarijs §. ex hoc edicto ff. de edend. Rebuff. in l. triplici modo 142. vers. ita demum ff. de verb. significat.*

Secundò perpendo verbum illud *faciant*, quod est imperatiuum *l. 2. ff. ne quid in loco publico.*

Tertiò, considerandum, est verbum illud *congruam portionem*, quæ cum importet quantitatem correspondentem piscibus captis, sequitur, quod importat necessitatem, alias quantitas relinqueretur arbitrio piscatoris.

9 Quæritur tertiò, quanta debeat esse congrua portio Ecclesijs? & esse decimã partem piscationis, quę fit in die festo, censuit *Glos. in d. cap. 3. verbo ecclesijs.*

10 Quæritur quartò, ista decima pars solui debeat integrè Ecclesijs, an verò debeant de illa participes esse pauperes? & quod portio, quæ dari debet pauperibus, sit vltra decimam partem, quæ debetur ecclesijs scribit *Butr. in d. cap. 3. nu. 8.* & hæc quo ad dispensationem festorum comprehensam in corpore iuris.

Digitized by Google

11 Quò verò ad dispensationẽ hominis, potestas dispensandi super obseruantia festorum principaliter, & primariò pertinet ad Summum Pontificẽ, qui si eam concedere potest per viam legis vniuersalis, vt in *d. cap. 3. de ferijs*, multo magis concedere potest in casibus singularibus, *Suar. d. cap. 33. nu. 2.*

12 Episcopus etiam potestatẽ habet dispensandi non solum super obseruantia festorum in festiuitatibus peculiaribus Diœcesis suæ, sed etiam in festis indictis per Sũmum Pontificem in Ecclesia vniuersali, *D. Anton. in sum. par. 2. tit. 9. cap. 9. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. vers. in septimo casu, Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 4. Ang. Sylvest. & Navarr.* quos refert, & sequitur *Suarez d. cap. 33. num. 2. Leon. in Thesauro fori ecclesiæ par. 2. cap. 1. num. 26.*

13 Ratio est, quia hæc potestas est moraliter necessaria ad bonum regimen animarum pro casibus repentinis, nam cum multa accidere possint, in quibus opus sit dispensare, *l. 3. penult. & fin. C. de ferijs*, equum plane est, vt qui curam gerit animarum, potestatem habeat relaxandi præceptum, vbi sic sibi expedire videbitur, *Bellamer. in cap. 1. num. 7. de ferijs.*

14 Hac ratione, hæc dispensandi potestas competit non solum Episcopis, sed etiam Ordinario inferiori, *Suarez loco cit. ante num. 3.*

15 Et quoniam Ordinarij nequeunt esse præsentes in quolibet loco Diœcesis, ideo Episcopi hanc dispensandi potestatem consuerunt delegare Vicarijs foraneis, vel Parochis, aut alijs Sacerdotibus, quod facere possunt, quia pertinet ad facultatem ordinariam, quæ est delegabilis, *Raimund. in summ. lib. 1. tit. de ferijs, Bellamer. in d cap. 1. nu. . Suarez loco cit. num. 2. Leon. in Thesaur. fori Ecclesiæ par. 2. cap. 1. nu. 26. & 32.*

16 Dispensatio laborandi in die festo non requirit scripturam, sed sufficit quocunque modo volũtas explicetur, *Suarez loco citato num. 4.*

17 Quæritur an sufficiat voluntas præsumpta? & non sufficere scribit *Suarez d. cap. 33. nu. 4.* Ratio est, quia lex de festis sãctificãdis est certa, ex veteris, & noui testamenti dispositione *cap. 3. de ferijs l. fin. C. eod. tit.* ad quam tollendam credulitas non sufficit.

18 Quod maximè procedit quando causa dispensationis est dubia, & Superior consuli potest, tunc enim cum voluntas non habeat certitudinem, *l. neque natales C. de probat.* legis

Digitized by Google

vinculum non potest censeri sublatum.

19 Limitâ, quando causa dispẽsationis esset in iure probata, vel probabilis, & Prælatus nõ posset commodè adiri, tunc enim formari potest saltim practicè iudicium, quod si Prælatus adesset, fuisset dispensaturus, & licentia capi posset à quocunque Presbytero, *Syluest. verb. Dominica q. 4. §. quæ autem*, *Suarez d. cap. 33. sub num. 4.*

20 Differt dispensatio concessa à iure, ab ea, quæ datur ab homine. Primò, quia illa non suffragatur nisi seruatis tribus requisitis, de quibus dictum est; hæc vero vbi datur, licet possit dari sub aliquo onere eleemosinę, nihilominꝰ si detur simpliciter, laborans non tenetur ad aliquam eleemosinam, *Suarez d. cap. 33. nu. 10.* Secundò, quia iuris dispensatio non prodest in maioribus anni sollemnitatibus, *d. cap. 3.* Episcopus vero vrgente necessitate potest dispensare etiam in maioribus festiuitatibus.

Cæterum, in hac dispensatione concedenda causa semper requiritur, nam si Summus Pontifex non dispensat, nisi ex causa *d. cap. 3. de ferijs*, vtique tanto minus dispensare debet Episcopus *cap. cum inferior de maiorit. & obed.*

21 Causa autẽ qualis, aut quãta sit, remittitur arbitrio Prælati, qui vbi rationabilis causa subest, dispensationem negare non debet, sicuti vbi causa nõ adest, ab ea debet abstinere, *Egid. in d. cap. 1. num. 6. & 7. de ferijs.*

22 Hoc autem arbitrium hoc modo regulari posse videtur, vt si quidem agatur de dispensando super obseruantia festi peculiaris suæ Diœcesis, tunc quia dispensat super lege propria, *cap. fin. de ferijs*, licet non debeat dispensare sine causa, tamen si dispenset, dispensatio valet, quia sicuti potest tollere totum festum, vt dictum est supra, potest tollere obseruantiã alicuius diei, *Suarez d. cap. 33. num. 3.*

23 Si vero agatur de dispensando super obseruantia festi indicti ab Ecclesia vniuersali, causa requiritur, vt sine illa dispensatio non suffragetur, quia nec decet, quod Prælatus dispenset, nisi ad imitationem Pontificis, *cap. vt debitus, de appell.* nec potest nisi ex rationabili causa dispensare super lege superioris, *Suarez loc. cit.* subdens, quod si causa est dubia, potest dispensatus sequi fidem dispensantis, pro quo in dubio præsumitur. In Ciuitatibus etiam vbi Populus est frequens, maior subest dispensandi

Digitized by Google

di causa, quam in alijs, *Roc. in Visbonen. tabernariorum coram Penia post lib. 2. consil. dec. 368. & 372.*

24 Eminentissimus D. Cardinalis Filamarinus Archiepiscopus Neapolitanus, obseruãtiam festorum in tam ampla, populique plenissima Ciuitate moderatur ita, vt nec pietati, nec hominũ necessitati quidpiam desit.

25 Quæritur, an iusta existente causa, adhuc requiratur Episcopi dispensatio? & requiri probat *tex. in d. cap. 3. de ferijs*, vbi supponitur necessitas, & nihilominus Summus Pontifex dispensat, & hoc firmant *Egid. in d. cap. 1. num. 5. & 6. de ferijs, & Suarez loc. cit.* quod maximè procedit, quia non quælibet causa sufficit ad dispensationem, sed oportet, vt sit publica, & euidens omnibus, veluti periculum hostilis incursus, pluuiæ, grandinis, quæ impedire possunt culturam, aut segetem, siue recollectionem *l. 3. C. de ferijs, Egid. loc. cit.*

26 Quod si contingat necessitatem esse talem, & omninò claram, tunc eatenus prodest, vt possit laborari sine dispensatione, quatenus Prælatus adiri non possit, nec adsit alter Sacerdos, à quo dispensatio peti possit, vt post *Raimundum* scribit *Egid. loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *Antiqui anniuersaria celebratione venerarunt dies quos fælices habuerunt.*
2 *Dies qui computabantur inter felices dies.*
3 *Athenis, sacra festa erant constituta in Principis morte.*
4 *Festa ad agendas Deo gratias cũ ieiunio, seù processionibus debent indici authoritate Prælati.*
5 *Festa ad Deo gratias agendas per modũ honoris politici indici possunt per Principem.*
6 *Populus in his festis non tenetur audire missam, sed tantũ abstinere ab operibus publicis.*
7 *Hæc festa non debent concurrere cum festis indictis in honorẽ Dei.*
8 *Festa quæ celebrantur in honorẽ Summi Pontificis dicuntur festa mixta, & rationabiliter celebrantur.*

De festis in honorem hominum indictis.

CAP. XXVIII.

1 MOs fere omnium gẽtium fuit, dies, quos fælices habuerunt an-

anniuerſaria celebratione venerari, quod potius vt facerent, ab operibus ceſſabant, ne aliorum negotiorum cura diſtracti à communi letitia diſtraherentur, fecerunt hoc Romani, Athenienſes, Perſæ, alięque gentes, de quibus per *Alex. ab Alex. genial. lib. 4. cap. 20.* Iudeos etiam ſimilia feſta celebraſſe, liquet tum ex pluribus, tum etiam quod diem qua Eſther, & Iudith triumpharunt, anniuerſario gaudio trãſegerunt *Eſther cap. fin. Iudith. cap. vlt.*

2 Inter hos dies computantur Vrbis natalitium, natiuitas, vel electio Principis, *l. 7. §. noſtris, & l. fin. §. nihil C. de feriis*, Inſignis victoria, vel res feliciter geſta *l. 26. §. ſi feriæ ff. ex quibus cauſis maiores* dies coronationis Principis, *l. placet C. de ſacroſanctis Eccleſ. Frãc. de March. dec. 519. n. 1. & 2. p. 1.*

3 Principi etiam morienti gentes parentare conſueuerũt, ob quod ſacra feſta Athenis erant conſtituta *Alex. ab Alex. d. cap. 20.* Et apud Hæbreos Plãtus Iephet celebratur Iudith *Iudicum cap. 11.*

4 Feſta hæc ſi agatur de illis indicendis cum ieiunio, ſeu proceſsionibus ad agendas Deo gratias, dubio procul debent indici ſaltem auctoritate Prælati, *Suarez tom. 1. lib. 2. cap. 12. ſub num. 3. in fine* cum hæc omnia ſint iuriſdictionis ſpiritualis, cuius poteſtas laica eſt incapax, *Alber. in l. omnes dies nu. 1. verſ. item vidi dubitari C. de feriis, Abb. cap. 2. num. 2. de feriis, Menoch. de arbitr. q. 30. nu. 12. Sylueſt. in verb. Dominica n. 2. Emanuel Sà in Aphoriſm. verbo feſto, Sayr. in clani lib. 7. c. 5. num. 17. verſ. ſupra*, eſſeque omnium receptiſsimam, teſtatur *Suarez d. cap. 12. num. 2.* & latius dictum eſt ſupra c. 11.

5 Si vero agatur de indicendo feſto per modum honoris politici, prout regulariter indici ſolent feſta in honorem hominum, tunc indicuntur per Principem *l. 4. C. de feriis, ibique gloſ. & Doctores Franc. de March. deciſ. 519.*

6 *num. 1.* In his feſtis populus non cogitur Miſſam audire, ſed tantum ab operibus publicis abſtinere, *Sylueſt. & Emanuel Sà locis citatis, Azor. tom. 2. lib. 1. cap. 26. q. 5. Sayr. loco citat. num. 17. verſ. quinta propoſitio.*

7 Rurſum, hæc feſta nequeunt concurrere cum feſtis indictis in honorem Dei, atque ideo ſi incidant in illis, differuntur in aliam diem feſto in Dei honorem non impedito *l. fin. §. nihil C. eod. tit.*

8 Fe-

Digitized by Google

8 Festa, quæ celebrantur in honorem Summi Pontificis, ex quo feruntur in honorem Christi, cuius vices gerit in terris, *l. non distinguemus §. sacerdotio superueniente ff. de recep. arbitr.* dicuntur festa mixta, in honorem videlicet hominis respectu Dei, *Bal. in l. si ut proponis 8. C. quomodo, & quãdo Iudex Ias. in l. 1. sub num. 8. vers. & vide quod vult*, ideoque velint, nolint Nouatores rationabiliter, & conuenienter celebrantur nec veniũt in generali derogatione feriarũ, *Mandos. commiss. 13. vers. ph. erit, & vers. quod prima cõclusio, Grat. decis. 144. nu. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Ob quam rationem sunt inductæ feriæ ob publicam hominum vtilitatem.*
2 *Romani, quomodo vocabant has ferias, et à quo fuerũt indictæ.*
3 *Messium, & vindemiarum feriæ quando indici debent.*
4 *Messium, & vindemiarum tẽpore, nemo cogitur venire ad iudicium.*
Alia quæ nequeunt fieri tempore vindemiarum, & messium nu. 5. & 6.
7 *Et quid sit dicendum, tempore seminum, & propaginarum.*
8 *Et quid de illis, qui accedunt ad nundinas, & mercatus, vt afferant ad annonam pertinentia.*
9 *Et quid sit dicendum, de Piscatoribus.*
Messium, & vindemiarum feriæ, in quibus habeant locum, num. 10. 11. & 12.
Rusticorum priuilegium ne possint conueniri tempore messium, & vindemiarum, an competat alijs culturam non exercentibus nu. 13. 14. 15. 16. & 17.
Messium, & vindemiarum tẽpore, an sint seruandæ feriæ in honorem Dei, num. 18. 19. & 20.
Et quid dicendum sit, si periculũ esset in mora nu. 21. & 22.

De ferijs ob publicam hominum vtilitatem indictis.

CAP. XXIX.

1 NE occupati circa rem rusticam distraherentur ab ea; & ob id publicæ vtilitati præiudicaretur, dum annonæ penuria in Ciuitatem hac de causa posset inferri, feriæ messium, vindemiarumque sunt inductæ, *l. 2. ff. de Nundin. Plato de Republica lib. 2.* Scribit *Liuius* ex incultis agris postquam plebs in montem sacrum secessit, caritatem magnam an-

annonæ Ciuitatem inuasisse.

Fertilis assiduò si non renouetur arator,
Nil, nisi cum spinis gramen habebit ager.

2 Has ferias, Romani conceptiuas vocabãt; licèt enim quotannis redirent, concipiebantur tamen à Magistratibus in certos, vel incertos dies; secundum locorum cõsuetudinem, *l. 4. ff. de ferijs, l. omnes dies, verb. mensibus C. eod. tit.* atque primum indictas à Seruio Tullio scribit *Varro de lingua latina tit. de ferijs.*

3 *Theodosius Imperator tit. de ferijs*, Messium ferias indictas esse voluit à die 8. Kalendarum Iulij, vsque ad Kalendas Augusti; Vindemiarum autem à 10. Septembris, vsque ad Idus Octobris; in quo tamen vim naturæ inferre voluisse videtur, nam cum non omnium regionũ idem soli sit ingenium, & fertilitas, sed alia soli vicinior, alia ab eo remotior, vtique non omnes eodem tẽpore frugum prouentus reddere possunt, vnde *Virgil.*

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt Gramina

Hanc ob causam neglecta Theodosij constitutione consuetudini defertur, vt *Doctores* communiter in *l. 4. ff. eod. tit.* testantur, atque ideo non immeritò ferijs mobilibus eas equiparat *Franciscus Pollectus historiarum lib. 1. c. 8.*

4 Messium ergo, Vindemiarumque tempore ad iudicij nemo venire cogitur, *l. 1. ff. de ferijs, l. 3. & 7. C. eod. tit. l. 2. ff. de nundin.*

5 Item, nec vocari ad munera extraordinaria, *l. 1. C. de Agricol. & censit. lib. 11.* nec ad militiã, nec ad ministerium potestatis, *l. Colonos C. eod. tit.* Et vbi rurales sũt glebæ ascripti, nequeunt euocari, etiam ex causa Dominorum, *l. colonos 15. eod. tit.* Habentur enim tanquam publicæ annonæ, & vtilitatis Ministri, & vti tales apud Indos inter arma, hostiumque congressus erant intacti, *Diodor. sicul. lib. 2. c. 10.*

6 Eadem ratione, lites inter colonum, & terræ dominum temperantur ita, vt cautione, aut fructuum depositione sit vtrique consultum, res vero rustica non intermictatur, *l. litibus C. eod. tit. l. 2. §. indiget, ff. de nundin. Auth. de Quæstore §. volumus, & §. si verò aliqui.*

7 Et quæ dicimus de tempore messium, & vindemiarũ, procedunt etiam tempore seminum, & propaginarum

sine

Digitized by Google

sine quibus ad messem, & vindemiam deueniri non potest, *glos. in d. l. 1. verb. frugibus C. de agricol. & censit. lib. 11.* quamuis seminum, & propaginarum feriæ ex consuetudine indici minimè soleant.

8 Et sicuti procedunt in agricolis, ita procedũt in his, qui accedũt ad nundinas, & mercatus, & afferunt fructus, & alia ad annonam pertinẽtia, *d. l. 2. ff. de nund.*

9 Piscatores etiam quorum opera Vrbis annona iuuari potest, adiuuãtur eodem modo, quo accedenter ad nundinas, & rustici, *d. l. 2. ff. de nund.*

10 Et vt ad ferias Messium, & vindemiarũ reuertamur, habent quidem illæ locum; Primò etiam in locis in quibus neque messes, neque vindemiæ fiunt; nam quamuis non sint occupati circa culturam, & recollectionem frugum, tamen occupantur in parandis sibi eo tempore necessarijs, *Innoc. in cap. fin. num. 7. de ferijs, Angel. in l. Præsides ff. eod. tit. Ias. in l. 1. n. 1. vers. 2. adde ff. eod. tit.*

11 Secundò locum habẽt etiã in partibus in quibus omnes viuunt ex castaneis, & pomis, nam feriæ sunt seruandæ eo tempore quo castaneæ, vel poma colliguntur, *Bald. in l. 1 in 1. not. ff. de ferijs, & ibi Ias. nu. 1. vers. 3. adde, post Cin. in l. ligni appellatio ff. de leg. 3.*

12 Tertiò locum habent in causis motis contra Vniuersitatem, quamuis ipsa non litiget de per se, sed per syndicum *Paul. de Castr. in d. l. 1. nu. 1. ff. de ferijs.*

13 Dubitatur primò, an hoc priuilegium ne possint conueniri rustici tempore messium, & vindemiarum, competat etiam alijs culturam non exercentibus, cuiusmodi sunt milites, clerici, & alij, qui à re rustica procul absũt? Et quod competat tantum his, qui actu incumbunt culturę, siue per se, siue per alios, probant *Speculat. in tit. de ferijs §. 1. vers. item nota quod feriæ, Bertachin. in tract. de Episcopo par. 1. num. 20.*

14 Ducuntur primò, quod in his cessat ratio occupationis circa rem rusticam, ideoque cessat legis prohibitio, *l. quod dictum ff. de pactis l. fin. §. penul. ff. de repud.* Hac ratione videmus, quod vbi communiter non bibitur vinum, sicuti in Hybernia, non dantur inducię pro vindemiis, *Innoc. in cap. fin. nu. 7. de ferijs.*

15 Secundò, quia dispositio *d. l. 1.* concedentis immunitatẽ rusticis, restringitur per verbum illud subsequens *oc-*

Digitized by Google

cupati, & ob id debet ſecundum reſtrictionem accipi, *l. hæc actio ff. de calumn.*

16 Quibus non obſtantibus, quod hoc priuilegium competat omnibus indifferenter, etiam ad opera ruſtica nullatenus occupatis, cenſuerunt, *Gloſ. in d. l. 1. verb. occupati ff. de ferijs*, quam ibi ſequuntur, *Bar. & Salicet. num. 1. Alber. nu. 6. Tileus q. 123. quæ incipit tertio loco quæritur Innoc. in c. 3. num. 7. extra de ferijs, Briſien. quæſtion. 110. lib. 2. ſelectar. cap. 16.* & eſt communis opinio.

17 Ratio eſt, quia hoc priuilegium datum eſt cauſæ publicę, vt meſſes, & vindemiæ colligantur, quæ quidem ratio comprehẽdit non ſolum partes litigantes, ſed etiam Iudicem, teſtes, Actuarios, reliquoſq; Curiæ miniſtros, quos omnes oporteret abſtrahi, & recollectionibus neglectis foro vacare, quod inconueniens ne ſequatur dicendum eſt, priuilegium ne conueniri poſsint, omnibus competere, etiam clericis, & militibus, qui ruri vacare nõ ſolent.

18 Dubitatur ſecundò an tẽpore vindemiarum, & meſſium ſint ſeruandæ feriæ in honorem Dei? & eſſe ſeruandas, apertè colligi videtur *Eſdræ lib. 2. cap. 13. num. 15.* cuius verba ſunt iſta. *In diebus illis, vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbato, portantes aceruos, & onerantes ſuper aſinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ieruſalem, die Sabbati, & cõteſtatus ſum, vt in die qua vendere liceret venderent, & Sirij habitauerunt in ea, inferentes piſces, & omnia venalia, & vẽdebant in Sabbatis filijs Iudæ in Ieruſalem, & obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, quæ eſt hæc res mali quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbati? Nũquid non hæc feceruut Patres noſtri, & adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper Ciuitatem hanc? factum eſt autem cum quieuiſſent portam Ieruſalem in die Sabbati, dixi, & clauſerunt ianuas, & præcepi, vt non aperirent eas vſque poſt Sabbatum, & de pueris meis conſtitui ſuper portas, vt nullus inferret onus in die ſabbati, & manſerunt negotiatores, & vendentes vniuerſa venalia finis Ieruſalem ſemel, & bis.*

Ex his apertè liquet, optimates Iudæ fuiſse reprehenſos, nedum de actibus pertinentibus ad vindemiam, ſed etiam de illatione commeſtibilium in Ciuitatem tempore ſabbati, ex quo ſequitur, ferias eſſe ſeruandas tempo-

re

re vindemiarum,& meſsium etiam quo ad edulia.

19 In contrarium eſt *text.in l. 3.§.ruri C.de feriis* vbi Imperator ſic loquitur. *Ruri tamen poſiti, agrorum culturæ liberè,libenterque inſeruiant, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis,aut vites ſcrobibus mandentur;ne occaſione momenti pereat commoditas cęleſti prouiſione conceſſa.*

10 Pro reſolutione, regula conſtituitur, ferias in honorem Dei ſtatutas,ſeruari debere,etiam tempore meſsiũ, & vindemiarum,vt docemur ex *d.cap.13. Eſdrę lib.2.*

21 Declaratur, ne procedat vbi periculum eſt in mora adeo vt, quod aptè fieri poteſt in die feſto, non poſsit æquè apte fieri poſt feſtum, *d.l.3.§.ruri*, tunc enim ex Eccleſiæ indulgentia poteſt ruri vacari,*cap.licet de feriis*,quẽadmodum, & vacari poteſt piſcationi tempore quo piſces tranſire ſolent, *d. cap. 3. extr.eod.tit.*

22 Hoc etiam Ethnici agnouerunt, ſiquidem ſi bos in ſpecum decidiſſet,eumque Paterfamilias, adhibitis operis liberaſſet,non eſt viſus ferias polluiſſe *Macrob. ſaturnal.1.cap.16.*

SVMMARIVM.

1 *Meſsium,& vindemiarum feriæ non obſtant,quando adeſt neceſsitas, vel pietas.*

2 *Omnia quę poſſunt fieri tempore feriato in honorem Dei, poſſunt etiam fieri tempore feriarum meſsium,& vindemiarum,vrgente neceſsitate.*

3 *Poſſunt fieri inſtrumenta.*

4 *Res tempore peritura, poteſt tractari.*

5 *Libellus vt lis conteſtetur poteſt dari.*

6 *Completo proceſsu, & iuriſdictio expiraret, poteſt Iudex expedire cauſam.*

7 *Teſtes ad futuram rei memoriã, & valetudinarij poſſunt examinari.*

8 *An poſsit fieri exequutio ſententiæ tempore feriarum meſsiũ, & vindemiarum.*

9 *Et ratione pietatis poſſunt fieri omnia,quæ poſsũt fieri in diebus feriatis in honorem Dei.*

10 *Poteſt dari abſolutio, die feriato.*

11 *An poſsit fieri ſententia excommunicationis,in die feriato.*

12 *An poſsit fieri cauſa contra famoſos delinquentes, in die feriato.*

13 *Poſsunt expediri cauſæ ſummariæ, & exequutiuæ,in die feriato.*

14 *Meſsium, & vindemiarum tempore proceditur in cauſa decimarum,uſurarum, bene-*

Digitized by Google

ficiali,& alimentorum.

15 *Hodie an obſeruentur iſte feriæ vindemiarum, & meſſium, & præcipuè in Regno Neapolitano.*

In quibus cauſis feriæ Meſſium,& Vindemiarum non obſtant.

CAP. XXX.

1 FEriæ meſsium, & vindemiarum non obſtãt in pluribus cauſis, de quibus in *l.1.§.excipiuntur,& in l.2.& 3.ff.de ferijs, & in l. actus & l.fin.C.eod.tit.* omnes tamen reducuntur ad duo capita, hoc eſt,ad neceſsitatem, & pietatem, *c.fin.in fine de ferijs, Caſtrenſ. & Iaſ.in d. l.1.§.excipiuntur.*

2 Neceſsitatis ratione, explicari poſſunt omnia, quæ poſſunt fieri tempore feriato in honorẽ Dei *c.3.in fi. de ferijs,* ſi enim de quo magis, ergo de quo minus *Aut.quo magis C.de ſacroſ.eccleſ.* ſicuti ergo tẽpore feriato in honorem Dei poſſunt exerceri actus voluntariæ iuriſdictionis, & alij, qui cauſæ cognitionem, ſeu ſtrepitum iudicarium nõ requirunt,*l. actus C. de ferijs, gloſ.in clem. ſepè, verb. ferijs de verb. ſignificat.Guid. Papæ deciſ.215.* & latius dictum eſt ſupra *cap.* 25. ità multo magis poſſunt fieri tempore feriarum meſſium,& vindemiarum.

3 Hac ratione fieri poſſunt inſtrumenta,*Specul.tit.de ferijs §.ſequitur verſ.quid ſi in ferijs, Maranta in praxi par.4.verſ. validum,aut inualidum n.26. verſ.item poteſt, Abb.in cap.fin. nu.16.de ferijs,Cagnol.in l.ſi librarius nu.76. ff. de regul. iur. Sola in cõſt.Sabaud. tit.de ferijs, gloſ.2.nu.3. Mandoſ.* qui teſtatur de communi in *commiſſ.13.q.5.*

4 Res etiam tempore peritura poteſt diebus feriatis tractari,*d.l.1.§.ſed excipiuntur,&* hac ratione debitor de fuga ſuſpectus poteſt die feriato carcerari,vt caueat *Bald.conſ. 166.nu.1.lib.5. Iaſon d.§.excipiuntur nu.9. Carpan.ad ſtatuta Mediolani c.107.nu.34. Mandoſ. in commiſſ.13.q.11.* vbi etiam ponit exempla rei tempore perituræ.

5 Et pari ratione,dari poteſt libellus,vt lis conteſtetur,*l.1 §.ſed excipiuntur ff.eod.tit.l miles §.ſexaginta ff. ad l. Iul. de adult.DD.*communiter *in l.1. C. de ferijs, Guido Papæ deciſ. 215.*Dummodo non ſit dies feriatus in honorẽ Dei *Mandoſ.*qui alios refert *cõmiſſ.13. q.2.*

6 Item, vbi proceſſus eſſet compilatus,&iuriſdictio ex-

pi-

Digitized by Google

piraret, posset Iudex causam expedire, *l. 3. ff. de ferijs cap. significauerunt de iudic. lib. 6 Ias. in d. §. excipiuntur sub num. 3. Anton. Migena sing. 175. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 108. num. 3.*

7 Testes etiam ad futuram rei memoriam possunt diebus feriatis examinari, *Bal. cõsil. 2. lib. 2. Carpan. d. cap. 108. num 5.* quemadmodum etiã possunt examinari Testes, valetudinarij, *Bal. Alber. & alij in d. §. excipiuntur*, & ibi signanter *Ias. num. 5. Mandos.*
8 *commiss. 13. q. 4.* An autem possit fieri exequutio sententiæ? consulendi sunt *Guido Pape decis. 215. Alex. cons. 53. lib. Menoch. de arbitr. q. 30. à n. 13 Thesaur. decis. 95. Sola ad constit. Sabau. tit. de fer. glo. 3. nu. 4. Mandos. commiss. 13. q. 15.*

9 Ratione pietatis possunt fieri omnia de quibus dictũ est *à c. 17. vsque ad cap.*

10 Item potest dari absolutio, *Host. in tit. de ferijs §. qualiter distinguatur*, carcerati relaxatio, ac pro eo accipi fideiussio de se representando, *Bal. in l. lecta ff. si certũ peta. Ias. in d. §. excipiuntur nu. 11. & iterum in l. penult. nu. 4. ff. de ferijs, & in l. si fideiussor §. si satisdatum n. 20. uers. similiter relaxatio ff. qui satisd. cogantur* latè *Cacialup. in tract. de debit. suspect. q. vlt. Carpan. ad statuta Mediolani cap. 257. nu. 5.*

11 Et an possit tempore feriato ferri sententia excommunicationis? *Mandos. com-*
12 *miss. 13. q. 13.* Causæ criminales contra famosos delinquẽtes, an possint fieri? consulendus est in facti contingentia, *Mand. commiss. 13. q. 12.*

13 Causæ etiam summariæ, & executiuæ cum dilationẽ non admittant, possunt die feriato expediri, *gl. in clem. sepe verb. ob necessitates de verb. signifi. Bar. in Extrauag. ad reprimendum verb. sine figura iudicij nu. 9. Bal. in l. 1. nu. 2. & ibi Ias. in §. sed excipiuntur n. 7. ff. de ferijs, Carpan. in d. stat. Mediolani c. 107. nu. 39. Menoch. de arbit. q. 30. Sola in const. Sabaud. tit. de restit. spoliat. nu. 23.*

14 Et ob id, tempore vindemiarum, & messium proceditur in causa decimarum, vsuratum, beneficiali, & alimentorum, *glo. in d. Clem. sepe verb. ob necessitates, Ias. in d. §. sed excipiũtur à nu. 7.* ad quem in facti cõtingentia recurras.

15 Cæterũ, cum hodie vt plurimum obligationes contrahãtur sub obligatione camerali, seu quarẽtigia, aut aliter sub pactis executiuis, quæ habent executionem paratã, meritò feriæ vindemiarum, & messium negligũtur adeo

vt,

Digitized by Google

vt, vere dici possit, has ferias hodie non seruari, prout in Regno Neapolitano non seruari dixit *glos. in Constitutione Baiulus, ibiq; Afflict. col. 3. Maranta p. 4. ver. validum, aut inualidum nu. 85.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio priuilegij feriarum præiudicat tantum renunciãti, & non alteri.*
2 *Renunciatio feriarum facta per partes, non obligat iudicem ad procedendum, si non vult procedere.*
Testes rurales nõ possunt cogi ad testificandum tempore messiũ, & vindemiarum n. 3. & 4
3 *Feriæ messium, & vindemiarũ sunt differentes, & renunciãs vni, non dicitur renunciare alteri.*
6 *Renuncians simpliciter feriis, de quibus feriis intelligitur.*
7 *Messium, & vindemiarum feriis possunt partes renũciare.*
8 *Renunciatio feriarum messium, & vindemiarum potest fieri extra iudicium per instrumẽtum, & etiam tacitè.*
9 *Hæc renunciatio potest fieri per procuratorem, etiam non habentem speciale mãdatum ad renunciandum.*
10 *Renunciatio feriarum semel facta, trahitur etiã ad causam appellationis.*
11 *Sententia lata tempore feriato an possit ratificari.*
12 *Feriæ in honorem Dei, & Sanctorum an possint renunciari per partes.*
13 *Et quid, si accedat Principis consensus.*
14 *Partes an possint renunciare feriis repentinis.*

De renunciatione feriarum.

CAP. XXXI.

1 PRima conclusio. Feriarum priuilegium ex quo est inductum ad fauorem plurimorum, inde fit, vt renunciatio præiudicet tantum renuncianti, & non alteri. *l. 2. §. & in summa ff. de pact. Salicet. in l. omnes dies nu. 4. C. de feriis*, est enim renunciatio iuris spiritualis cõtra ius commune, *Auth. de nõ alienand. §. quia verisimilem*, & cum habeat in quo præiudicet, non extenditur, *l. si omnes ff. de seruit. vrb. prad. l. fundus ff. de fund. instr.*

2 Qua ratione renunciatio feriarum facta per partes litigantes, non obligat Iudicẽ ad procedendum, si ipse procedere nolit *glos. in l. omnes dies in fin. C. de feriis, Speculat. in tit. de feriis § fin. n. 2. Bal. in l. 1. ff. de feriis ibiq; Fulgos. & Angel. Alex. nu. 9. Ias. nu. 9.* quicquid

in

Digitized by Google

in cõtrarium ſcripſerit *Bald. conſ.467.lib.1. & conſ.468.n. 2.lib.1. & conſ.374. nu.1.lib.1. Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap.107.num.17.*

Hanc immunitatem diligenter, ibi tuentur ſuprema tribunalia, quæ vix Principe iubente tempore feriato iudicium reddere volunt, vt debita eius requie fruantur, *Theſaur.dec.29.ſub nu.3.verſ. aduertendum*, & ego non ſemel in aula Romana obſeruaui.

3 Pari autem ratione teſtes tempore feriarum meſsium, & vindemiarum nequeunt cogi ad teſtificandum, *Bal. conſ.468.nu.2.lib.1.* cum alijs mox allegatis.

4 Quod eſt intelligendum ſi teſtes ſint rurales aut ruralibus occupati, ſecus ſi hac occupatione careant, *Theſaur. dec.39.n.2.*

5 Secunda concluſio. Feriæ meſsium, & vindemiarum ſunt differentes, atque ideo renuncians ferijs meſsium, non dicitur renunciare ferijs vindemiarum, & è contra *d. l.2.§.in ſumma, & §. ante omnia ff. de pact. Salicet. loco cit. Alber.in l.ſi feriatis ſub nu.2.ff. eod tit.* nã vbi ſunt duo impedimenta, ſublato vno remanet aliud, *cap.paſtoralis de priuileg. cap. ex tuarum de auctor. & vſu pallij c.2.de filijs præsb. Mandoſ. commiſſ.13.q.pagina mihi 69.verſ ferijs generalibus.*

6 Tertia concluſio. Renuncians ferijs ſimpliciter, intelligitur de ferijs præſentibus, *Bar.in l.1.§.ſed ſi n.3.ff.de feriis* niſi ſit facta tẽpore quo erãt feriæ, quæ tunc cenſetur illis tantũ renunciare, ſi vero erat extra tempus feriarum, intelligitur renunciaſſe futuris, non ſolùm proximis, ſed etiã ſucceſsiuis, quia videtur cõprehenſum omne tempus futurum, *Salicet.in d.l.omnes dies ſub n.4.C.de feriis.*

7 Quarta concluſio. Feriis meſsium, & vindemiarũ veluti inductis ob hominum vtilitatem poſſunt partes renunciare, *cap.fin. in fine de feriis l. ſi feriatis, & vtrobique Doct. ff.eod.tit. Bal.conſ.166.n. 2.lib.5. Caſtrenſ. conſ.259.n.1. lib.2. Alex. conſ.36. num.7. conſ.188.nu.9.lib.2.Soccin.cõſ. 36.n.8. & 10.lib.4. Lãfranc. de orian. in c. quoniam contra c. 12. de cauſa delegat. nu.33. de probat. Menoch. de arbitr.q.30. num.11. lib.1.Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap.107. nu.9.*

8 Quæ renunciatio fieri poteſt etiam extra iudicium, puta per viam inſtrumenti, ac etiam tacitè, videlicet nõ oppo-

ponendo exceptionem feriarum, *Speculat. tit. de ferijs §. fin. glos. additional. in d.c. fin. verb. quibus vtiq. solemnibus Iaſ. in d.l. 1. num. 28. ff. de ferijs Alex. conſ. 213. nu. 3. lib. 2. Aret. conſ. 85. num. 3. in fine ſecundi dubij, Carpan. d.c. 107. nu. 8.* Ac etiã
9 poteſt hæc renunciatio fieri per Procuratorẽ non habentem mandatum ſpeciale ad renunciandum, *Angel. Caſtr. & Alex in l. 1. ff. de ferijs, Sola in conſt. Sabaudiæ tit. de ferijs gl. 3. nu. 2. & 3.* & renunciatio
10 ſemel facta trahitur quoque ad cauſam appellationis, *Alex. conſ. 36. num. 7. lib. 2. Sola loco citato ſub nu. 4.*

11 Licet autem ferijs meſsiũ, & vindemiarum poſsit renũciari, nihilominus ſententia lata in dicto tempore nõ poteſt ratificari, quia ratificatio partis poſt latam ſententiam non poteſt tribuere Iudici iuriſdictionem, *Bal. in l. cum antea nu. 8. col. 3. verſ. vlterius C. quem aut quando Iudex, Lanfranch. dec. 253. Grat. dec. 144. nu. 5. & 6.*

12 Quinta concluſio; Feriæ in honorem Dei, eiuſque Sanctorum, ſicuti non poſſunt tolli per ſtatutum, vel aliam Principis Secularis legem, vt dictum eſt ſupra *c. 13. n. 3.* ita nequeũt renunciari per partes, neq; tacitè, neq; expreſsè *cap. fin. vbi gloſ. in verb. quibus vtique ſolemnibus de ferijs, & ibi DD. communiter gloſ. in l. ſi feriatis verb. voluntate, & ibi Bar. nu. 4. ff. eod. tit. Felin. in c. ſi diligenti nu. 20. de foro compet: Iaſ in d.l. 1. in princip. num. 4. ff. eod. tit. Soccin. conſ. 99. nu. 8. & 9. lib. 4. Menoch. de arbitr. q. 30. in fine, Carpan: ad ſtatuta Mediolani cap. 110. nu. 9. & c. 399. n. 1. Menoch. in tract. de compromiſſ. q. 1. nu. 42.*

Quod procedit etiam accedente Principis conſenſu, *Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap. 110. nu. 20.* Princeps enim non poteſt derogare diſpoſitioni iuris canonici, *l. omni innouatione ceſſante C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in l. ſi feriatis ff. de ferijs, Caſtrenſ. in l. quadraginta C. eod. tit.*

14 Feriæ repẽtinæ quoad neceſsitatem ſeruandi æquiparãtur feriis in honorem Dei, & propterea partes illis renunciare non poſsunt, *Alex. in l. 1. S. nunciatio nu. 26. & 28 ff. de oper. noui nuaciat, Abb. in cap. fin. nu. 10. de ferijs, Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. nu. 129. Sola ad conſt. Sabaudiæ tit. de ferijs gloſ. 3. nu. 44.*

FINIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

INDEX RERVM, ET MATERIARVM QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Aaron.

Aronis sepulchrum, & vestis quantæ fuerint venerationis lib. 1. c. 21. n. 2. & 3. fol. 45.

Abbatissa.

Abbatissa potest sermonem habere suis monialibus in capitulo, vel alijs actibus inter domesticos parietes. lib. 5. c. 10. nu. 4. fol. 211.

Abel.

Abelis vestis ab Adam venerata. lib. 1. c. 20. nu. 2. fol. 42.

Absolutio.

Absolutio semper restringitur ad effectum ad quem datur lib. 2. c. 12 nu. 3. fol. 137.

Absolutio an possit dari die feriato lib. 6. c. 30. nu. 10. f. 309.

Actus.

Actus sui natura bonus debet fieri ex præcepto generali Christi lib. 1 cap. 10. nu. 16. fol. 23.

Acta facta in die festo ab officialibus Nundinarum valet lib. 6. c. 24 nu. 17. fol. 287.

Actus iurisdictionis contentiosæ, facti tempore feriato sunt nulli. lib. 6. cap. 25. nu. 1. fol. 288. Etiam si essent facti de partium consensu. ibidem nu. 3.

Actus iurisdictionis contentiosæ facti tempore feriato an possint ratificari. ibid. nu. 4. fol. 289.

Actus factus die feriato, an possit revocari tempore feriato. ibid. num. 27. fol. 292. Et an procedat etiã in diebus feriatis in honorem hominum. ibid. nu. 28.

Adam.

Adæ corpus compositus in Arca per Noe. lib. 1. c. 11. num. 3. fol. 25.

Adæ corpus reuerenter sepultum ab Enoch. lib. 1. cap. 20. nu. 3. f. 42 Locus vbi Adam sepultus fuit veneratur. ibidem n. 4. fol. 43.

Digitized by Google

Adoratio.

Adorationis ſpecies. lib. 1. cap. 30 nu. 1. fol. 68.

Aeneas.

Aeneas veneratus multiplicitate ſepulchrorum. lib. 1. cap. 27. nu. 8 fol. 59.

Agni Dei.

Agni Dei vnde originem habuerũt lib. 1. c. 9. nu. 1. fol. 17.

An veniant appellatione reliquarũ. ibid. nu. 2.

An quid proſint. ibidem n. 3. fol. 18.

Quare geruntur ſuſpenſi collo. ibid.

Quibus liceat eos tangere. ibid. nu. 4.

Non poſſunt depingi, vel miniari, aut auro notari. ibidem num. 5. & 7.

Licentia tangendi agnos Dei quomodo detur. ibidem nu. 6. fol. 19

Agni Dei an poſſint vendi. ibid. n. 8 & quomodo in Vrbe ſeruetur. ibid. nu. 9. fol. 20.

Alcibiades.

Alcibiades fuit ab Athenienſibus dãnatus, quod ſacra Collegia priuatim tractaret lib. 4. cap. 2. nu. 3. fol. 156

Alexander Magnus.

Alexandri Magni corpus honoratur lib. 1. cap. 27. nu. 12. fol. 60.

Alimenta.

Alimentorum cauſa an poſſit agitari tempore feriarum meſſium, & vindemiarum lib. 6. cap. 30. nu. 14. fol. 309.

Altare.

Altare portatile an poſſit conſecrari ſine reliquijs lib. 1. cap. 40. nu. 3. fol. 87.

Altare à quo ſubtrahuntur reliquiæ ſine fractura ſigilli remanet conſecratum. ibid. nu. 5

In altaribus quare includantur reliquię Sanctorum. ibidem nu. 6.

In altari conſecrato ſine reliquijs celebrans debet omittere verba illa, Oramus te Domine per merita Sanctorum, &c. lib. 1. c. 40. nu. 12. fol. 88.

In altari cõſecrando, deficientibus reliquijs an debeat apponi corpus Chriſti. ibidem nu. 13. & 14.

Amanuenſis.

Amanuenſe, ſiue ſcriptoros qui aliorum ſcripta per mercedem exemplantur an licitè poſſint in die feſto ſcribere. lib. 6. cap. 20. num. 2 3. 4. 5. & 6. fol. 276. & ſeq.

Ambiguitas.

Ambiguitas in reliquijs duplex. lib. 1. cap. 37. nu. 1. fol. 80.

Anima.

Anima eget cibo ſpirituali lib. 5. c. 1. nu. 6. fol. 194.

Appellans.

Appellans à ſententia lata in die feriato non dicitur approbare ſententiam. lib. 6. cap. 25. num. 5 fol. 289.

Appellatio.

Appellatio datur à contradictione, quod quis non recipitur in confraternitate. lib. 4. cap. 10. num. 4 fol. 167.

Arundo.

Arundo, & ſpongea, qua fuit Chriſtus aceto potatus aſſeruantur. lib. 1. c. 7. nu. 9. fol. 13.

Athe-

Digitized by Google

Athenienſes.

Athenienſes Alcibiadem damnarunt, eo quod ſacra collegia priuatim tractaret. lib. 4. cap. 2. n. 3. fol. 156.

Athenienſes habebant dies, quibus funeſta ſacra colebantur. lib. 6. c. 5. nu. 10. fol. 235.

Athenienſes ſacra feſta conſtituerũt in Principis morte. lib. 6. cap. 28. nu. 3. fol. 302.

Attila.

Attila quam reuerentiam habuit reliquijs. lib. 1. cap. 27. nu. 5. fol. 59.

Aucupari.

Aucupari in die feſto recreationis cauſa, an liceat. lib. 6. cap. 21. nu. 1. fol. 278.

Aucupari in die feſto propter lucrum an liceat, ibidem nu. 4. & c. 27. nu. 3. fol. 297.

Aucupari recreationis cauſa, in quo differat ab aucupari propter lucrum. ibid. nu. 2.

Aues.

Aues certo tempore tranſeuntes an poſſint in die feſto capi. lib. 6. c. 27 nu. 3. fol. 297.

Auguſtus.

Auguſti reliquiæ ſelectæ, & in mauſuleo collocatę lib. 3. cap. 27. nu. 10. fol. 60.

B

Barbitonſor.

BArbitonſores an poſsint in die feſto exercere ſuam artem. lib. 6. c. 15. n. 2. 3. & 4. f. 267.

Bellum.

Belli tempore, poſſunt in die feſto foueas purgari, ageres erigi, & tormenta bellica fieri, aliaque ſimilia lib. 6. c. 17. n. 12. f. 271.

In gellicis armis poßumus etiam Deo placere. lib. 6. c. 23. num. 3. fol. 821.

Bellandi actus citra neceſsitatem an ſit licitus in die feſto. ibid. nu. 4.

Bellum iuſtum urgente neceſsitate, eſt licitum in die feſto. ibidem nu. 5. fol. 282.

Ex Belli iuſtitia regulatur defenſio neceſſaria in belli materia. ibidem num. 6.

Bellum an poſsit exerceri in feſtis maioribus urgente neceſsitate, ibid. nu. 7. & ſeq.

Reliqua, uide in Verbo militare.

Beneficium.

Beneficialis cauſa an poſsit agi tempore feriarum meſsium, uel uindemiarum. lib. 6. c. 30. nu. 14. fol. 309.

Bibere.

Bibere in die feſto, non cadit ſub præcepto ſanctificandi feſta. lib. 6. c. 17. fol. 269.

Bona.

Bona cõfraternitatis an poſsint alienari abſq. beneplacito Apoſtolico. lib. 4. c. 11. nu. 15. fol. 172.

Bona confraternitatis quo tempore præſcribantur. ibidem uu. 16.

De bonis relictis confraternitati an detrahatur Trebellianica, uel Falcidia. lib. 4. c. 17. nu. 172.

In bonis cõfraternitatis quis ſit In-

Digitized by Google

dex Ecclesiasticus, an secularis lib.4.c.12.n.18.19.& 20.fol. 177.
Bona confraternitatis destructæ quibus debeantur, lib.4.c.18.per totum. fol.189

Brandeum.

Brandei particulæ an sint reliquiæ. lib.1.c.4.n.9.fol.7.

C

Cadauer.

CAdauer Sancti, dicitur reliquia Sācti.lib.1.c.1.n.6.f.2
Cadauer est idem quod homo vivus quo ad idemptitatem materiæ. lib.1.c.16.n.6.fol.32.
Cum cadaueribus agimus eadem lege quam cum viuentibus. ibidem nu.8.
In cadaueribus cadit honor. ibidem nu.17.fol.33.

Caldei.

Caldei qua diligentia custodiebant corpus Ezechielis Prophetæ. lib.1 c.27.nu.4.fol 59.

Caligula.

Caligula trastulit reliquias matris, & fratris. lib.1.c.27.nu.13. fol.60.

Capilli.

Capilli an sint partes corporis. lib.1. c.3.n.1.fol.4.
Capilli sensu carent, ibidem nu.2.
Capilli in homine semper fuerunt in cōsideratione. lib.1.c.3.n.6. fol.5.
Cum Capillis homines sunt resurrecturi.lib.1.c.3.n.7.fol.5.
Capilli Sanctorum in Ecclesia semper venerati. ibid.n.9
In capillis homo potest decipi. ibid. nu.8.
In capillis etiam cōsistit virtus in hominibus Deo sacratis. ibid. nu.5.
Capilli Sācti Io:Baptistæ à D.Gregorio donati Recardo Hispaniarum Regi.ibid.nu.10.
Capilli Isydis venerati apud Gentiles.ibid.nu.11.& cap.27.nu. 19.fol.61.

Capitulum.

Capituli consensus an requiratur in deputando prædicatore.lib.5. cap.7.nu.4.& 5.fol.207. Et quid si adesset consuetudo immemorabilis. ibidem.

Cathedra.

Cathedræ D.Petri festum quare celebretur.lib.1.c.6.n.3.fol.10.
Cathedra Episcopalis quare velo serico ornetur. ibidem nu.4.

Caula.

Causa cōtra famosos delinquentes an possit fieri die feriato.lib.6.c. 30.nu.12.fol.309.
Causæ summariæ, & exequutiuæ possunt expediri in die feriato. ibid.nu.13.
Causa Decimarum, Vsurarum, beneficiali, vel alimontorum potest agi tempore feriarum messium, vel vindemiarum.ibidem n.14.

Celestinus V.

Celestinus V. ex eremo fuit ad Pon-

Digitized by Google

Pontificatum euectus. lib.3. c. 6.n,2.fol.151.

Cereus.

Cerei an posſint accendi in ſepulchris martyrum. lib.1.c.10.n.4. & 17.fol.21.& 24.

Cereos accendere in ſepulchris fuit mos etiam apud Ethnicos. ibid. n.19.f.24.

Character.

Character Epiſcopatus,licet ſit indelebile poteſt tamen carere exequutione. lib. 2. cap.3. num.2. f.115.

Chorepiſcopus.

Chorepiſcopus,& Epiſcopus titularis an ſint idem, vel differant. lib.2.c.1.nu.1.2.3.& 4.f.112.

Chorepiſcoporum ordo reprobatus. ibidem nu.5.& 6.fol.113.

Ex Chorepiſcopis aliqui quandoq; acceperunt conſecrationem Epiſcopalem. ibidem nu.8.

Choſroa.

Choſroæ reuerentia erga Crucem Domini.lib.1. c.41. nu.2.f.89. & c.47.nu.7.f.105.

Chriſtus.

Chriſti facta, noſtræ ſunt inſtructiones.lib.1.c.10.n.12.fol.22

Chriſti præcepta in verbis, & factis,ibidem nu.13.fol.23.

Chriſtus Dominus prædicare dignatus eſt,lib.5.c.1 n.3.fol.194.

Chriſti corpus non ſumere in die Paſchatis an ſit contra præceptũ de ſanctificatione feſtorum.lib.6. c.10.n.11.fol.149.

Citatio.

Citatio facta die feriato, an valeat. lib.6.c.25.nu.10.fol.289.

Citatio facta die iuridica ad comparendum vsq;ad diem Dominicũ, vel Paſchatis eſt valida. ibid. nu.12.fol.290. Etiam ſi eſſet facta ad comparendum ad diem Dominicum.ibidem nu.13

Citatio facta ad comparendum in die feſto,eſt nulla.ibidem nu.14

Citatio decreta die iuridica ad comparendum die iuridica, ſi exequatur die feriata, an valeat, ibidem nu.20.21.22.& 23. fol.291.

Confrater, & Confratres.

Confrater egredi volens à confraternitate non poteſt impediri.lib. 4.c.10.n.5.fol.167.limita, vt ibidem nu.6.

Confrater an poſsit ſecum aſportare res quas contulit. ibidem nu.7.

Confratres non poſſunt gerere arma ſub veſte fraternali. lib.4 c.6. n.3.fol.161.

Confratres an poſsint eſſe ſerui chriſtiani.lib.4.c.7.n.6.fol.164

Confratres laici quo ad eorum perſonas ſunt de foro laicali.lib. 4.c.12.n.2.fol.179.

Extenditur tripliciter. ibidem n.3.

Limitatur quinque modis. ibidem à n.4.vſq; ad nu.7.

Et quid ſit dicendum ſi verſetur in facto indiuiduo. ibidem nu.9. fol.175.

Confratri quomodo ſit danda ve-

ſtis

Digitized by Google

ſtis fraternalis. lib. 4. c. 6. n. 1. & 2. fol. 161.

In confratrum Oratorio non debet retineri Sanctiſsimũ Euchariſtiæ Sacramentum. ibid. n. 4.

In recipiendo confratre ex quibus cauſis detur legitima contradictio. lib. 4. cap. 10. nu. 2. f. 164: & an amittatur appellatio. ibid. nu. 4.

Citatus.

Citatus ad comparendum in die feſto poteſt repetere expenſas. lib. 6. cap. 25. nu. 15. f. 290. Etiam ſi citatio eſſet facta à Principe ſeculari. ibid. nu. 16.

Citatus vno die, ſi in illo incidat feſtum, teneatur comparere die ſequenti. ibidem nu. 17.

Citatus vt compareat de feſto, nec etiam tenetur comparere in ſequentibus diebus iuridicis. ibid. nu. 18. & 19. f. 291.

Citatus die feriato in his quæ poſsũt expediri eadem die, tenetur comparere ibid. nu. 25. f. 292.

Claui.

Claui quibus Chriſtus cruciſixus fuit quot. lib. 1. c. 10. nu. 6. f. 21. & c. 13. per totum f. 28.

Clericus.

Clerici ſiue ſeculares, ſiue regulares non poſſunt prædicare niſi ex priuilegio Apoſtolico, vel de licentia Epiſcopi loci lib. 5. c. 11. n. 1. & 2. f. 212.

Clericorum, & laicorum conſuetudo non inducit obligationem diei feſti, niſi accedat cõſenſus Epiſcopi lib. 6. c. 14. n. 2. f. 265.

Clerus.

Cleri conſenſus an requiratur in indicendo feſtum in Dieceſi. lib. 6. cap. 11. num. 8. 9. 10. & 11. fol. 255.

Clero, & populo contradicente, an Epiſcopus poſsit indicere feſtum in Dieceſi. ibid. à nu. 16. vſque ad nu. 25. f. 256. & ſeq.

Clodoueus Rex.

Clodoueus Rex Frãcorum propter tactus minus reuerendum corporis Sancti Dionyſij perpetua dementia laborauit. lib. 1. c. 47. nu. 6. f. 105.

Collegium.

Collegium reale, perſonale, & naturale quomodo differãt lib. 4. c. 1. nu. 6. f. 154.

Collegium perſonale ſuſtinet vicẽ perſonæ. ibid. nu. 7.

Collegia quæ ad pietatem pertinent etiam tempore Apoſtolorum fuerunt. lib. 4. cap. 1. num. 3. f. 154.

Columna.

Columna in qua Chriſtus fuit flagellatus cum magna diligentia aſſeruata. lib. 1. cap. 7. num. 9. fol. 13.

Comedere.

Comedere in die feſto non cadit ſub præcepto ſanctificandi feſta. lib. 6 cap. 17. nu. 3. f. 269.

Compromiſſum.

Compromiſsum cum facultate procedendi diebus feriatis, & non feriatis quomodo intelligatur: lib. 6. c. 13. nu. 8. f. 264.

Con-

Digitized by Google

Concilium Generale.

In Concilio Generali an sint vocandi Episcopi titulares, & habeant vota. lib. 2. c. 6. nu. 1. 2. & 4. fol. 124. & seq.

In Concilio Generali negotia transiguntur respectu dignitatis Episcopalis. ibid. nu. 3.

In Concilio Generali, Episcopi suffragantur tamquam membra Ecclesiæ vniuersalis. ibidem nu. 4.

Concilium Generale an possit indicere festum seruandum in Ecclesia vniuersali. lib. 6. c. 11. n. 3. fol. 254.

Concilium Generale potest abrogare festa indicta in honorem Dei in Ecclesia Vniuersali. lib. 6. c. 26. nu. 1. fol. 293.

Concilium Prouinciale.

Concilium Prouinciale potest indicere festum in tota prouincia lib. 6. c. 11. nu. 5. fol. 254. Et an requiratur confirmatio sedis Apostolicæ. ibidem nu. 6.

Confraternitas.

Confraternitatis diffinitio, lib. 4. c. 1. n. 4. & 5. fol. 154.

Confraternitatis ingressus, et egressus consistit in voluntate, ibidem nu. 10. fol. 155.

Confraternitas quando possit erigi propria authoritate, vel requiratur authoritas sedis Apostolicæ, vel Ordinarij. lib. 4. c. 2. n. 1. fol. 155.

Confraternitas vbi potest erigi aut congregari. lib. 4. c. 3. n. 1. fol. 157

Confraternitas nō est annexa loco. ibid. nu. 2.

Confraternitas recepta in Ecclesia alterius, potest inde recedere, & eiici. ibidem nu. 3

Confraternitas quando præsumatur, vel probetur erecta authoritate ordinaria. li. 4. c. 4. n. 1. f. 157

Confraternitas potest facere statuta in cōcernentibus eius institutum. lib. 4. c. 5. n. 1. fol. 160.

Potest imponere sibi collectas, & quomodo. ibidem nu. 2.

Potest habere arcam communem, & sindicum, & quomodo? ibidem nu. 3. & 4.

Potest congregari ad libitum absq; Episcopi licentia. ibid. n. 5

Potest recipere fratres ex maiori parte suffragiorum. ibid. n. 6.

Potest erigere officiales confirmandos ab Episcopo, ibidem n. 7. fol. 161. limita, ibidem nu. 8.

Et prorogatio officialium à Congregatione facta sine Episcopi consensu est nulla. ibidem nu. 9

Confraternitas potest eleemosinas querere. ibidem nu. 10

Confraternitati quæ non sunt necessaria. lib. 4. c. 6. à n. 7. vsq; ad finem fol. 162.

Confraternitas ex quot personis constituatur lib. 4. c. 7. n. 1. fol. 163.

Confraternitas qualis esse debeat. ibidem nu. 2. & seq.

Confraternitas quando dicatur locus pius. lib. 4. c. 11. a n. 4. vsq. ad n. 12. fol 169. & 170.

Et quomodo intelligēdi sunt DD. dicentes

Digitized by Google

centes confraternitates non esse locapia.ibid.nu.13.fol.171.
Confraternitas quando gaudeat beneficio restitutionis in integrũ. ibid. n.14.
Confraternitas an sit capax decimarum.ibidem nu.21.f.172.
Cõfraternitas an possit recipere oblationes imaginis existentis in eius Ecclesia,vel oratorio.ibid. n.22.
Confraternitas quæ consistit æqualiter ex clericis,& laicis,tota censetur Ecclesiastica. lib.4. cap.12. nu.21. fol.178.
Confraternitas an cogi possit ad accedendum ad processiones lib.4. cap.14.nu.1.& 2.fol.181.
Confraternitas an cogi possit ad cõtribuendum seminario.ibid.nu.3 fol.182.
Confraternitas an possit ab Episcopo visitari lib.4.c.15.num.1. fol.183.
Et quid dicendum si esset exempta, vel in Ecclesia Regulariũ. ibid. nu.2.& 3.
Et quid si adesset consuetudo immemorabilis. ibid.nu.4.f.184.
Et quid si esset laica,erecta authoritate Apostolica sub immediata protectione Regum. ibid.num.5. 7.& 11.
Confraternitas cuius visitatio tributa est alteri, quando potest visitari ab Episcopo. ibid.num.14. fol.186.
Et quid dicendum sit,si visitatio tributa sit Prælato regulari. ibidem num.15.vel Prælato seculari inferiori,vel laico.ibid.nu.16.
Confraternitas in cuius limine datus est Visitator specialis,an possit visitari per Episcopum. ibid. nu.17.
Et quid dicendum si in fundatione visitatio commissa est alicui nulla facta mentione de Episcopo. ibid.nu.18.
Cõfraternitas quibus modis soluatur lib.4.c.17.per totum. fol.188.
Confraternitates an, & quando gaudeãt Indulgentijs. lib.4.c.19. per totum.fol.190.
Confraternitate destructa, an pereant indulgentiæ, & priuilegia ipsius.lib.4.c.20.n.1.3.4.& 5. fol.191.& 192.
Et si restauretur confraternitas an redeant indulgentiæ, & priuilegia.ibidem num.2.
Confraternitatis Rector an sit de necessitate. lib. 4.c.8.n.1.fol.165.
